


Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

2405 d. 36

= Ψ. 34 19

= K. 9. 2





PUBLICATIONEN

AUS DEN

K. PREUSSISCHEN STAATSARCHIVEN.

VERANLASST
UND UNTERSTÜTZT



DURCH DIE
K. ARCHIV-VERWALTUNG.

BODL: LIBR
FOREIGN
PROGRESS

NEUNZEHNTER BAND.

HESSISCHES URKUNDENBUCH. I. 2.

LEIPZIG
VERLAG VON S. HIRZEL
1884.

PUBLICATIONEN

AUS DEN

K. PREUSSISCHEN STAATSARCHIVEN.

NEUNZEHNTER BAND.

25 APR 84

VERANLASST
UND UNTERSTÜTZT



DURCH DIE
K. ARCHIV-VERWALTUNG.

LEIPZIG

VERLAG VON S. HIRZEL

1884.

HESSISCHES

URKUNDENBUCH.

ERSTE ABTHEILUNG.

URKUNDENBUCH DER DEUTSCHORDENS-BALLEI HESSEN

VON

ARTHUR WYSS.

ZWEITER BAND.

VON 1300 BIS 1359.

BODLEIAN LIBRARY
25 APR 84
OXFORD.

VERANLASST
UND UNTERSTÜTZT



DURCH DIE
K. ARCHIV-VERWALTUNG.

LEIPZIG

VERLAG VON S. HIRZEL

1884.

Alle Rechte vorbehalten.

Vorwort.

Der vorliegende Band enthält aus den 59 Jahren, die er umfaßt, abgesehen von den in Anmerkungen untergebrachten Stücken, 993 Urkunden. Sie stellen die gesammte urkundliche Ueberlieferung zur Geschichte der Deutschordensballei Hessen in dem genannten Zeitraum dar. Einem so umfangreichen Material gegenüber schien es rathsam, von 1325 ab nur die wichtigeren Stücke vollständig, die übrigen aber, doch unter sorgfältiger Schonung alles sachlich oder sprachlich irgendwie Bemerkenswerthen, gekürzt zu geben. Trotzdem ist der Band so angeschwollen, daß ich von der Beifügung des Orts- und Personenregisters Abstand genommen habe. Umfang des Bandes.

Die Behandlung der Texte ist dieselbe geblieben wie im ersten Bande; nur sind in den Urkunden deutscher Sprache die von mir herrührenden Auflösungen, soweit es zweckdienlich schien, cursiv gedruckt worden. Textbehandlung.

Benutzt wurden außer dem Staatsarchiv zu Marburg, welches die Hauptmasse des Stoffes geliefert hat, die Staatsarchive zu Darmstadt und zu Wiesbaden, das Deutschordens-Centralarchiv zu Wien, dessen großes Marburger Copialbuch ich auf gütige Verwendung des Deutschordenscomthurs Herrn Dr. Gaston Grafen von Pettenegg bei Seiner K. K. Hoheit dem Hoch- und Deutschmeister Erzherzog Wilhelm von Oesterreich dieses Mal an meinem Wohnorte einsehen konnte, ferner das Stadtarchiv zu Marburg, das Archiv des Collegiatstiftes zu Wetzlar und das Archiv des Klosters Arnsburg im Besitze Seiner Durchlaucht des Fürsten zu Solms-Hohensolms-Lich zu Lich. Benutzte Archive.

In der Regel konnte ich aus den Originalen schöpfen; 94 Nummern ergab das große Marburger Copialbuch in Wien, 8 das Copiar C in Art der Vorlagen.

Marburg, 12 das Copiar D daſelbſt, 23 ſind einzelnen, meiſt gleichzeitigen Abſchriften entnommen, 4 mußten bei dem Mangel einer handſchriftlichen Vorlage aus Drucken entlehnt werden.

Drucke. Nur 130 der hier veröffentlichten Urkunden waren bereits früher gedruckt, und zwar größtentheils entweder äußerſt mangelhaft in den aus dem Vorwort zum erſten Bande bekannten, wenig verbreiteten Deductionen, oder in dürftigen Auszügen in Baurs Heſſiſchen Urkunden.

Jahresanfang. Beſondere Aufmerkſamkeit erforderte die Verſchiedenheit des Jahresanfangs. Der Deutſche Orden begann, wie die Erzdiöceſe Mainz, das Jahr mit dem 25. December; aber viele ſeiner Beſitzungen, darunter die Commende Schiffenberg ſelbſt, lagen im rechtsrheiniſchen Theil der Erzdiöceſe Trier, namentlich im Gebiet des Landcapitels Wetzlar, wo der Trieriſche Jahresanfang der herrſchende war. Hier wird es ohne Schwankungen nicht abgegangen ſein. Die ausdrückliche Erwähnung des Trierer Stiles findet ſich in dieſem Bande zuerſt 1356 (Nr. 926. 941).

Darmſtadt, den 2. März 1884.

Arthur Wyß.

URKUNDENBUCH

DER

DEUTSCHORDENS-BALLEI

HESSEN.

II.

1. *Der deutschordensbruder Ditmar von Gemunden zu Erfurt bittet bruder Konrad von Horneck kellner des deutschen hauses zu Marburg, sodann bruder Friedrich von Salzberg, bei dem hauscomthur zu bewirken, dass man ihn nach Franken, Elsass oder Niederland schicke, da er die luft zu Erfurt nicht vertragen könne.*

[*um* 1300].

Dem ersamen man bruder Conrade von Hornecke kelner zu Marburg c. 1300.
odir bruder Frideriche von Salzberg gruzen ich bruder Ditmar von Gemunden mit allin truwin in gote. Ir sult wizzen, daz ich wil gote klagen unde iuch unde allin den bruderen die wil ich leben, daz die herren von Marburg also umbischeidinliche an mir arman hant giworbin, unde wil iuch biten mit allin truwin, daz ir den huscomdur manit unde bitet, daz er mir biholfin sie, swo er kunne oder muge, antweder gegin Franken oder gegin Elsazen oder gegin Niderlant, da man doch muze brudere senden, wande ich werliche des landis niht vermach unde ungerne zu Erfurte bin durch soliche sache, daz ich des lůftis niht geliden mac unde durch mangirhande sache, die sich zu scribene niht vugen.

Den andirn brif sendit bruder Petre von Kobelenze, so ieman zu Menze vare, daz man in vurwert bruder Petre antwurte. Des biten ich iuch mit allin truwen, unde alliz daz ir . . . . . mugit gitun, daz i(ch) von (Erfurte) unde gegin dem Rine wider kome . . . . . ich iuch gitruw . . g . . . iuch.

Auf der rückseite: Bruder Conrade von Ho . . . . . | odir bruder Frideriche dem . . . . | ob bruder Conrad niht d . . . . .

und oben links: Den latin brif antwurtit hern | Rudolfe Raustein, (de)n andirn hern | Wilhelme.

Aus dem beschädigten orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Das längliche briefchen war zusammengefaltet und vermittelst eines durchgezogenen pergamentstreifens verschlossen, wie die betreffenden einschnitte, durch welche jener streifen gezogen war, noch erkennen lassen.

2. *Verzeichniss der ausrüstung des bruders Andreas Parvus bei einer sendung nach Deutschland.* [*um* 1300].

c. 1300. Advocatus de Resichen[1]) mittet fratrem Andream Parvum in Alemanniam et dabit ei unum mantellum, unam tunicam, unum sorkotium, sive sint de sagyn sive de panno dickewant, et unam togam, si forte vilis esset quam habet, unam jopam vel pelliceum, unum bonum par lintheaminum, unam koltam, unum bonum par caligarum, duo paria calceorum preter illud quod habet in pedibus, unum par stevalium, unam sellam, unum frenum et hab . . h . teren c . . . . . et unum gladium, unum vathsac, duo paria . . . earum ve . . . . . preter illud quod habet in dorso . . . . am kuberam . . . witzam, et semper b . . . vestitus mittatur[2]). Item dabit ei tres marcas argenti et sex ulnas grossi linei panni ad strosac.

Aus einem beschädigten perg.-blättchen ohne spuren einer besiegelung in Marburg (deutscho.)

3. (*Ein deutschordenspriester*) *erklärt einem andern den begriff wucherer, anscheinend für eine predigt.* [*um* 1300].

c. 1300. H . . . . . quod fenerator proprie dicitur, qui dat pecuniam mutuo ignominie. Set ignominia est nominis detestacio. Unde, si placet, expone sic: Quid fene. ho.? Waz libestu dich den luden mit unrechteme dineste? Du salt dich liben gote un̄ ime dyne, so infeistu hundertveildigen lon. Multa sunt verba, que exponenda sunt secundum sensum et non secundum etc. Ista de licencia tibi scribo.

Aus einem beschädigten perg.-blättchen in Marburg (deutscho.) ohne spuren einer besiegelung.

4. *Genannte personen beurkunden einen fruchtlosen einigungsversuch zwischen dem deutschen hause in Grieſstedt und Conzelin von Sömmerda wegen einer von letzterem verübten gewaltthat. Sömmerda* [*um* 1300] *febr.*

c. 1300 febr. Nos Conradus de Collede, Ludewicus de Vrondorf milites, magister Heinricus de Sumerde, plebanus de Rith sacerdotes, Th. Scriptor de Wizzenze, Heinricus Alie, Conradus et Wigandus dicti Scotthen recognoscimus et publice protestamur, quod in die dominica post purificationem sancte Marie proxima pro die placiti in Sumerde assignata in causa, que

1) Oder 'Resithen'.

2) 'et — mittatur' ausgestrichen.

vertitur inter discretos viros . . conmendatorem et fratres domus Teuthonice in Grifstete ex una et Conzelinum de Sumerde et suos conplices parte ex altera, nobis presentibus per arbitros ad hoc deputatos, videlicet Hermanno de Vrondorf milite et archipresbitero de Buchelde ex parte dictorum conmendatoris et fratrum de Grifstete, ac domino Heinrico de Suerstete vicario sancte Marie Erfordensis et Hermanno de Domo Lapidea ex parte Conzelini et suorum conplicum talis tractatus est habitus in hac forma. Arbitri conmendatoris et fratrum jam dicti proposuerunt et petiverunt, quod Hermannus(!) Pauline de Walthelmestorf, quem Conzelinus et sui conplices noctis silencio furtive de domo sua sublatum captivum detinent, liberum vellent dimittere et solutum, tali condicione, quod si juris peritus Albertus de Vipeche miles eundem Hermannum in aliqua parte reum judicaret, ipse Hermannus solveret judicatum. Si vero innocens ipsius judicio inveniretur, eum de cetero inpetere non attemptarent. Quod per arbitros ipsius Conzelini fuit omnino et simpliciter denegatum. Tandem a conmendatore et fratre Gunthero Puckir et arbitris ipsorum fuit in publico petitum[1]), quod Conzelinus et sui conplices Hermannum predictum hominem suum ab inpeticione et captivitate solutum nunctiarent, ut, si quid contra ipsum agere vel ponere haberent, ipsi conmendator et fratres eisdem de suo homine procurarent fieri omnis justicie conplementum. Quod ab eisdem similiter est negatum. Et sic[2]) finitum fuit arbitrium et a placito hujusmodi recessum, quod sepedicti conmendator et fratres in via juris aut gracie apud Conzelinum et suos conplices nichil penitus proficere potuerunt. In hujus rei evidenciam nos prepositus sanctimonialium in Collede et nos Hermannus de Vrondorf miles ad preces conmendatoris et fratrum ac omnium prescriptorum sigilla nostra posuimus ad presentes.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel: 1) zerbrochen. 2) abgefallen.

5. *Friedrich von Kalsmunt erklärt, dass er kein recht auf die dem deutschen hause bei Marburg gehörigen güter zu Rossberg habe.* [*um* 1300] *jun.* 1 *oder* 11.

Ego Fridericus dictus de Kalsmunt coram universis recognosco, quod nichil juris ullo umquam tempore habui nec aliquis coheredum meorum in bonis sitis in Rosseburg, que ad fratres domus Teuthonice aput Marpurg noscuntur libere pertinere et pertinent pleno jure. Unde quicumque contrarium protulerit seu dixerit, testimonium profert utique

c. 1300 jun. 1 oder 11.

1) 'petititum' orig. 2) 'si' orig.

falsitatis. In cujus rei testimonium presentem litteram dedi mei sigilli munimine roboratam.

Datum Barnabe apostoli, kalendas junii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.) Siegel dreieckig; von rechts nach links laufender schrägbalken, aus zwei reihen abwechselnd erhabener und tiefliegender würfel bestehend; umschr.: SIGILLVM · . . . . RICI · DE · MARPVRC.

6. *Heinrich und Gunzelin grafen von Beichlingen schenken dem deutschen hause in Griefstedt zwei morgen landes bei Rieth. Beichlingen* 1300 *jan.* 16.

1300 jan. 16. Henricus et Gunzelinus divina favente clemencia comites de Bichelingin, filii quondam Fridrici comitis de Bichelingin felicis recordacionis, omnibus in perpetuum. Quoniam nobis ex nostro debito semper conpetit peticiones salutares et congruas exaudire, et, ne in rerum ordinacione sequatur difficultas oblivionis, confirmare consuevit humanos actus auctoritas litterarum: noverint igitur universi ac singuli fideles Cristi tam presentes quam posteri hanc paginam inspecturi, quod nos unanimi consensu pro dilectione et observancia professionis et regule necnon pro parentum et progenitorum nostrorum et nostris animabus spe retribucionis eterne donavimus et liberavimus religiosis viris conmendatori et fratribus sacre domus Theutonicorum in Grifstete duo jugera seu duos agros mensuratos in longum et in latum, cultos et incultos, qui Flamingici ab indigenis nuncupantur, sitos in pago, qui attinet ville Ryet, que est fratrum predictorum, proprietatis titulo nostrorum et voluntate omnium coheredum annos in perpetuum liberaliter possidendos. Ut autem hec nostre donacionis ordinacio rata et inviolabilis perhenniter permaneat, presentem litteram predictis dedimus fratribus sigillorum nostrorum munimine confirmatam. Hujus rei testes sunt: Th. Saxo, Itel Gecze, milites de Bichelingen, Henricus Scobel, frater Conradus Topelstein, et alii fide digni.

Acta sunt hec anno ab incarnacione domini m.ccc., xvii. kalendas februarii, in castro Bichelingin.

Aus nr. 767 (781) des Marburger copialbuches in Wien, mit der überschrift: 'Donacio duorum agrorum juxta villam Riet sitorum, qui dicuntur die Flamingi'.

7. *Die stadt Marburg beurkundet, dass die zwischen dem deutschen hause bei Marburg auf der einen und Adolf von Linne und Rudolf Clusener auf der andern seite streitigen güter zu Böddiger dem ersteren zugesprochen worden seien.* 1300 *febr.* 14.

1300 febr. 14. Nos scultetus, scabini ac ceteri cives opidi in Marthpûrg coram universis recognoscimus publice per presentes, quod litigantibus fratribus

domus Theutonice aput Marthpůrg ex parte una et Adolpho de Lynne et Rudolpho dicto Clusenere sororio suo ex parte altera pro quibusdam bonis in Budigeren sitis, que quidem bona fuerunt quondam fratris Wigandi dicti de Scresbach, tandem habito consilio hinc inde duorum virorum, videlicet fratris Gobelonis de Wetflaria et Gerlaci de Lynne sculteti in Marthpurg arbitrio se taliter submiserunt, ut quicquid hii duo inter ipsos juste vel amice ordinarent, ratum et firmum per omnia haberetur. Ipsis itaque arbitrariis et eciam partibus convenientibus coram nobis sentenciaverunt, ut et nobis similiter videbatur, ipsum Adolphum et suum sororium Rudolphum nichil actionis habere in ipsis bonis penitus sive juris; et sic, ut dignum fuit, renunciaverunt coram nobis ipsis bonis simpliciter et precise, ita quod de cetero de predictis fratribus racione predictorum bonorum numquam poterunt neque debent questionem aliquam suscitare. In cujus rei testimonium presentem litteram ad preces ambarum dedimus parcium nostre civitatis sigilli munimine roboratam. Testes eciam, qui presentes erant, sunt: Fridericus dictus Hobeherre miles, Lůdewicus de Vronhůsen magister civium, Lůdewicus ex Curia, Eckehardus dictus Koil, scabini in Marthpůrg, et quam plures alii fide digni.

Datum anno domini m.ccc., dominica Exurge.

Aus nr. 396 (403) des Marburger copialbuches in Wien.

8. *Gotfrid und Gadebert gebrüder von Diedenshausen schenken dem deutschen hause bei Marburg die frau des müllers zu Bentref und ihre kinder.* 1300 *febr.* 21.

Nos Gotfridus et Gadebertus fratres carnales dicti de Dydenshusen una cum heredibus nostris universis recognoscimus publice per presentes, quod dedimus et donavimus religiosis viris . . conmendatori et fratribus domus Teuthonice aput Marpurg Methildim uxorem molendinarii in Bentreffe cum omnibus pueris suis, quos nunc habet vel poterit in futurum habere, cum omni jure, condicione ac servitute, qua nobis huc usque fuerat obligata, ob reverenciam gloriose virginis Marie et beate Elysabeth, rato et irrevocabili dono in perpetuum possidendam, dantes super hiis presentem litteram nostri sigilli munimine, quo uti consuevimus, roboratam; uno eciam eodemque sigillo ambo sumus usi. 1300 febr. 21.

Datum anno domini m°ccc°, dominica Esto michi.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel rund; im schild eine wolfsangel; umschr.: S · ' GODEFRIDI · DE · DITWINESHVSEN ·

9. *Gerlach Zimmermann und seine ehefrau Gertrud beurkunden, dass die äcker bei Wetzlar, welche das deutsche haus bei Marburg ihnen gegen zins überlassen hat, demselben nach ihrem tode wieder heimfallen sollen.* 1300 (1301?) *märz.*

1300 (1301?) märz. Nos Gerlacus dictus Zimmerman et Gertrudis legitimi conjuges, cives Wetflarienses, recognoscimus tenore presentium et publice protestamur, quod tredecim agri hinc inde prope Wetflariam siti, quos habemus pro sex maldris Wetflariensis mensure siliginis et possidemus nomine religiosorum virorum commendatoris et conventus domus Theutonice apud Marburg, sicut in litteris confectis de hoc plenius continetur, post nostram mortem redibunt ad dictos commendatorem et conventum cum omni amelioratione, per nos medio tempore si qua facta in eisdem fuerit, sine omni impedimento et contradictione nostrorum heredum, qui nil juris habent post mortem nostram vel habebunt in agris predictis omnibus et singulis, vere proprietatis titulo penitus liberi et soluti. Preterea promisimus et in hiis scriptis promittimus bona fide predictis commendatori et conventui in recognitionem dicte pensionis quantocius potuerimus comparare sex maldra Wetflariensia siliginis vere proprietatis titulo annue pensionis, quam vero pensionem comparare volumus modis omnibus et debemus. In quorum omnium testimonium et robur sigillum civitatis Wetflariensis nostris precibus litteris presentibus est appensum. Hujus facti testes sunt: Hermannus Selege, Hartradus Blyde, Conradus Crawe, scabini, et alii quam plures fide digni.

Datum anno domini m.ccc., mense martio.

Aus abschr. des XVIII. jahrh. in Marburg (deutscho.).

10. *Günther von Seelheim bürger zu Amöneburg verkauft dem deutschen hause bei Marburg den vierten theil seiner güter zu Flörsheim.* 1300 *märz* 27.

1300 märz 27. Ego Guntherus dictus de Selheim civis in Ameneburg una cum pueris meis, videlicet Rudolpho, Ludewico, Jacobo, Alhedi et marito suo Osperto, Lucia quoque filia mea ac aliis meis heredibus universis coram omnibus publice profitemur, quod matura deliberacione prehabita vendidimus et dedimus dono irrevocabili donacione inter vivos religiosis et honestis viris . . conmendatori et fratribus domus Theutonice aput Marthpurg quartam partem bonorum nostrorum in Flersheim, que inquam pars ex obitu progenitorum nostrorum ad nos fuerat hereditarie devoluta, cum omnibus pertinenciis, scilicet pratis, pascuis, campis, silvis, aquis, vineis et aliis quibuscumque juribus, ipsam quartam partem proprietatis titulo

in perpetuum possidendam pro viginti quinque marcis puri argenti nobis integraliter persolutis. Recognoscimus eciam, quod predictos fratres in aliis tribus partibus, si eas vendi contigerit, inpedire non possumus nec debemus, sed pocius eos, quantum in nobis fuerit, pro nostre possibilitatis modulo promovere, prout in arbitrio per nos ipsos concorditer est electum. In cujus rei testimonium sepedictis fratribus presentem litteram dedimus sigilli civitatis civium in Amenebûrg munimine roboratam. Nos quoque scabini et cives in Ameneburg predicti recognoscimus ad preces ipsius Guntheri et suorum heredum predictorum nostrum sigillum presentibus apposuisse in testimonium omnium premissorum. Testes sunt: dominus Lůdewicus miles dictus Kalp; Jacobus de Selheim, Wigandus sub Tilia, Eberhardus Gladiator, Hartmannus dictus Cleyte, cives in Ameneburg, et quam plures alii fide digni.

Datum anno domini m.ccc., in dominica Judica me deus.

Aus nr 571 (580) des Marburger copialbuches in Wien.

11. *Das deutsche haus bei Marburg verkauft dem nonnenkloster St. Georgenberg bei Frankenberg güter zu Schreufa.* 1300 *märz* 29.

Ne quod inter presentes agitur, oblivionis macula detergatur, cautum est, ut scriptis et idoneis testibus deducatur ad noticiam futurorum. 1300 märz 29.

Noverint igitur universi auditores presencium vel inspectores, quod nos frater Wernherus de Luytherberg conmendator Theutonice domus apud Marburg ceterique fratres ibidem bona nostra sita in superiori villa dicta Scrophe ac in terminis ejusdem ville cum omnibus proventibus inde percipiendis sive pertinentibus ad hec bona in areis, agris cultis et incultis, aquis, nemoribus, piscariis, pascuis et in pratis, in redditibus pecunie et annone, cum omni jure, utilitate, consuetudine et honore, sicut ipsa habuimus usque modo, pro quadam summa pecunie vendidimus . . preposito, . . abbatisse et conventui sanctimonialium ordinis Cysterciensis in Monte beati Georgii prope Franckenberg eis proprietatis titulo quiete ac pacifice possidenda ac perpetualiter obtinenda; que quidem bona vendita in manus dicti conventus libere presentibus resignamus, necnon renunciamus omni juri ac proprietati, quod vel quam hactenus habuimus in eisdem, volentes et firmiter promittentes sepedicto conventui de sepefatis bonis facere warandiam debitam ac consuetam.

Acta sunt hec presentibus testibus subnotatis, videlicet Eckehardo de Helfenberg milite, Ludewico juniore, magistro civium, Ludewico seniore dictis de Můnechusen, Henrico Clinchardo, Siffrido Frilingo, Volperto Engezone, ac pluribus aliis dicti opidi Franckenberg fide dignis. In quorum testimonium ac perpetuam firmitatem nos Wernherus conmen-

dator prelibatus dedimus hanc litteram sepefato conventui nostro sigillo fideliter roboratam.

Datum anno domini m°ccc°, iiii° kalendas aprilis.

Aus orig.-perg. in Marburg (kl. St. Georgenberg). Siegel beschädigt.

12. *Ritter Ludwig von Cappel verkauft dem comthur zu Reichenbach ein gut zu Weissenbach.* 1300 *apr.* 1 (2?).

1300 apr. 1 (2?). Ego Ludeuicus miles dictus de Capelle necnon Hedeuigis mea uxor legitima una cum nostris filiis, videlicet Burchardo et Wigando, ac quibuscunque nostris heredibus universis Cristi fidelibus, ad quos presentes pervenerint, volumus esse notum, quod bona voluntate et consensu unanimi omnium coheredum nostrorum predictorum accedente, rite ac rationabiliter vendidimus fratri Ditmaro de Virbach conmendatori in Richenbach ordinis Theutonicorum allodium sive bona nostra sita in Vizenbach cum omnibus usufructibus et proventibus, videlicet campis, aquis, pratis, pascuis et in silvis perpetualiter possidenda; renuntiantes nichilominus unanimiter et amice coram domino Ottone milite de Walkenberg ac aliis subscriptis omni nostro juri, quod in predictis bonis habuimus jure qualicunque. Testes vero, qui venditioni et renuntiationi solempniter facte aderant, sunt: dominus Otto miles de Valkenberg, dominus Otto miles dictus Hunt, dominus Hermannus plebanus in Martorph, Johannes de Valkenberg, Ortwinus de Lympach, Henricus de Rokenhusen, et alii quam plures fide digni. Ut autem hoc factum nostrum, videlicet venditionis et renuntiationis, in posterum a nostris successoribus inviolabiliter permaneat, presens sigillo domini Ottonis militis de Valkenberg duximus confirmandum. Nos igitur Otto miles de Valkenberg prenotatus recongnoscimus per presentes, quod ad preces Ludeuici militis de Capelle et Hedeuigis sue uxoris una cum eorum heredibus ac domini Ditmari de Virbach conmendatoris domus fratrum Theutonicorum in Richenbach nostrum sigillum presentibus appendisse [1]).

Actum et datum anno domini m°ccc°, in vigilia Palmarum, kalendas aprilis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Auf dem dreieckigen siegel zwei aufgerichtete, mit den bärten nach aussen gekehrte schlüssel; umschr.: . . . . ONIS . . . . LKENBERG. Gedr.: Gudenus Codex 3, 1187.

1) So im orig. statt 'appendimus'.

13. *Das deutsche haus zu Marburg präsentirt dem Trierer archidiacon den geistlichen Widerold für die kirche zu Oberwetz. Marburg* 1300 *mai* 6.

Venerabili viro domino G. de Eppinstein archidiacono in ecclesia Treuerensi frater Wernherus de Luterberg commendator ac universi fratres domus Theutonice in Marpurg reverentiam tam debitam quam devotam. Ad ecclesiam in Wetfe ex morte Johannis clerici, nati Gumperti militis vacantem, ad nostram spectantem collationem, Wideroldum clericum vobis duximus presentandum, rogantes studio quo possumus ampliori, quatenus eidem clerico, cui dictam ecclesiam pure propter deum contulimus, curam animarum ipsius ecclesie committere et investire dignemini de eadem, mittendo ipsum in possessionem dicte ecclesie corporalem cum sollempnitatibus debitis et consuetis. 1300 mai 6.

Datum Marpurg, anno domini m°ccc°, feria sexta post inventionem sancte crucis.

Aus gleichzeit. abschr. auf perg. in Marburg (deutscho.). Siegel fehlt.

14. *Der Trierer archidiacon beauftragt den erzpriester zu Wetzlar, den vom deutschen hause zu Marburg für die kirche zu Oberwetz präsentirten geistlichen Widerold in diese pfarre einzuführen.* 1300 *mai* 8.

Godefridus de Eppinstein dei gratia archidyaconus in ecclesia Treuerensi dilecto sibi in Cristo archipresbitero Wetflariensi salutem in domino. Wideroldum clericum, filium Friderici de Steinebruken, nobis per honorabilem virum . . commendatorem domus Theutonice in Marpurg ad ecclesiam in Wetfe vacantem ex morte Johannis clerici, filii Gumperti de Garbinheim militis, quondam pastoris ibidem, legittime presentatum proclamatione prehabita diligenti, cum nullus contra ipsum conparuerit, ipsum de dicta ecclesia tenore presentium investimus, mandantes vobis, quatenus eundem Wideroldum in possessionem dicte ecclesie inducatis corporalem, adhibitis ad hoc sollempnitatibus debitis et consuetis. 1300 mai 8.

Datum octavo idus maji, anno domini m°ccc°

Aus gleichz. abschr. auf perg. in Marburg (deutscho.). Siegel fehlt.

15. *Die eheleute Heinrich Wercmann und Gela von Hausen verkaufen dem deutschen hause bei Marburg einen jährlichen zins aus gütern zu Rossberg.* 1300 *mai* 12 (1304 *mai* 15?).

Noverint universi presencium inspectores, quod ego Henricus dictus Wercman et ego Gela dicta Schindazen conjuges de Husen recognoscimus 1300 mai 12 (1304 mai 15?).

nos de bona nostra voluntate manuque communicata, accedente eciam ad hoc consensu Alhedis filie nostre, vendidisse justo venditionis titulo duodecim solidos denariorum, duobus hallensibus pro denario computandis, annui census in bonis nostris, in quibus jam manemus, videlicet in dimidia parte ipsorum bonorum dictorum Ludolfi uf dem Berge, sitis in villa Rosseberg et in quarta parte bonorum dictorum Walteri Bûmanis sitorum trans ripam ibidem et in universis et singulis eorum attinenciis et juribus suis in villa et extra villam, videlicet in campis, pascuis, nemoribus, pratis, pascuis (!), viis et inviis et in aliis eorum appendiciis eciam quibuscunque, viris religiosis . . commendatori ceterisque fratribus domus Theotunice prope Marpurg pro octo marcis minus dimidia nobis numeratis, traditis et conplete persolutis ad habendos, tenendos jure proprietario cum omni felicitate perpetue, pacifice et quiete. In quibus bonis, videlicet in dicta dimidia parte, prehabuerunt triginta denarios, unam aucam et pullum, et in quarta parte predicta quindecim denarios cum auca et pullo, quos cum predictis denariis ipsis fratribus tenemur et promittimus ipso festo beati Martini yemalis nomine census annui perpetuis temporibus ministrare. Cupientes et volentes ipsos fratres de dicto censu magis reddere certos, ipsis statuimus in fidejussores Andream et Hermannum dictum Habeman de Husen, ita sane, quam primum Metza filia nostra junior, que nondum etatem legittimam attinxerat (!), quam primum ipsam etatem legittimam attinxerit (!), renunciet et ipsam vendicionem ratam et gratam habebit et utique habere debet. Et nos fidejussores prelibati recognoscimus nos ad predeterminata nos existere obligatos et nos presentibus obligamus. In cujus rei evidenciam firmiorem nos conjuges et fidejussores prelibati damus atque dedimus presentem litteram predictis . . commendatori et fratribus sigillo universitatis in Marpurg patencius sigillatam cum testimonio Ernesti, Wicheri, scabinorum in Marpurg, et aliorum quam plurium fide dignorum.

Datum et actum anno domini m°ccc°iiii° ydus maji.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Jahres- und tagesdatum lassen sich nicht sicher trennen. Siegel abgefallen.

16. *Reinhard Bart entsagt zu gunsten des deutschen hauses in Griefstedt seinen ansprüchen auf güter zu Kindelbrück. Leubingen* 1300 *mai* 24.

1300 mai 24. Quoniam humana discrecio post longas rixas et discordias ea, que ad pacem et favorem sunt, ad ultimum cum studio nititur observare, noverint igitur universi ac singuli presencium inspectores, quod nos Reinhardus Barto cum libero et unanimi consensu Syffridi, Henrici Bar-

tonis fratrum nostrorum, filiorum quondam Bartonis militis de Gruna pie recordacionis, instructi sumus, hanc discordiam, que inter nos et reverendos conmendatorem et fratres domus ac hospitalis sancte Marie Theutonicorum in Grifstete aliquamdiu vertebatur pro bonis sitis in Kindelbruchin, quorum proprietatem dicti fratres a nobili viro comite Henrico de Kerichberc asserunt se habere [1]), favorabiliter conponendam, pro pace et amicicia necnon pro dilectione predictorum fratrum conservanda renunciamus simpliciter et liberaliter omni juri, actioni et questioni, quod inquam jus seu que actio nobis in supradictis bonis vertebatur, de quibus lis duravit, una cum consensu omnium heredum nostrorum, in agris, curiis, ortis in villa et extra villam Kindelbruckin, cultis pariter et colendis, et aliis juribus quibuscumque renunciamus et nos renunciasse recognoscimus libere et solute, ipsis et predicte domui in Grifstete jure proprietatis pacifice et quiete in perpetuum possidendis; ita tamen, quod honorandi viri conmendator et fratres memorate domus xii marcas Northusensis argenti infra octavam pentecostes pro inpeticione et justicia, quam in prefatis bonis habuimus, necnon et pro concordia hoc anno solummodo nobis dabunt; tali condicione adjecta, quod eisdem conmendatori et fratribus ac domui ipsorum faciemus de sepedictis bonis sitis in Kindelbruckin loco et tempore, quandocumque fuerit oportunum, warandiam debitam et consuetam. Ut autem hec conposicionis et renunciacionis nostre ordinacio rata et inviolabilis perhenniter permaneat, presentem litteram sigillo Henrici comitis de Bichelingen procuravimus sigillari. Hujus rei testes sunt: idem nobilis Henricus comes de Bichelingen, Henricus de Harraz, Saxo, Hermannus et Ludewicus de Vrondorf, Guntherus de Loubingen, milites; plebanus de Loubingen, Jo. conmendator, Vol. plebanus, Ot. de Richowe, Her. de Walesleibin, fratres, et alii quam plures fide digni.

Facta est hec conposicio anno ab incarnacione [domini] m.ccc., ix. kalendas junii, in cimiterio Loubingen apud ecclesiam versus Grifstete, feria tercia in septimana ante festum pentecostes, que vulgariter dicitur wercwoche; pluribus ydoneis presentibus, sicut scitur.

Aus nr. 720 (733) des Marburger copialbuches in Wien.

17. *Wigand Schinebein zu Marburg verkauft dem Hartmann Klette zu Amöneburg einen hof zu Niederrossdorf. Amöneburg* 1300 *jul.* 10.

Ego Wigandus dictus Scinebein opidanus Marpurgensis recongnosco litteras per presentes et omnibus eas visuris cupio publice notum esse, quod cum voluntario heredum meorum et liberorum omnium consensu 1300 jul. 10.

1) Vgl. I, 422 nr. 558.

omnia bona mea, curiam sitam in inferiori villa Rostorph suis cum universis pertinenciis, agris, pratis, pascuis, nemoribus sive silvis, aquis et aquarum decursibus et aliis quibuscunque juribus et usibus, prout hactenus possedi, pleno jure vendidi Hartmanno dicto Clette et Methildi uxori ejus conjugibus in Ameneborg necnon veris heredibus eorundem jure hereditario et proprietatis tytulo perpetuo possidenda, e quibus bonis undecim agri cum curia predicta ab omni decimatione sunt exclusi, et ejusdem venditionis loco et tempore, quociens opus habuerint, eisdem prestabo debitam warandiam. Ad cautelam hujus substitui fidejussores Wigandum filium meum, Heinricum de Vronhusen et Hermannum dictum Zane una cum Sophia et Gertrude filiabus meis, quod, si in hac venditione et emptorum possessione aliquod suboriatur inpedimentum, quod absit, dicti fidejussores communem tabernam in Ameneburg subintrabunt ad jacendum in ea suis propriis sub expensis tam diu, donec dicta warandia rite et rationabiliter jure quo competit consumetur. Testes hujus rei sunt: Jacobus de Sylheim, Heinricus de Vronhusen, Wigandus sub Tylia, Eberhardus Gladiator, scabini Ameneburg; Eylichen, Heinricus oleator, Bernhardus dictus Cranich cum aliis pluribus fide dignis ad hoc in testimonium vocatis specialiter et rogatis. Sed cum ego Wigandus et nos fidejussores predicti sigilla propria habere non consueverimus nec habeamus, petivimus et obtinuimus cum effectu presens scriptum sigillo universitatis in Ameneburg communitum in evidenciam omnium premissorum. Nos quoque scabini predicti sigillum universitatis nostre prefate ipsis partibus predictis petentibus apponendum duximus huic scripto.

Datum et actum Ameneburg, anno domini m°ccc°, die dominico ante diem beate Margarete virginis.

Aus orig.-perg. mit siegelbruchstück in Marburg (deutscho.).

18. *Ingebrand von Heuchelheim entsagt allen ansprüchen auf die durch den tod Konrads genannt Reye bürgers zu Wetzlar dem deutschen hause zu Marburg zugefallenen güter bei Heuchelheim.* *Waldgirmes* 1300 *aug.* 13.

1300 aug. 13. Nos Ingebrandus de Huchelnheim et Elizabeht conjuges legittimi tenore presentium recognoscimus litterarum, quod nos una cum Theoderico et Adelheyde liberis nostris omni actioni et juri nobis contra religiosos viros . . commendatorem ac fratres domus Theutonice in Marpurg ratione bonorum sitorum apud Huchelnheim, que post mortem Conradi dicti Reye ac Adelheidis uxoris sue civium in Wetflaria ad dictos fratres successione hereditaria sunt devoluta, de facto vel de jure competentibus

in vigilia assumptionis beate virginis apud Waltgermize simpliciter renunciavimus, fratre Heinrico sacerdote ejusdem domus tunc presente et nomine predictorum commendatoris et fratrum renuntiationem hujusmodi acceptante; presentibus etiam Theoderico, Wezelino, Erwino militibus et Alberto fratribus dictis de Lempe vocatis et pro testibus adesse rogatis. Et in nostre renuntiationis testimonium sigillum predicti Wezelini militis ad preces nostras, quod ego Wezelinus etiam recognosco, litteris presentibus est appensum.

Datum et actum anno domini m°ccc°, in vigilia assumptionis predicta.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

19. *Das deutsche haus zu Flörsheim verkauft an Mechtild wittwe Gerlachs von Cöln 40 malter korn jährlicher gült und verpfändet ihr dafür güter bei Flörsheim.* 1300 *oct.* 9.

1300 oct. 9. Nos frater Cunradus commendator totusque conventus fratrum ordinis domus Theutonice in Flersheim tenore presencium recognoscimus et fatemur ac notum facimus universis, quod nos pari et unanimi voluntate, deliberacione ad hoc habita diligenti, cum consensu et permissione .. commendatoris ordinis nostri in Marcburg vendidimus justo vendicionis titulo Methildi relicte bone memorie Gerlaci dicti de Colonia et suis heredibus, civibus Wormaciensibus, redditus quadraginta maldrorum siliginis perpetuos Wormaciensis mensure infra duo festa assumpcionis scilicet et nativitatis beatissime virginis Marie in civitatem Wormaciensem ante quamcunque domum memorata Methildis vel ejus heredes voluerint, non obstante grandine, exercitu, decrescencia frugum vel quavis alia causa, in omnem eventum annis singulis assignandos nostris vectura, laboribus et expensis, quodlibet maldrum pro iiii libris hallensium et iiii solidis numerate pecunie, quam pecuniam confitemur a prefata Methilde integraliter recepisse ac eandem in usus nostros necessarios conversam confitemur et prefatam Methildim et suos heredes de dicta pecunia soluta et numerata quitos et solutos clamamus et dicimus litteras per presentes. Sunt autem pro solucione dictorum reddituum quadraginta maldrorum siliginis bona nostra infra scripta, scilicet in superiori campo ville Flersheim superioris quadraginta tria jugera tendencia uber die Halthe an der Halstraßen; item in inferiori campo decem et octo jugera, die stozent in hern Helfriches lehen; item ix jugera tendencia uber den Milvesheimer weg; item xiiii jugera an deme Halcruce, die stozent in die frauwen von Ramesen, predicte Methildi et suis heredibus pro ypotheca et subpignore obligata ac ea eis presentibus obligamus et

in facto assignamus, ut consuetudinis est et juris, ita ut Methildis et sui heredes predicti respectum habeant ad predicta subpignus et ypothecam. Si in solucione et assignacione dictorum xl maldrorum siliginis contra voluntatem dicte Methildis et suorum heredum defecerimus seu negligentes fuerimus vel remissi aliquo anno, extunc licitum est Methildi et suis heredibus predictis, prehabita bona subpignorata per judicium dicte ville Flersheim tollere et ea sibi usurpare, ut consuetudinis est et juris. Renunciamus insuper omni privilegio nobis seu ordini nostro indulto, excepcioni doli, metus et in factum, ac omni juris beneficio canonici vel civilis, accioni, excepcioni, judicis officio, in integrum restitucioni, litterarum impetracioni, convencioni, impeticioni juris et facti, et omnibus auxiliis et beneficiis, que nobis competere possent in presenti vel in futuro ad rescindendum et non solvendum redditus memoratos et pensionem predictam. In testimonium et robur premissorum presentem litteram sigillo venerabilium dominorum judicum Wormaciensium una cum sigillo nostro dedimus fideliter roboratam. Et nos judices Wormacienses predicti ad peticionem et rogatum emptorum et venditorum sigillum curie Wormaciensis huic littere apponi fecimus in evidenciam ampliorem.

Actum et datum anno domini m°ccc°, vii° idus octobris. Acta sunt hec presentibus fratre Johanne gardiano fratrum Minorum in Wormacia, fratre Gerhardo de Liningin ejusdem ordinis, Heinrico de Morsbach et Cunrado Slitzwecke militibus.

Aus einem copialbuch des klosters Otterberg saec. XIV. fol. 128′ in Mainz (stadtbibliothek). Gedr.: Frey u. Remling Urkundenb. des klost. Otterberg 228 nr. 287.

20. *Papst Bonifaz VIII. beauftragt auf bitten Widerolds pfarrers zu Oberwetz den decan zu Fritzlar, die unrechtmässig veräusserten güter der kirche zu Oberwetz derselben wieder zu verschaffen.*

Lateran 1300 *oct.* 21.

1300 oct. 21. Bonifatius episcopus servus servorum dei dilecto filio . . decano ecclesie Frizlariensis Maguntine diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii Wideroldi rectoris ecclesie in Wetfe Treuerensis diocesis precibus inclinati, presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus ea, que de bonis ipsius ecclesie alienata inveneris illicite vel distracta, ad jus et proprietatem ejusdem ecclesie legitime revocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere.

Datum Laterani, xii. kalendas novembris, pontificatus nostri anno sexto.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). In der rechten ecke des umgelegten unteren randes steht 'Sy. Ro.' und am oberen rande der rückseite: 'Thomas de Aquamunda'. Die bleibulle hängt an hanfschnur.

21. *Gottschalk der ältere und Gottschalk der jüngere edelherren von Plesse schenken dem deutschen hause in Marburg die hälfte des dorfes Lindewerra und eine halbe mark jährlichen zinses von dem hofe Liprechterode.* 1300 *oct.* 29.

Facta modernorum racionabiliter ordinata scriptis et testibus exigunt confirmari. Audiat igitur presens etas et futura intelligat et congnoscat, quod nos Gotschalcus senior et Gotschalcus junior nobiles de Plesse, omnipotentis dei et beate virginis Marie intendentes reverencie et honori nostrorumque et progenitorum nostrorum animarum, quantum in hac parte possumus, suffragiis et remedio provide consulentes, domui Theutonicorum in Marthpůrg dimidietatem villule Lindenewerde ex successione paternali et hereditario jure nos attingentem ac eciam dimidie marce redditus de curia Lippregterode cum omnibus ipsorum proventibus et pertinenciis, jure quoque proprietatis, liberaliter contulimus perpetuo possidenda. Ut autem hoc factum nostrum processu temporis aut calumpnia perversorum, quod absit, in posterum non turbetur, presens instrumentum in nulla sui parte viciosum contulimus sigilli nostri munimine roboratum. 1300 oct. 29.

Datum anno domini m.ccc., sequenti die Symonis et Jude apostolorum.

Aus nr. 370 (376) des Marburger copialbuches in Wien.

22. *Geba von Allna schenkt dem deutschen hause bei Marburg güter zu Allna, Mornshausen bei Gladenbach, Sinkershausen und Oberweimar.* 1300 *nov.* 30.

Noverint universi presentium inspectores, quod ego Geba de Alnahe una cum matre mea Uda dedimus dono irrevocabili, manu parili, consensu unanimi, donatione inter vivos religiosis viris . . conmendatori et fratribus domus Teuthonice aput Marpurg bona nostra in Alnahe sita et bona nostra in Moroldeshusen juxta Gladenbach sita, partem quoque bonorum nostrorum in Synkershusen ac etiam partem bonorum nostrorum in superiori Wymere cum omnibus juribus et attinentiis eorumdem, cupientes per eandem donationem incertam horam mortis certa rerum no- 1300 nov. 30.

strarum dispositione juxta sapientis viri consilium prevenire. Donationem etiam quondam per dilectum fratrem meum Gumpertum felicis recordationis memoratis fratribus factam ego Geba cum matre mea predicta tenore presentium confirmamus. Et ne quispiam successorum nostrorum dictam donationem infringere valeat, ipsis fratribus presentem litteram dedimus sigilli civitatis civium in Marpurg, quod apponi rogavimus, munimine roboratam. Nos quoque scabini et cives in Marpurg predicti recognoscimus ad preces predictorum Gebe et matris sue Ude nostrum sigillum presentibus apposuisse in testimonium omnium premissorum. Testes sunt: Ludewicus ex Curia magister civium, Rukelo Pinguis, magister Wygelo, Johannes Monetarius, et quam plures alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc°, in die Andree apostoli.

Aus orig.-perg. mit siegel in Marburg (deutscho.).

23. *Das deutsche haus bei Marburg genehmigt den verkauf einer korngült von seiten des deutschen hauses in Flörsheim an Mechtild wittwe Gerlachs von Cöln.* 1301.

1301. Frater Wernherus de Luterburg commendator domus Theutonice apud Marpurg ceterique fratres ejusdem domus coram universis recognoscimus et publice profitemur, quod cum commendator ceterique fratres nostri ordinis in Flersheim necessitate cogente justo vendicionis titulo Methildi relicte quondam Gerlaci dicti de Colonia et suis heredibus xl maldra siliginis Wormaciensis mensure reddituum annuorum vendiderint pro quinquaginta marcis puri argenti ipsis persolutis super octoginta et quatuor jugera agrorum in terminis predicte ville sita, que predicte Methildi et suis heredibus pro subpignore sunt locata, singulis annis infra duo festa assumpcionis scilicet et nativitatis beate Marie virginis cum nostris vecturis et expensis ad civitatem Wormaciensem cum integritate debita presentanda, sicut in instrumento super vendicione ista confecto plenius continetur[1]), nos hujusmodi vendicionem approbantes et ratam habentes tenore presencium sigilli nostri appensione munitorum duximus confirmandam.

Datum anno domini m°ccc° primo.

Aus einem copialbuch des klosters Otterberg saec. XIV. fol. 128 in Mainz (stadtbibliothek). Gedr.: Frey u. Remling Urkundenb. d. kl. Otterberg 230 nr. 288.

1) Vgl. nr. 19.

24. *Konrad von Königsberg verkauft an Gerbert, sohn des Wetzlarer scheffen Udo, eine hofreite.* 1301 (1302?) *märz.*

Omnibus ac singulis presencium litterarum perceptoribus innotescat, quod ego Conradus de Koningisberg gener quondam Ortwini pistoris de consensu et voluntate Hildegundis filie mee vendidi, dedi, vendo et do juste vendicionis titulo in hiis scriptis totam partem meam aree quondam soceri mei predicti, tam illam partem in me ex successione hereditaria divolutam, quam illam partem, quam erga Hildegundim sororiam meam conparavi, cum omni jure michi vel mee filie in dicta area exnunc vel in posterum quoquo modo conpetente Gerberto filio quondam Udonis scabini Wetflariensis, Bertheydi uxori sue eorumque heredibus pro certa summa pecunie michi tradite penitus et pagate possidendam in perpetuum et habendam pleno jure. In cujus rei testimonium et robur sigillum civitatis Wetflariensis meis et filie mee predicte precibus presentibus litteris est appensum. Hujus facti testes sunt: Hermannus Selege, Hennemannus Gerberti, Hartradus Blide, Ernestus de Nuueren, scabini civitatis predicte, et alii fide digni. 1301 (1302?) märz.

Datum anno domini m°ccc° primo, mense marcio.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

25. *Der edelknecht Hartmann von Schwabach verspricht, den pfarrer Widerold zu Oberwetz im besitze der kirche daselbst nicht länger zu stören.* 1301 *märz* 28.

Noverint universi presencium inspectores, quod cum ego Hartmannus armiger dictus de Swapach super ecclesia in Wephe (!) contra Wideroldum clericum, rectorem ejusdem ecclesie, consanguineum domini Waltheri bone memorie quondam plebani Wetflariensis, litem et controversiam moverem, tandem amicis nostris hinc inde se interponentibus inter nos conposicio amicabilis intervenit ac omnis discensionis (!) materia in hunc modum pure et simpliciter est sopita, ita quod ego Hartmannus predictus secundum ordinationem compositorum ad hoc a nobis communiter electorum hinc inde renunciavi, renuncio ac in hiis scriptis me renunciasse recognosco omni actioni, si qua michi de jure vel de facto in dicta ecclesia Wetfe contra eundem Wideroldum conpetere videbatur, promittens et per presentes me obligans, quod nec ipsum Wideroldum nec aliquem suum vicarium, quem ibidem sibi substituerit, de cetero aliqualiter molestabo, sed obsequiis et favoribus efficaciter et fideliter promovebo. Preterea promisi me velle et debere procurare, quod Wernherus canonicus ecclesie Wilburgensis, Heinricus et Crafto laici, fratres mei car- 1301 märz 28.

nales, eandem renunciationem facere debeant et conpositionem istam ratam et gratam habeant, et ad hoc faciendum per patentem litteram sub sigillo domini .. decani ecclesie Wilburgensis predicti fratres mei se firmiter obligabunt. Wideroldus vero predictus simpliciter renunciavit omni inpetitioni seu actioni, que sibi posset conpetere de facto vel de jure contra meam personam ac meos conplices racione pecunie seu fructuum per me de dicta ecclesia sublatorum. Huic conposicioni testes assumpti fuerunt: Gerhardus nobilis de Solmes, Gotfridus dictus Lesche, Heinricus dictus Brandan, Chvno de Cleberg, Gvmpertus de Garbenheim et Gotfridus de Lynden, milites, Gerhardus dictus Lesche et Wintherus, armigeri, castrenses in Chalsmunt, ac quam plures alii fide digni. In cujus facti testimonium et robur presentem litteram sigillo castrensium in Chalsmunt predictorum ac meo munitam Wideroldo sepefato duxi porrigendam. Nos quoque castrenses de Chalsmunt prenotati huic conposicioni nos recognoscimus interfuisse et ad preces utriusque partis tam Hartmanni quam Wideroldi predictorum sigillum nostrum castrense presentibus appendisse.

Actum et datum anno domini m°ccc°i°, v° kalendas aprilis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Auf der rückseite steht von hand des XVI. jahrh.: 'Wegen der pfar Obernwezfe'. Beide siegel sind abgefallen.

26. *Hermann decan zu Weilburg beurkundet, dass der edelknecht Heinrich von Schwabach der einigung seines bruders Hartmann mit dem pfarrer zu Oberwetz wegen der kirche daselbst beigetreten sei.* 1301 *märz* 30.

1301 märz 30. Nos Hermannus decanus ecclesie Wilburgensis Treuerensis dyocesis recognoscimus publice et presentibus protestamur, quod constitutus coram nobis Heinricus armiger dictus de Swapach ratam precise et simpliciter habuit et tenere promisit firmam et inviolatam conpositionem factam inter Hartmannum fratrem suum et Wideroldum clericum, rectorem ecclesie in Wetphe, super eadem ecclesia, ita quod idem Henricus protestatus est publice dictum Wideroldum ratione dicte ecclesie nunquam debere nec velle in posterum infestare. Verum cum Wernherus canonicus ecclesie Wilburg et Crafto laicus, fratres uterini Heinrici et Hartmanni predictorum, in alienis partibus constituti absentes erant, Conradus miles dictus de Chaldenbvrnen, socer Craftonis predicti, fidejussorie promisit et ad hoc se obligavit, quod Wernherus et Crafto predicti eandem conpositionem eo modo, quo premissum est, ratam et gratam habere deberent. In cujus recognitionis testimonium nos decanus predictus ad preces

fratrum predictorum, Hartmanni videlicet et Heinrici [sigillum nostrum] presenti littere duximus appendendum.

Actum et datum anno domini m°ccc°i°, iii° kalendas aprilis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel oval; Maria mit dem kinde im brustbilde, darunter ein geistlicher hinter einem altar, einen kelch erhebend; umschr.: . . HERMANNI · DECĀI · WILEBVRG.

27 *Der arzt meister Ludwig von Battenfeld schenkt dem deutschen hause bei Marburg theile von höfen zu Rosphe und Kölbe.* 1301 *apr.* 20.

Ego magister Ludewicus physicus dictus de Batthenuelt tenore presencium profiteor et coram omnibus publice recognosco, quod deliberacione matura, mentis mee conpos, saluti anime mee consulere volens ac incertam horam mortis certa rerum mearum disposicione cupiens juxta sapientis consilium prevenire, ad honorem dei omnipotentis et gloriose matris beate Elyzabeth, in remedium ac salutem anime mee bona mea infra scripta, videlicet quartam partem curie in Cůlbe, dimidietatem curie mee in Roisphe et ibidem alterius curie quartam partem de consensu et voluntate sororis mee Bertradis de Rudenchem et sue filie Berthradis honestis et religiosis viris .. conmendatori et fratribus domus Teuthonice aput Marpurg do atque donavi irrevocabiliter donacione inter vivos, sine revocacione, post mortem meam omni eo jure et dominio possidenda, quo ipsa hactenus possedi vel poteram possidere. Transtuli quoque in dictos fratres et transfero in hiis scriptis quicquid juris in proprietate, possessione et dominio dictorum bonorum habui usque modo, renuncians simpliciter et precise omni ordinacioni vel inmutacioni, quam circa dicta bona possem seu vellem facere in futurum; hoc solo excepto, quod marca una denariorum post mortem meam scilicet in anniversario meo ipsis fratribus pro pyctancia de predictis bonis annis singulis ministretur. In cujus rei testimonium sepedictis fratribus presentem litteram dedi et eandem petivi sigilli civitatis civium in Marpurg munimine roborari. Nos quoque scabini et cives in Marpurg predicti recognoscimus ad preces ipsius magistri Ludewici ac eciam sororis sue Berthradis et Berthradis ejusdem filie nostrum sigillum presentibus apposuisse in testimonium omnium predictorum. Testes hujus sunt: Henricus dictus Kalp plebanus in Kyrchan, magister Conradus plebanus in Gozuelden, Ludewicus ex Curia magister civium, Ludewicus de Vronhusen, Rukelo senior, magister Wygelo, Johannes Monetarii, Rukelo junior, et quam plures alii fide digni.

1301 apr. 20.

Datum et actum anno domini m°ccc° primo, xii° kalendas maji.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

28. *Volpert Schmied von Nauborn bürger zu Wetzlar verkauft seinem mitbürger Markwart von Nauborn einkünfte von dem hof Genseweyde zu Nauborn.* 1301 *mai.*

1301 mai. Noverint universi presentes pariter et futuri, quod ego Wlpertus Faber de Nuueren civis Wetflariensis vendidi, dedi, vendo et do in hiis scriptis Marquardo de Nuueren, Methildi uxori sue, civibus Wetflariensibus, necnon eorum heredibus fertonem denariorum annui redditus ex curia sita in Nuueren villa predicta dicta Genseweyde in die beati Martini annis singulis census nomine persolvendum pro quatuor marcis denariorum numerate pecunie michi tradite penitus et pagate. In cujus rei testimonium et robur sigillum civitatis Wetflariensis meis precibus litteris presentibus est appensum. Hujus facti testes sunt: Ernestus de Nuueren, Hartmannus et Hattradus de Hirlisheim, Conradus Crawe, Rulo Reye, scabini, et alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc° primo, mense majo.

Aus orig.-perg. mit siegel in Marburg (deutscho.).

29. *Die scheffen von Fritzlar beurkunden die verzichtleistung Volperts genannt Vogt von Wabern auf güter bei Werkel zu gunsten des deutschen hauses bei Marburg.* 1301 *mai* 8.

1301 mai 8. Nos Volcmarus Grebe, Henricus Pabes, Bertoldus de Metze, Ludewicus de Borken, Conradus Schindeliph, Ludewicus Sidenswanz, Conradus Bodonis, Eberhardus de Atrio, Ludewicus de Milsungen, Th. Terkis, Tepelo Moysceith, Conradus Asselen, Iwanus et Theodericus de Hoenberg, scabini Fritslarienses, presentibus litteris profitemur, quod constitutus coram nobis Volpertus dictus Voget de Waberen cum heredibus renunciavit omni juri, quod habuit vel habere videbatur in bonis sitis in terminis Wercle, que bona domina Cunegundis relicta quondam Marsilii dedit et legavit commendatori et fratribus Teutonicis apud Marpurg pro salute sue anime perpetuo possidenda [1]). Item Hermannus filius comitis de Besse et Syfridus dictus Monddel (?) se constituerunt fidejussores pro Walthero clerico, nato dicti Volperti, ut cum venerit ad partes, quod renunciet dictis bonis. Hujus renunciationis testes sunt: Conradus Folpurgis, Dithmarus Selvert (?), Conradus Altmar, Henricus Crumfoz, magister Johannes, et plures alii fide digni. In quorum omnium evidentiam nos scabini predicti ad preces dicti Volperti et suorum heredum sigillum civium Fritslariensium apposuimus isti carte.

Datum viii. idus maji, anno domini millesimo ccc° primo.

Aus orig.-perg. mit siegel in Marburg (deutscho.).

1) 1, 445 nr. 595.

30. *Die stadt Fritzlar befreit die in der Fleminggasse daselbst gelegene behausung des deutschen hauses bei Marburg und deren bewohner von städtischen diensten und abgaben und gewährt ihnen die rechte der bürger, untersagt jedoch dem orden die erwerbung weiterer besitzungen zu Fritzlar.* 1301 *mai* 28.

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Ne presencium facta 1301
in oblivionem transeant futurorum, expedit facta hominum scripti et mai 28.
testium memoria perhennari. Nos siquidem .. sculthetus, .. scabini, .. consules ceterique cives opidi Fritslariensis scire volumus universos presentes litteras inspecturos, quod propter amiciciam et favorem, quem habemus circa honorandos viros religiosos dominos .. commendatorem et fratres domus Teuthonyce apud Marburg, animo deliberato et communi consensu pro comodo dictorum fratrum damus et concedimus libertatem seu immunitatem infra scriptam et a nobis inviolabiliter observandam. Videlicet quod domus, curia et area dictorum fratrum sita in plathea Flemyncgaßen in ea longitudine et latitudine uti nunc est, inter curiam Conradi Volpurgis ex uno latere et domum Arnoldi dicti Munych de Heyde ex alio latere, ac ipsi fratres, si eam in propria persona inhabitare voluerint vel quibuscunque personis locaverint aut qui eorum nomine inhabitaverint, familia et bona sua a vigiliis, custodia murorum civitatis, exactionibus, angariis et contributionibus quibuscunque sint libera et soluta, recipientes sepefatos fratres in nostros concives, quos eciam pro nostro posse in omni sua libertate ab omni inpugnacione et molestia tamquam alios nostros concives volumus et promittimus defendere et tueri. Insuper quecunque bona introduxerint dictum opidum in victualibus, blado, frumento, annona et omnibus rebus mobilibus, libere possint educere omni tempore et hora sine inpedimento quolibet inhibitionis seu occupationis nostre pro sue libito voluntatis, nisi extrema necessitas, videlicet circumvallatio seu obsessio, quod absit, urgeret opidum antedictum. Tunc enim predicti fratres pro conservatione dicti opidi circa eductionem et venditionem sue annone facient de nostro consilio quod conveniens fuerit et amicum. Preterea, si predicti fratres laycum vel personam laycalem receperint in suam curiam antedictam, que persona negociari voluerit emendo et vendendo, talis persona de suis bonis circa exactiones civium faciet id, quod alter civis. Ceterum prefati fratres de Marburg infra muros Fritslarienses et in terminis ejusdem nullam hereditatem neque bona inmobilia postmodum conparabunt. Si autem aliqua bona sive hereditas infra muros Fritslarienses vel in terminis ejusdem prefatis fratribus de Marburg in testamentis legarentur vel donatione inter vivos seu quocunque titulo gratuito conferrentur, ipsi

fratres infra unius anni spacium vendent uni civi dicta bona secundum valorem debitum et consuetum. Si autem talia bona nullus emere vellet, prenotati fratres de talibus bonis sic legatis sive datis in exactionibus, contributionibus ac vigiliis de talibus bonis facient, prout ante fieri est consuetum. In horum omnium premissorum testimonium, memoriam ac perpetuam firmitatem damus sepedictis fratribus presentem paginam sigillo opidi Fritslariensis communitam.

Actum et datum v. kalendas junii, anno gracie domini millesimo trecentesimo primo.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Das an grün und gelben seidenschnüren angehängt gewesene siegel ist abgefallen.

31. *Die schwestern Hedwig und Lukardis von Fronhausen schenken dem deutschen hause bei Marburg ihre güter zu Fronhausen und Oberwalgern.* 1302 *jan.* 23.

1302 jan. 23. Noverint universi presencium inspectores, quod nos Hedewigis et Luchardis sorores carnales dicte de Vronhusen communicata manu, matura deliberatione damus et dedimus donatione inter vivos religiosis et honestis viris commendatori et fratribus domus Theotunice apud Marpurg omnia bona nostra in villa Vronhusen et in superiori Walgeren tam in longum quam in latum sita cum omnibus pertinenciis eorundem, videlicet pratis, pascuis, silvis ac aliis juribus suis quibuscumque, jure hereditario in perpetuum possidenda, prout ad nos eciam ex successione hereditaria fuerant devoluta; ita tamen, quod ipsis bonis ad vite nostre tempora perfruamur. Nos eciam Wernherus et Theodericus fratres carnales et nepotes dictarum sororum dicte donationi consentimus et renunciamus, immo precise renunciavimus omni juri, quod nobis in dictis bonis nunc seu in futurum conpetere videbatur, et nichilominus universi nostri coheredes dicte donationi nobiscum renunciaverunt simpliciter in hiis scriptis, volentes eandem sine omni reclamatione et repetitione ratam persistere atque firmam, dantes supradictis fratribus presentem litteram sigillo civitatis civium in Marpurg, quod unanimiter apponi rogavimus, firmiter roboratam. Et nos scabini ac cives in Marpurg predicti recognoscimus nostrum sigillum ad preces predictarum sororum et heredum earundem presentibus apposuisse in testimonium omnium premissorum. Hujus eciam donationis et renunciationis testes sunt: Conradus de Bickene, Hartmannus Schutzesper, Henricus de Alnahe, milites; Lodewicus de Vronhusen magister civium, Lodewicus ex Curia, Henricus Angeli, magister Wiglo, Echardus dictus Kol, scabini, et quam plures alii fide digni.

Datum et actum anno domini m°ccc°ii°, x° kalendas februarii.

Aus orig.-perg. mit siegel in Marburg (deutscho.). Daselbst noch eine zweite gleichlautende orig.-ausfertigung auf perg.

32. *Das stift zu Wetter erlaubt dem deutschen hause bei Marburg die erwerbung von gütern unter wahrung seiner rechte daran.* 1302 *febr.* 1.

Nos domina Luchardis divina miseracione abbatissa totusque con- 1302
ventus dominarum in Wetthere coram universis publice profitemur, quod febr. 1.
ob amiciciam, que inter nos et fratres domus Teuthonice aput Marpurg jam viget et diu viguit ab antiquo, et precipue in honorem et reverenciam beate Elyzabet, quam in speciali devocione et obsequio volumus honorare, concedimus ipsis fratribus ac hospitali eorumdem et donamus hanc libertatem et plenariam potestatem, ut possint emere bona ad jus et proprietatem ecclesie nostre spectancia et donata sive in morte vel in vita seu alias ex testamento eis legata recipere et generaliter quocunque contractu licito et tytulo justo acquirere ab hominibus nostre ecclesie propriis seu vasallis vel hominibus aliis quibuscunque, sive ea bona in feudum sive in emphyteusim teneant seu pro annua pensione, exceptis curiis et domibus dominarum et dominorum nostrorum, quas inhabitare specialiter consueverunt; ea tamen adjecta condicione, quod ipsi fratres censum annuum seu eandem pensionem de predictis bonis solvant eo tempore et loco, secundum quod homines, a quibus ipsa bona receperunt, solvere consueverunt. Insuper volumus et concedimus in hiis scriptis, ut ipsi fratres predicta bona empta vel donata seu alias licite acquisita possint auctoritate propria ingredi et tenutam seu possessionem accipere nulla alia requisicione a nobis seu a nostris officiatis facta et ea scilicet bona in perpetuum quiete et pacifice possidere. In cujus rei testimonium predictis fratribus et hospitali eorum presentem litteram dedimus sigillorum nostrorum muniminibus firmiter roboratam.

Datum anno domini m°ccc° secundo, kalend. februarii.

Aus dem beschädigten orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel: 1) oval; Maria mit dem kinde, davor eine kniende nonne; umschr.: S ·' LVCARDIS · ABBE · ECCE · IN · WETTERE · 2) 1, nr. 401 beschrieben. Gedr.: Entdeckter Ungrund nr. 33; daraus Samml. v. Deduct. 7, 482.

33. *Die brüder Marquard und Gerhard von Solms entsagen zu gunsten des deutschen hauses bei Marburg ihren ansprüchen auf güter zu Odenhausen. Wetzlar* 1302 *mai* 4.

Nos Marquardus et Gerhardus fratres uterini, filii Reynboldi 1302
quondam comitis de Solmese, presenti scripto publice recognoscimus, mai 4.
quod sana et matura deliberacione prehabita renunciavimus et in hiis scriptis nos renunciasse recognoscimus simpliciter et expresse omni actioni, que nobis conpetebat seu quoquo modo conpetere videbatur

super bonis quibuscunque aput Vdenhusen vel alias ubicunque sitis religiosorum virorum . . commendatoris et fratrum domus Teuthonice aput Marpurg, que quondam fuerunt nostrorum parentum seu progenitorum, quibus eciam bonis Reinboldus frater noster carnalis comes de Solmese renunciasse dinoscitur et fatetur. Promisimus eciam et bona fide promittimus in hiis scriptis, quod nunquam de cetero predictos fratres in bonis predictis verbo et facto, arte vel ingenio inpediemus, inpetemus seu molestabimus ullo modo, renunciantes nichilominus omni exceptioni juris vel facti, que nobis contra dictos fratres suffragari posset et ipsos aliqualiter inpedire. In cujus rei testimonium et robur perpetuum sigillum capituli ecclesie Wetflariensis una cum nostris sigillis presenti scripto duximus appendendum. Et nos decanus et capitulum ecclesie Wetflariensis predicte ad preces nobilium virorum, videlicet Marquardi et Gerhardi predictorum sigillum nostrum presentibus apposuimus in testimonium omnium premissorum. Testes eciam hujus nostre renunciacionis sunt honorabiles viri Wigandus decanus, Theodericus scolasticus et Heindenricus de Derenbach, canonici Wetflariensis ecclesie sepedicte.

Actum et datum Wetflarie, anno domini m°ccc° secundo, in crastino invencionis sancte crucis.

Aus dem durch feuchtigkeit beschädigten orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Die drei siegel sind stark verletzt. Auf den kleinen runden siegeln der beiden aussteller ein aufgerichteter löwe, umgeben von schindeln. Gedr.: Gudenus Codex 4, 981.

34. *Die stadt Fritzlar beurkundet, dass ihr bürger Conrad Schindeleib dem deutschen hause bei Marburg sein haus in der Münstergasse zu Fritzlar verkauft hat.* 1302 *mai* 15.

1302 mai 15. In nomine domini, amen. Nos scultetus, scabini, consules ceterique cives oppidi Fritslariensis scire volumus universos, ad quos pervenerit presens scriptum, quod Conradus dictus Scyndileph noster concivis in nostri presencia constitutus vendidit de nostra licencia et vendidisse se recognovit cum consensu sue uxoris necnon omnium heredum suorum honorandis viris religiosis dominis . . commendatori et fratribus domus Theutonice apud Marburg suam domum cum curia sibi annexa in Mynstergasse sitam, videlicet inter magnam domum dicti Conradi ex uno latere et domum Conradi de Holczeym ex alio latere sitam, proprietatis titulo perpetuo possidendam, ab omni eciam exactionum genere et a vigiliis liberam et inmunem. Renunciavit eciam idem Conradus dicte domui cum omnibus suis heredibus coram nobis, obligans se ad facien-

dum warandyam dicte domus cum curia debitam et consuetam. Preterea prefatus Conradus in restaurum exactionis dande de prefata domo reditus duorum solidorum dandos de domo Rizhardi civitati annis singulis assignavit. Quam libertatem nos scultetus, scabini, consules ceterique cives Fritslarienses propter specialem favorem et amiciciam, quam habemus circa prefatos fratres, admittimus approbando, non obstantibus litteris eorumdem fratrum, quod inter ipsos et nos condicio seu obligacio fuit facta, quod de cetero nullam hereditatem seu bona inmobilia infra muros Fritslarienses deberent comparare, prout in litteris super hoc confectis plenius continetur [1]). Cui condicioni seu obligacioni renunciamus quoad curiam antedictam, ipsam vendicionem et empcionem cum predicta libertate approbantes. Hujus rei testes sunt: Dithmarus de Wlfayn, Conradus Volpurgis, Henricus Papa, Terchys, Hermannus Molendinarius, Henricus de Velsperch, Johannes rector scolarium, Henricus de Alsfelt, Volcmarus de Homberg, Volpertus et Theodericus fratres dicti Scyndileph, et plures alii fide digni. In quorum omnium evidenciam certiorem nos scabini Fritslarienses ad preces Conradi dicti Scyndileph et suorum heredum sigillo civitatis Fritslariensis roboravimus istam cartam.

Actum et datum anno domini m°ccc° secundo, idus maji.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel zerbrochen.

35. *Ditmar pfarrer zu Ruhlkirchen überlässt dem deutschen hause bei Marburg güter zu Seibelsdorf gegen andere zu Burkendorf.* 1302 *mai* 20.

Ego Dytmarus pastor ecclesie in Rulenkyrchen coram universis publice recognosco, quod de consilio honorabilis viri domini Ger. decani Fritslariensis quoddam concambium feci cum religiosis viris . . conmendatori (!) et fratribus domus Teuthonice aput Marpurg, ita videlicet, quod eisdem fratribus quandam partem dotis ecclesie mee predicte dedi et assignavi in ipsorum curia Syboldesdorf sitam jure hereditario perpetuo possidendam, accedente eciam consensu veri patroni et domini, reverendi patris et domini Ger. archiepiscopi Maguntini [2]). E contra vero predicti fratres michi et ecclesie mee quedam bona in Burkendorf sita dederunt et assignaverunt, que quondam coluit Hermannus ibidem, jure eciam perpetuo possidenda. In cujus rei testimonium ipsis fratribus presentem litteram dedi mei sigilli munimine roboratam et nichilominus litteram et confirmacionem predicti nostri concambii a predicto domino . . archiepiscopo procuravi. 1302 mai 20.

1) S. nr. 30. 2) S. nr. 46.

Actum et datum anno domini m°ccc°ii°, dominica Cantate.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Von zwei angehängt gewesenen siegeln ist nur noch das zweite vorhanden. Es ist oval und zeigt Maria mit dem kinde im brustbilde, darunter einen hinter dem altar knienden priester; umschr.: S · DITMARI · PLEBANI · D' · RVLEKIRCHEN.

36. *Der priester Volpert Steingoze von Fritzlar überweist bei seinem eintritt in den deutschen orden dem deutschen hause bei Marburg sein künftiges väterliches erbtheil.* 1302 *mai* 30.

1302 mai 30. In nomine domini, amen. Noverint universi presencium inspectores, quod ego Volpertus sacerdos de Fritslaria dictus Steingoze, cupiens sub regulari habitu domino famulari, diutina deliberacione prehabita, in honorem gloriose virginis Marie et beate Elizabet me reddidi ordini Teuthonicorum domus Iherosolimitane apud Marpurg, dans, assignans et deputans honorabilibus viris .. commendatori ac fratribus dicte domus apud Marpurg de consensu et voluntate patris mei et matris, Gerlaci mei fratris, Hartmanni mei sororii, Gertrudis et Cunegundis sororum mearum et aliorum meorum omnium coheredum partem sive porcionem mee hereditatis, que me contingit vel contingere potest ex successione hereditaria post obitum mei patris et matris prefatorum. Nos vero Henricus dictus Steingoze, pater ejusdem domini Volperti, Cunegundis, sua mater, Gerlacus, Hartmannus, Gerdrudis et Cunegundis, ipsius domini Volperti coheredes, presentibus litteris profitemur, quod dictam donacionem, quam prefatus dominus Volpertus fecit et dedit sepedictis .. conmendatori et fratribus domus Teuthonice apud Marpurg, admittimus, consentimus, immo dedimus atque damus et presentibus ad elemosinam perpetuam approbamus, renunciantes simpliciter et precise sine omni reclamacione porcioni hereditatis, que ipsum dominum Volpertum contingere poterit, tam in mobilibus quam in inmobilibus litteras per presentes, dantes super hiis presentem litteram sigilli universitatis civium in Fritslaria munimine roboratam. Et nos Henricus Papa scultheitus (!), Ditmarus Wolfhegere et Conradus Folpurgis, magistri civium; Volcmarus Comes, Conradus Scindeleyp, Henricus de Holzheym, Hermannus Molendinarius, Sifridus de Nuwenborg, Hermannus de Kircberg, Henricus de Alsfelt, Sifridus filius quondam Alberti Monetarii, Henricus Kazceman, Wikerus, Conradus Hippele, Hermannus de Lemegowe, Tilmannus de Sassenhusen, magister Johannes rector puerorum, Lodewicus de Melsungen, consules et scabini oppidi Fritslariensis, et quam plures alii fide digni recognoscimus per presentes, quod ad preces domini Volperti parentumque suorum et aliorum suorum coheredum predictorum nostre civitatis sigillum presentibus apposuimus in testimonium omnium premissorum.

Datum anno domini millesimo trecentesimo secundo, in vigilia ascensionis domini.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

37. *Mechtild von Maulbach und ihre tochter Irmentrud übergeben sich und ihre güter dem deutschen hause bei Marburg.* 1302 *jun.* 3.

In nomine domini, amen. Ego Methildis dicta de Mulenbach et Yrmendrudis filia mea legitima coram universis recognoscimus et presentibus publice profitemur, quod ex deliberacione matura, volentes consulere saluti animarum nostrarum ac incertam horam mortis certa rerum nostrarum disposicione juxta sapientis consilium prevenire, ad honorem dei omnipotentis et gloriose matris ejus virginis Marie, in remedium quoque et salutem animarum nostrarum personas nostras et res nostras seu bona nostra mobilia et inmobilia, que nunc possidemus vel in futurum poterimus possidere, damus religiosis viris .. conmendatori et fratribus domus Teuthonice aput Marpurg et dedimus irrevocabiliter, immo assignamus et assignavimus integraliter sine revocacione omni eo jure et dominio, quo ipsa hactenus possedimus vel poterimus ea in posterum possidere. Transtulimus quoque in jam dictos fratres et nunc transferimus in hiis scriptis quidquid juris in proprietate, possessione et dominio omnium bonorum nostrorum habemus et habuimus usque modo, renunciantes omni ordinacioni vel inmutacioni, quam circa predicta bona possemus nunc vel vellemus facere in futurum; hoc solo tamen excepto, quod bona illa, que ante nostram donacionem habuimus, nobis ambabus seu alteri nostrarum integraliter deserviant, quam diu manserimus in hac vita. Bona vero, que postmodum conparaverimus, horum bonorum dimidietas cum persona decedente debet cedere domui, alia parte sua, que supervixerit, reservante. Postquam autem ambe diem clauserimus extremum, extunc memorati fratres ipsa bona in toto pro perpetua elemosina debent perpetuis temporibus possidere. In cujus rei testimonium nominatis fratribus presentem litteram dedimus sigillo civitatis civium in Marpurg, quod apponi rogavimus, roboratam. Et nos scabini et cives in Marpurg jam predicti recognoscimus ad preces predictarum, videlicet domine Methildis et Yrmendrudis sue filie, nostrum sigillum presentibus apposuisse in testimonium omnium premissorum. Hujus eciam nostre donacionis testes sunt: Ludewicus de Vronhusen, Rukelo, Ludewicus ex Curia, Henricus Angeli, Eckehardus dictus Koil, scabini, et quam plures alii fide digni. 1302 jun. 3.

Datum anno domini m°ccc°ii°, dominica infra octavam ascensionis domini.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

38. *Der hochmeister des deutschen ordens bestimmt, dass die bücher der in den gebäuden des deutschen hauses zu Marburg sterbenden priesterbrüder zu gunsten des baues der ordenskirche daselbst verkauft werden sollen.* 1302 *jun.* 17.

1302 jun. 17. Frater Gotfridus de Hohenloch magister generalis hospitalis sancte Marie Theutonicorum Jerosolimitani magne religionis et honestatis viris in Cristo sibi dilectis fratri Th. conmendatori ac ceteris fratribus domus in Marburg sinceram in domino caritatem. Cum domum domini jugiter deceat sanctitudo, que conservari vel augeri minime poterit, ut ex ea fidelium crescat devocio debita, signa pullulent sanctitatis, nisi edificia ruinosa restaurentur et laudabiliter inchoata fine laudabili conpleantur, quia alias nichil dicitur esse factum, cum inconpleto operi quicquam superest ad agendum; quapropter laudabilem structuram ecclesie domus nostre in Marburg laudabiliter inchoatam omni quo possumus volentes studio prosequi et honore, et sic non solum ab incolis et indigenis, sed eciam ab advenis et diversis mundi partibus hominibus consuevit frequentari diligencius ac devotissime visitari, sic ipsam ampliori volumus prerogativa dotare, et ut omnibus modis talis structura effectu sive conplemento non careat, sed ad statum debitum cicius et honestius perfectionis debite deducatur, concedimus in signum specialis privilegii, gracie et libertatis, ut omnium clericorum ac sacerdotum decedencium hac domo sive domibus ac curiis sibi subjectis libri, qui nunc sunt vel pro tempore fuerint, cedent predicte structure et in usum ac utilitatem sine contradictione qualibet . . preceptoris vel . . conmendatoris dicte domus et cujuslibet persone nostri ordinis irrevocabiliter convertantur; ita tamen, quod dicti libri non aliis, sed clericis nostri ordinis vendantur, prout magistro operis vel structure visum fuerit expedire.

Datum anno domini m°ccc° secundo, xv° kalendas julii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Das runde siegel in schwarzem wachse, Maria mit dem kinde zeigend, ist sehr verletzt. Gedr.: Schmidt Gesch. d. Grossherzogth. Hessen 2, 109.

39. *Die tempelherren zu Mühlen verkaufen dem deutschen hause zu Flörsheim die güter daselbst, welche der Johanniter Johann von Morsbach ihnen geschenkt hatte. Mühlen* 1302 *jul.* 19.

Nos frater Ottho de Alzeia conmendator et fratres de Mûllin ordinis milicie Templi tenore presencium recognoscimus et publice profitemur, quod nos pari consilio et consensu unanimi vendidimus bona nostra sita in terminis ville Flersheim, videlicet quadraginta jugera campestrium, honorabilibus viris conmendatori et fratribus domus Theutonice pro centum et decem libris hallensium pecunie numerate; que bona frater Johannes de Morisbach ordinis sancti Johannis Irosolomitani nobis ob remedium et salutem animarum parentum suorum et sui contulit ad tenendum in dicta domo nostra Mûllin perpetuum sacerdotem, ipsius fratris Johannis assensu et bona voluntate accedente, pro eo, quod eidem fratri Johanni bona in terminis ville Osthouin sita per schultetum et scabinos jam dicte ville estimata eque esse valencia designavimus infrascripta: videlicet viginti jugera agrorum campestrium sita in uno sulco in via tendente versus montem dictum Burcberg, et in alio campo similiter viginti jugera agrorum campestrium contigua, tendencia versus ecclesiam in Dûrincheim juxta Renum. Et ne predicti conmendator et fratres de Flersheim a nobis et nostris successoribus aliquo casu contingat in posterum inpediri in bonis supradictis, nostrum sigillum presentibus duximus appendendum. 1302 jul. 19.

Datum in Mûllin, anno domini m.ccc.ii., feria quinta post divisionem apostolorum.

Aus nr. 560 (569) des Marburger copialbuches in Wien. Gedr.: Histor. dipl. Unterricht nr. 55 (extr.). Gudenus Codex 4, 984; daraus Hennes 1, 316 nr. 358, und besser 2, 312 nr. 354 (nach dem Marb. copialb.).

40. *Bruder Friedrich der Wildgraf meister des Templerordens in deutschen und slavischen landen genehmigt den verkauf der ordensgüter zu Flörsheim durch die Tempelherren zu Mühlen an das deutsche haus zu Flörsheim.* 1302 *aug.* 1.

Nos frater Fridericus dictus Silvester domorum milicie Templi per Alimaniam et Sclaviam preceptor humilis litteris presentibus profitemur, quod nos vendicionem bonorum nostrorum in terminis ville Flersheim sitorum, que ad nos per fratrem Johannem [1]) de Morisbach ordinis sancti Johannis hospitalis Jerosolimitani nomine testamenti devoluta fuerant pleno jure, factam honorabilibus viris . . conmendatori et fratribus domus 1302 aug. 1.

1) ‘fratris Johannis’ copialbuch.

Theutonice de Flersheim a conmendatore et fratribus nostris de Mullin ratam et gratam habentes racionabilem approbamus et eam presentis scripti patrocinio confirmamus et in ejusdem confirmacionis testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum.

Datum anno domini m.ccc.ii., kalend. augusti.

Aus nr. 561 (570) des Marburger copialbuches in Wien. Gedr.: Histor. dipl. Unterricht nr. 56. Gudenus Codex 4, 984; daraus Hennes 1, 316 nr. 359.

41. *Das deutsche haus bei Marburg beurkundet, dass Ludeger pfarrer zu Tottleben fünf huben landes zu Frömmstedt für die niederlassungen des ordens zu Erfurt und Griefstedt geschenkt habe.*

1302 *sept.* 28.

1302 sept. 28. In nomine domini, amen. Ne rerum gestarum memoriam oblivionis ignavia deleat in futurum, cautum est, ea que aguntur litterarum testimonio fideliter conmendari. Nos itaque frater Theodericus de Mundelicheym conmendator ceterique fratres ordinis sancte Marie Theuthonicorum apud Marpurch ad universorum Cristi fidelium presentis scripti inspectorum noticiam cupimus pervenire, quod dilectus nobis in Cristo Ludegerus sacerdos, plebanus de Thuteleibin, ex affectu pie devocionis, quam ad nos et nostrum ordinem habere dinoscitur, quinque mansos terre arabilis sitos in conterminis ville dicte Frumengesteyte nobis sponte et voluntarie, simpliciter, irrevocabiliter et in totum propter deum et salutem anime ipsius dedit, tradidit et donavit donacione que dicitur inter vivos. Et de predictis quinque mansis quatuor mansos cum suis proventibus et usibus nomine dotis uni altari in parrochia nostra ad sanctum Nycolaum Erphordie pro sustentacione unius sacerdotis de novo instituendi et missarum sollempnia inibi perpetuis temporibus celebraturi deputavit et liberaliter assignavit sub condicionibus infra scriptis. Ita scilicet, quod usufructum quatuor mansorum predictorum eidem Ludeghero benefactori nostro annis singulis ad vite sue tempora ministrabimus et presentabimus infra muros Erphordenses nostris laboribus et expensis. In quorum laborum et expensarum, quos et quas portabunt et facient fratres nostri in Grifsteyden, reconpensam et restaurum predictus Ludegherus unius, hoc est quinti, mansi proventus et fructus eisdem fratribus in Grifsteyden jam nunc tollendos et percipiendos simpliciter resignavit. Postquam vero antedictus Ludegerus diem clauserit extremum, nos ad altare predictis quatuor mansis dotatum Ludegherum juniorem sacerdotem, sepedicti Ludegheri consanguineum, instituemus, trium mansorum proventus sibi ministraturi et Erphordiam presentaturi laboribus et expensis fratrum nostrorum in Grifsteyden predictorum, qui

in eodem altari officia celebret divinorum. Unum vero mansum, hoc est quartum de mansis predictis, cum suis usibus nobis et domui nostre Erphordensi tollemus et reservabimus in restaurum domus nostre in curia nostra Erphordie site, quam nunc Ludegherus sepe nominatus inhabitat, quam ex tunc, hoc est post mortem suam, suo consanguineo antedicto inhabitandam ad vite sue terminum concedemus. Cum vero et ipse Ludegherus junior decesserit, ex tunc predicti quatuor mansi cum omnibus suis utilitatibus ad nos et domum nostram Erphordensem sepe nominatam libere et simpliciter devolventur. Quintum vero mansum fratres nostri in Grifsteyden pro laboribus et expensis ad vecturam, ut premissum est, faciendis habebunt. Nos quoque et fratres nostri successores, qui pro tempore fuerint, altare sepedictum officiari procurabimus per nostri ordinis sacerdotem vel alterum ydoneum professionis cujuscumque. Et ad hec omnia ac singula premissa faciendum et fideliter observandum requisito et obtento consilio et consensu religiosi viri fratris Wynrici de Bozwilre preceptoris fratrum ordinis nostri per Alemaniam nos teneri recognoscimus et tenore presencium firmiter obligamus, religiosum virum fratrem Gotfridum de Cornre provincialem fratrum nostri ordinis in Thuringia, de cujus consilio predictum negocium est tractatum, in nostre obligacionis predicte testimonium assumentes. In cujus eciam obligacionis nostre et omnium premissorum testimonium et robur perpetuum presens scriptum sigillis . . preceptoris Alemanie, . . provincialis Thůringie predictorum, domus nostre Marpurch ac fratris Lupoldi de Amelůnz conmendatoris in Grifsteyden conmunitum Ludeghero et consanguineo suo Ludeghero sepedictis duximus porrigendum. Et nos frater Winricus de Bozwilre preceptor fratrum ordinis sancte Marie Theuthonicorum per Alemaniam predictus omnia ac singula premissa rata habentes et grata approbamus et cum sigilli nostri presentibus appensi testimonio confirmamus. Nos quoque frater Gotfridus de Cornre provincialis Thuringie et frater Lupoldus de Amelůnz conmendator in Grifsteyden antedicti ad preces fratris Theoderici de Mundelicheym conmendatoris et fratrum domus in Marpurch predictorum sigilla nostra apposuimus in testimonium rei geste.

Actum et datum anno domini m°ccc° secundo, quarto kalendas octobris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Die vier runden siegel hängen an, das erste in rothem, die übrigen in braunem wachse. Auf dem ersten Maria mit dem kinde (brustbild); umschr.: S · ' PRECEPTORIS · ALLEMANNIE. Von dem zweiten ist nur noch ein stück vorhanden. Das dritte ist das bekannte siegel des Marburger comthurs. Das vierte zeigt einen ritter zu pferd, eine mit dem kreuz geschmückte fahne tragend; umschr.: S · ' COMENDATORIS · I · GRIFS....

42. *Die scheffen zu Fritzlar beurkunden, dass die begine Kunigunde dem deutschen orden zur feier ihres jahrgedächtnisses ihre güter bei Werkel geschenkt habe.* 1302 *oct.* 15.

1302 oct. 15. Nos Dythmarus de Wlfhain, Conradus Folpurgis, Syfridus de Nuwenburg, Hermannus de Kercberg, Conradus Hyppele, Henricus de Holtzehem, Wikerus, Hermannus de Lemego, Henricus de Alsfeld, Syfridus Monetarii, Hermannus Molendinarius, Theodericus de Sassenhusen, Henricus Kaczeman et Wicandus, scabini Fritslarienses, scire volumus universos, quod Cunegundis begina, filia Conradi de Kalden, in nostri presencia constituta, animo deliberato, cum consensu sui patris predicti dedit viris religiosis dominis .. commendatori et fratribus domus Theutonice ad suum anniversarium peragendum agros suos quoscunque in campis Wercle sitos perpetuo possidendos, renuncians dictis agris publice coram nobis. In cujus donationis evidenciam ad preces dicte Cunegundis sigillum civium Fritslariensium apposuimus huic carte.

Datum idus octobris, anno domini m°ccc° secundo.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

43. 1302 *oct.* 21.

1302 oct. 21. Ego Hildegundis relicta quondam Conradi carnificis dicti de Linden civis Wetflariensis de consensu meorum puerorum omnium, Conradi et Gerdrudis uxoris sue, Werneri, Hermanni, Luchardis, necnon Wigandi generi mei et Gerdrudis uxoris sue, mee filie, vendidi Ruloni pistori, Hildegardi uxori sue civibus Wetflariensibus dimidiam marcam annui redditus denariorum usualium et bonorum in die beati Martini yemalis annis singulis nomine census ex domo mea in platea carnificum sita, domui Friderici carnificis dicti de Garbenheim contigua et ex adverso mee domui, quam inhabito, persolvendam. Preterea ego Gerdrudis uxor Conradi filii Hildegundis predicte renunciavi omni juri et actioni michi exnunc in posterum in agro sito in monte dicto Loinberg conpetentibus, quem Hildegundis socrus mea Ruloni predicto vendidit. In quorum testimonium sigillum civitatis Wetflariensis presentibus litteris est appensum. Testes: Hermannus Selege, Heynemannus Gerberti, Conradus Crawe, Conradus de Kazzenvort, Rulo Reye, Hartradus de Hirlisheim, scabini civitatis predicte.

Datum anno domini m°ccc° secundo, xii° kalendas novembris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

44. *Der deutschmeister und das deutsche haus zu Marburg versprechen dem landgrafen Heinrich von Hessen und dessen gemahlin Mechtild, welche den Katharinenaltar in der Elisabethenkirche zu Marburg gestiftet und mit der pfarrkirche zu Walgern ausgestattet haben, an diesem altar durch einen besonderen priester täglich eine messe lesen zu lassen.* 1302 *nov.* 10.

In nomine domini, amen. Nos frater Winricus ordinis sancte Marie Theuthonicorum Jerosolimitani per Alemaniam preceptor, frater Theodericus de Mundelicheym commendator ac ceteri fratres ejusdem sacri ordinis domus in Marpurgh coram universis recognoscimus tam presentibus quam futuris, quod cum illustris princeps dominus Henricus lantgravius, terre Hassie dominus, et domina Methildis ejusdem domini collateralis ex devocione et desiderio speciali quoddam altare, videlicet sancte Katherine, in monasterio nostro Marpurch dotaverint cum ecclesia porrochiali (!) in Walgeren, quam nobis et domui nostre dederunt et datam a suis progenitoribus[1] confirmaverunt, justum arbitramur, ut eorum beneficiis benivole occurramus, promittimus, statuimus et ad hoc nos presentibus obligamus, ut in predicto altari missa una diebus singulis celebretur, per quam missam eorum et suorum progenitorum et successorum jugis memoria habeatur, per sacerdotem scilicet, qui preter deputatum numerum perpetuis temporibus est habendus; nisi fortassis eveniat, quod eundem sacerdotem contingat uno die aut duobus in septimana propter necessitatem legitimam a divino officio continere. Et addicimus, quod anniversarius eorundem cum vigiliis et missis annis singulis peragatur. In cujus rei testimonium presens scriptum nostris sigillis dedimus roboratum. 1302 nov. 10.

Anno domini m°ccc° secundo, in vigilia beati Martini episcopi et confessoris.

Aus dem durch feuchtigkeit sehr beschädigten orig.-perg. in Marburg (Ziegenhainer repert. 9, 4). Beide siegel abgefallen. Gedr.: Histor. u. rechtsbegr. Nachricht 35 nr. 44; daraus: Beurk. Nachricht 1, 19 nr. 25; Samml. v. Deduct. 5, 221 u. 6, 158.

45. 1303 *jan.* 7.

Ego Ludewicus de Dalheim calcifex civis Wetflariensis communicata manu Aleydis uxoris mee et consentientibus pueris meis omnibus, Hermanno, Heynrico, Methildi et Isendrudi videlicet, qui sunt previgni Aleydis uxoris mee predicte, concessi vere hereditatis titulo Guntramo doliatori dicto de Erinchishusen, Hildegundi sue uxori civibus Wetfla- 1303 jan. 7.

1) S. 1, 118 nr. 153. 166 nr. 214.

riensibus domum meam sitam extra muros Wetflarienses trans pontem supra cespitem prope ortum et piscinam meam, ex adverso domui, quam olim inhabitabat . . dictus Nozeman, pro dimidia marca denariorum usualium et bonorum annui redditus in die beati Martini annis singulis cum duobus pullis carnisprivialibus michi ac meis heredibus persolvenda, hac interposita condicione videlicet, ut dimidia pars dicti census post mortem meam cedat uxori mee Aleydi predicte et reliqua pars pueris meis predictis. In cujus rei testimonium sigillum civitatis Wetflariensis presentibus litteris est appensum. Testes: Conradus Crawe, Rule Reye scabini.

Datum anno domini m°ccc° secundo, in crastino epiphanie domini.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

46. *Erzbischof Gerhard von Mainz bestätigt den von dem deutschen hause in Marburg und dem pfarrer Ditmar zu Ruhlkirchen vorgenommenen gütertausch. Amöneburg* 1303 *jan.* 23.

1303 jan. 23. Nos G. dei gracia sancte Maguntine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius, permutacionem bonorum factam per . . conmendatorem et fratres domus in Marpurg et Ditmarum plebanum in Rulkirchen hinc et inde, prout provida est et justa, pro utilitate et conmodo domus et ecclesie predictarum juxta continenciam presentis littere super permutacione hujusmodi confecte, cui hec nostra littera annexa existit, ratam habentes et gratam, auctoritate ordinaria in nomine domini confirmamus sub presentium testimonio litterarum.

Datum Ameneburg, anno domini m°ccc° tertio, x° kalendas februarii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Die urkunde ist vermittelst des pergamentstreifens, an welchem das jetzt abgefallene siegel hing, an nr. 35 befestigt.

47. *Elisabeth wittwe ritter Eckards von Bicken und ihr sohn Eckard verkaufen dem deutschen hause in Marburg ihre rechte und besitzungen zu Gross- und Kleinseelheim.* 1303 *febr.* 6.

1303 febr. 6. Ne facta mortalium per temporum mutabilitatem oblivionis jacturam senciant et a statu rectitudinis aliqualiter valeant declinare, necesse est et summo opere oportunum, ut scripture testimonio perhennentur. Hinc est, quod ego Elyzabeth relicta quondam Eckehardi militis de Byckene bone memorie necnon Eckehardus filius meus sana mente constituti, amicorum nostrorum maturo prehabito consilio, unanimi consensu, de bonaque voluntate et assensu Friderici et Conradi militum de Bickene

vendidimus, donavimus et resignavimus religiosis viris . . conmendatori et fratribus hospitalis sancte Marie Jherosolimitani Theutonicorum domus in Marthpurg pro triginta et quinque marcis denariorum legalium sive monete curribilis quidquid juris habuimus, habere potuimus seu videbamur habere ex successione hereditaria seu paterna in advocacia, jurisdictione, possessione et dominio omnium et singulorum bonorum sive hominum in utroque Selheim cum omni jure sive juribus singulis ac universis ad dictam advocaciam spectantibus sive attinentibus, videlicet pratis, pascuis, campis, nemoribus et aquarum decursibus et aliis pertinenciis quibuscumque. Volumus eciam, ut jus patronatus in ecclesiis dictarum villarum una cum dicta advocacia in dictos viros religiosos transeat, immo donamus et transferimus illud in ipsos donacione voluntaria, libera et soluta. Confitemur eciam summam dictorum denariorum nobis datam et numeratam esse integre et conplete, facientes et statuentes jam dictos fratres veros dominos ac legittimos possessores nostre partis dicte advocacie, transferentes quoque in eos omne jus proprietatis et dominii, prout ad nos spectabat et ad nostros progenitores spectare videbatur tempore ex antiquo. Insuper renunciamus et renunciasse nos profitemur in hiis scriptis omnibus actionibus, questionibus et excepcionibus juris canonici vel civilis, que nobis in dicta advocacia sive emolumentis ejus possent quoquo modo suboriri. Nichilominus promittimus ratam et gratam et firmam habere jam dictam vendicionem et renunciacionem et eisdem numquam contravenire sive ipsam infringere per nos vel per aliquem nomine nostro; immo volumus, ut debemus, sepedictos fratres secundum jus conmune de plena, firma, stabili cerciorare et certos reddere warandia, ipsis statuimus et ordinamus fidejussores subscriptos quemlibet eorum in solidum, videlicet Fridericum et Conradum milites et fratres carnales dictos de Bickene, Guntramum et Giselbertum armigeros, filios quondam Adolfi de Nordecken, interposita legis condicione tali, quod si in dicta warandia inventi fuerimus negligentes, quod absit, jam dicti fidejussores opidum Marthpůrg intrabunt conmesturi, inde non exituri, quousque de dicta warandia sepedictis fratribus fuerit integre amicabiliterque satisfactum. Et nos prelibati fidejussores ita prestita fide promisimus et nos predeterminata nos fore obligatos in hiis recognoscimus scriptis. Ne vero jam dicta et facta donacio, renunciacio sive vendicio in nulla sui parte claudicet, sed firmum finem et irrevocabilem sorciatur effectum, sepefatis . . conmendatori et fratribus damus presens scriptum sigillo opidanorum in Marthpurg conmunitum cum testimonio testium subscriptorum, quorum nomina sunt hec: Hartmudus Schůzesper miles, Lůdewicus dictus de Bostette[1]), Adolfus et Hermannus fratres,

1) So im copialbuch; jedenfalls liegt ein versehen vor, da ein solcher name in

filii Adolfi de Nordecken, Hartmudus de Carben, Lůdewicus de Vronhůsen, Růdegerus, Henricus Zollenere, Johannes Monetarius, Ludewicus de Gambach, Ruclo ex Curia, Hermannus scriptor, et alii quam plures fide digni.

Datum et actum anno domini m.ccc.iii., in crastino Agathe virginis.

Aus nr. 237 (240) des Marburger copialbuches in Wien. Gedr.: Gudenus Codex 4, 985.

48. *Eckard von Schwabenrod verkauft dem deutschen hause in Marburg einkünfte zu Vockenrod.* 1303 *jul.* 2.

1303 jul. 2. Ego Ekehardus de Suabenrode in hiis scriptis recognosco et ad universorum presencium et futurorum noticiam cupio pervenire, quod matura perusus deliberacione vendidi rite et racionabiliter dominis domus Teutonicorum in Martpurch xxvi solidorum redditus in villa Vockenrot sitos pro ix talentis Wederiensium denariorum michi utiliter et integraliter persolutis, qui redditus michi per avunculum meum fratrem Cunradum de Linden dicti ordinis professorem ad tempora mee vite, quod lipgedinge vulgariter dicitur, fuerunt deputati; abrenunciacionem nichilominus super eisdem bonis faciens et ea dictis dominis assingnans, presentibus castrensibus et scabinis opidi Alsfeldensis, ne in posterum per aliquem successorum meorum in dictis bonis seu redditibus inpediantur ullo modo. Testes hujus rei sunt: Al. miles de Rumerode, Ekehardus de Linden, Gerhardus Kŷle, castrenses: Hart. Kastelon et Zulo gener ejus, Sifridus Thuche, Cunradus Phankuche; dominus Henricus plebanus in Alsfelt, Bertoldus vicarius suus et Heinricus rector opidi predicti, qui pro antefatis debebant processisse. Et ad majorem horum evidenciam presentem litteram sigillo discretorum virorum burgensium in Alsfelt petii roborari.

Datum anno domini m°ccc°iii°, in die sanctorum Processi et Martiniani.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

49. 1303 *aug.* 27.

1303 aug. 27. Nos Henricus et Wigandus fratres, filii quondam Henrici dicti Hobeman civis Wetflariensis, vendidimus totam partem nostram et omne jus nostrum in prato sito ante montem dictum Krage, cujus jus proprietarium ad Bernonem de Monichusen olim spectabat, Arnoldo dicto

dieser gegend nicht vorkommt. Ich vermute, dass die nr. 132 als 'Ludewicus de Boilstede' erscheinende person gemeint ist.

Waltsmeit, Methildi uxori sue civibus Wetflariensibus. In quorum testimonium sigillum civitatis Wetflariensis litteris presentibus est appensum. Testes: Conradus Crawe, Rulo Reye, scabini civitatis predicte.

Datum anno domini millesimo tricentesimo tertio, sexto kalendas septembris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

50. *Hermann Hoveman bürger zu Wetzlar verzichtet zu gunsten des deutschen hauses bei Marburg auf einen acker jenseits der Lahn in Hausen bei Wetzlar.* 1303 *sept.* 10.

1303 sept. 10. Nos Hermannus dictus Hoveman et Jutta legitima conjuges, cives Wetflarienses, recognoscimus et tenore presentium publice profitemur, quod agrum situm trans Logenam under dem were in Husen, qui olim fuit quondam Dymari militis, quem pro certa pensione nobis locaverunt ad dies vite nostre religiosi viri . . commendator et fratres domus Theutonice apud Marburg, ita quod pueri seu heredes nostri nichil penitus in eo juris haberent, sicut in instrumento super hoc confecto plenius continetur, nos ipsum agrum cum omni melioratione sua simpliciter et integraliter resignavimus et resignamus, dedimus et damus . . commendatori et fratribus antedictis, renuntiantes omni juri, quod in ipso agro vel censibus ab eo derivantibus huc usque habuimus, simpliciter et precise. In cujus resignationis et renuntiationis nostre testimonium et robur sigillum civitatis Wetflariensis nostris precibus presentibus litteris est appensum. Hujus facti testes sunt: Hermannus Selege, Conradus de Kazcenvort, scabini; Berno et Ludewicus dictus Speith, cives Wetflarienses, et quam plures alii fide digni.

Actum et datum anno domini m°ccc°iii°, quarto idus septembris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

51. *Hermann Selig scheffe zu Wetzlar schenkt dem deutschen hause bei Marburg einen acker vor Wetzlar.* 1303 *sept.* 28.

1303 sept. 28. Ego Hermannus Selege scabinus Wetflariensis coram universis profiteor et tenore presentium publice recognosco, quod mentis et corporis bene compos, sana deliberatione prehabita dedi et donavi donatione que dicitur inter vivos irrevocabiliter in puram elemosinam propter deum et reverentiam gloriose virginis Marie ac honorem beate Elizabet necnon in remedium anime mee et omnium progenitorum meorum agrum meum situm in campis extra muros Wetflarienses dictum an dem Gykingraben, quatuor jugera terre arabilis vel circa continentem, quem possedi jure

proprietario, religiosis viris . . commendatori et fratribus domus Theutonice apud Marburg cum omni jure et dominio, quo ipsum huc usque possedi, proprietario jure in perpetuum possidendum, simpliciter et precise jam nunc renuntians omni juri, quod huc usque in dicto agro habui, ipsum resignans in manus fratrum predictorum cum suis fructibus et attinentiis, nichil michi juris penitus reservato. In cujus rei testimonium et robur sigillum civitatis Wetflariensis meis precibus presentibus litteris est appensum. Hujus facti testes sunt: Conradus de Kazcenvort, Rulo Reye, scabini civitatis predicte, et alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc°iii°, in vigilia beati Michahelis archangeli.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel beschädigt.

52. 1303 *sept.* 30.

1303 sept. 30. Ego Ebirhardus filius quondam Conradi de Herlisheim communicata manu Heydewigis uxoris mee legitime vendidi omnia bona mea sita in villa de Leytgesteren, que michi contulit Crafto socer meus de consensu Hermanni filii sui, mei sororii, Friderico dicto Scheffere, Bertheydi uxori sue legitime civibus Wetflariensibus, pro triginta et octo marcis denariorum numerate pecunie; solventia quatuor maldra puri siliginis et unum maldrum tritici mensure Wetflariensis, duos anseres, duos pullos autumpnales et unum pullum carnisprivialem pensionis nomine annuatim. In quorum testimonium sigillum civitatis Wetflariensis presentibus litteris est appensum. Testes: Hermannus Selege, Conradus Crawe, Rulo Reye, scabini; item Conradus dictus Munzere, Petrus de Gozilshusen, Wernerus de Herveren, Goizce Schotthe, cives Wetflarienses.

Datum anno domini m°ccc°iii°, in crastino beati Michahelis archangeli.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel zerbrochen.

53. *Der edelknecht Konrad von Els verkauft dem deutschen hause bei Marburg zwei malter korn jährlich aus gütern zu Schwalbach.* 1303 *dec.* 15.

1303 dec. 15. Noverint universi presentium inspectores, quod ego Conradus armiger dictus de Else matura deliberatione prehabita, mentis et corporis bene conpos, vendidi rite et rationabiliter redditus duorum maldrorum siliginis Wetflariensis mensure de bonis meis sitis in campis ville Swalbach cedentes religiosis viris . . commendatori et fratribus hospitalis sancte Marie Theutonicorum apud Marburg pro duodecim marcis dena-

riorum Coloniensis pecunie michi numerate et solute vere proprietatis titulo, sicut et ego eadem bona possedi, in perpetuum possidenda, transferens redditus et bona predicta cum omni jure suo simpliciter in eosdem, nichil michi juris in eisdem bonis penitus reservato, promittens bona fide debitam et consuetam warandiam eorundem reddituum et bonorum . . commendatori et fratribus facere memoratis. In cujus venditionis mee testimonium dedi eisdem presens scriptum civitatis Wetflariensis sigillo, quod ad preces meas est appensum, fideliter communitum. Testes hujus facti sunt: Hermannus Selege, Conradus Crawe, Conradus de Kazcenvort, scabini; Hermannus de Olmene, Ludewicus filius Ernesti de Nuueren, Wernerus filius Gyselberti de Herveren, cives Wetflarienses, et quam plures alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc°iii°, xviii° kalendas januarii.

Isti sunt agri nominatim expressi in campis ville Suvalbach: in inferiori campo versus Banebaden ii jugera zu Larebach, item ii jugera uffe deme Rebocke vor deme Werholße; item in superiori campo in Drumbach i jugerum, item uf Louftorffer pat ½ jugerum; item curia attinens predictis agris cum edificiis suis sita inferius in villa predicta juxta nostram curiam. Agri predicti solvunt ii maldra siliginis, curia solvit octo solidos leves.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen. Das verzeichniss der äcker steht auf einem von anderer hand geschriebenen perg.-zettel, welcher vermittelst eines perg.-streifens an der urkunde befestigt ist.

54. *L. comthur zu Griefstedt bittet Rudolf Raustein priester des deutschen hauses zu Marburg, dem überbringer des briefes glauben zu schenken hinsichtlich des zinses, welchen der orden von Johann von Eylen zu Altenseelheim verlangt.* [1304—1311].

Religioso viro domino Rudolpho de (!) Rauwensteyn sacerdoti ordinis fratrum domus Teuthonice in Martburch commoranti frater L. commendator domus in Grifstede ejusdem ordinis oraciones in filio virginis gloriose. Discretionem vestram studiose rogamus, quatenus verbis nuncii commendatoris de Martburch latoris presencium dicti Craft super solido annui census, quem a Johanne de Eylen in Alden Selheim petitis, fidem adhibere dignemini, ac si vobis una cum fratre Heynrico[1]) nobiscum moranti in propria persona loqueremur. [1304—1311]

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Ohne besiegelung.

1) Jedenfalls der erwähnte Marburger comthur; nach seinem und des ausstellers vorkommen (s. register) ist die datirung versucht.

55. *Die grafen Friedrich und Heinrich von Beichlingen überlassen dem deutschen hause in Griefstedt eine ihnen von dem bisherigen lehnsträger Berthold Rappe aufgesagte halbe hube zu Griefstedt. Beichlingen 1304 jan. 25.*

1304 jan. 25. Testamentum suum non bene disposuit, qui terrenis tantum testatur heredibus, quod non facit Cristum sue substancie coheredem. Hinc est, quod nos Fridericus et Henricus patrueles comites de Bichelingen ex tenore presencium recognoscimus et ad singulorum noticiam cupimus pervenire, quod dimidium mansum situm in pago Grifstete ad nostras manus per Bertoldum dictum Rappen, qui eundem a nobis in feodum tenuit, resignatum, ob reverenciam dei ac gloriose virginis Marie genitricis ejusdem honorabilibus viris conmendatori et fratribus Theutonicis in Grifstete contulimus, dedimus, donavimus donandoque confirmavimus ac confirmamus, renunciantes omni juri, actioni, que in dicto dimidio manso nobis conpetere videbantur, transferentes in fratres jam dictos omne jus proprietatis, actionis, precarie, angarie et preangarie, prenotatum dimidium mansum quiete, prout alia bona sua a nobis et a nostris predecessoribus data possident, jure proprietario in perpetuum possidendum. Testes hujus libet[1]) donacionis sunt: Hermannus de Raspenberc, Conradus de Collede, Fridricus dictus de Monte, milites; dominus Nicolaus plebanus in Buchelde, ac alii quam plures fide digni.

Datum Bychelingen, anno domini m.ccc.iiii., in die conversionis sancti Pauli.

Aus nr. 733 (747) des Marburger copialbuches in Wien.

56. *Das deutsche haus bei Marburg verspricht der begine Hetta von Seelheim gewisse einkünfte aus den von ihr geschenkten gütern zu Asslar auf lebenszeit und nach ihrem tode die feier ihres jahrgedächtnisses. 1304 febr. 21.*

1304 febr. 21. Nos frater Marquardus de Meßingen commendator ceterique fratres domus Theuthonice aput Marpurg coram universis recognoscimus publice per presentes, quod cum Hetta de Selhem beckina nobis et domui nostre comparaverit quedam bona in Aslar sita pro centum et quindecim marcis denariorum legalium, nos beneficiis ejusdem benivole occurrere volentes, promittimus in hiis scriptis, quod predicte Hette de predictis bonis sex marcas denariorum, videlicet tres in crastino Martini et tres in crastino epyphanie, ministrabimus, quamdiu vixerit, annuatim. Insuper iiij

1) So im copialbuch.

maldra tritici et iiij siliginis memorate Hette infra festum Mychahelis et Martini de predictis bonis annis singulis tenemur et promisimus ministrare. Postquam autem diem clauserit extremum, due marce de predictis sex marcis fratribus pro pyctantia ministrabuntur in medio anno sui obitus, ut extunc anniversarius ejusdem cum pleno officio tanquam in anniversario vero solempniter peragatur; et cum una marca lampam unam in nostra ecclesia perpetuo durantem comparabimus et ardentem. Reliqua vero pars tam denariorum quam siliginis domui nostre cedet in ipsius anime remedium et salutem. In cujus rei evidenciam presentem litteram dedimus sigilli nostri munimine roboratam. Testes hujus sunt: frater Syfridus prior, frater Ernestus, sacerdotes; frater Hartmannus de Mûlne, frater Henricus de Teyrenbach, frater Hechardus de Fronhusen, frater Gobbelo de Stedebach, et alii quam plures.

Datum anno domini m°ccc°iiii°, in vigilia kathedre Petri.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

57. *Konrad von Elben verkauft dem deutschen hause bei Marburg die fischerei bei Brunslar.* 1304 *märz* 25.

In nomine domini, amen. Nos Conradus filius Theoderici militis de Elbene et Greta uxor sua legittima tenore presencium recognoscimus et publice confitemur, quod conmuni manu nostra et cum pleno affectu et voluntate liberorum nostrorum omnium ac heredum legittimorum honorandis viris . . conmendatori et fratribus domus Theutonice prope Martpurg pro decem et octo talentis denariorum Friczslariensium vendidimus nostram piscariam, quam habuimus in aquis juxta Brûnslare, cum omni utilitate et proventibus justo titulo proprietatis perpetuo possidendam. Promittimus eciam data fide predictis dominis prope Marthpurg, quod loco et tempore, quandocumque requisiti fuerimus, de dicta piscaria faciemus debitam warandiam et consuetam. Ceterum vero, si predicti domini . . conmendator et fratres ejusdem domus Theutonice prope Marthpûrg inpediti fuerint in ipsa piscaria, quod defectum habeant, nos Johannes dictus de Osterhusen plebanus in Godensberg et Hermannus armiger dictus de Holchusen anno et diebus fidejussores sumus, quod hunc defectum, si quem in ipsa piscaria habuerint infra annum, moniti si fuerimus, suppleamus. Finito autem eodem primo anno et diebus a fidejussione nostra, quam fecimus, sumus liberi et absoluti. Et quia sigilla propria non habemus, presentem litteram in robur et testimonium nostre vendicionis ac omnium premissorum prelibatis dominis conmendatori et fratribus domus Theutonice prope Marthpurg dedimus sigillorum domini Theoderici de Elbene, mei videlicet Conradi patris, et

1304 märz 25.

Johannis dicti de Weren militum atque civium in Godensberg sigilli munimine roboratam. Nos videlicet Th. de Elbene et Johannes de Weren predicti milites necnon et scabini in Godensberg ad instantes preces dilectorum nobis videlicet Conradi et Grete sue uxoris nostra sigilla apposuimus huic carte. Testes hujus vendicionis sunt: Hermannus de Godenberg, Otto dictus Hvnt, Gerlacus de Griffede et Conradus de Vslach, milites; Wernherus de Besse advocatus, Thilemannus et Otto dicti de Elbene, Fridericus de Hertyngeshusen, Henricus de Thueren, Albertus de Brunhardessen, Herebertus de Wichtorp et Thilemannus de Weren, famuli; preterea Rudegerus de Trosen, Theodericus de Wisbach, Johannes Waltheri, Henricus Parvus, Hermannus Cynke, Hartungus, Johannes Wickentrudis et Conradus de Tylia, scabini in Godensberg, et quam plures alii fide digni.

Datum anno domini m.ccc. quarto, feria quarta post festum Palmarum.

Aus nr. 355 (362) des Marburger copialbuches in Wien.

58. *Das deutsche haus bei Marburg verspricht der Mechthild von Maulbach und ihrer tochter Irmentrud, welche ihm güter zu Flörsheim erworben haben, sechs malter korn jährlich auf lebenszeit.* 1304 *märz* 29.

1304 märz 29. Nos frater Marquardus de Mezingin conmendator ceterique fratres domus Theuthonice aput Marpurg coram universis publice profitemur, quod cum domina Methildis de Mulinbach et Yrmindrudis ejus filia nobis et domui nostre conparaverint quedam bona in Flersheim sita pro centum et quinque libris hallensium in animarum suarum remedium et salutem, nos beneficiis earundem benivole occurrere volentes, promisimus et in hiis scriptis nos firmiter obligamus, quod eisdem octo maldra siliginis Marpurgensis mensure de granario nostro Marpurgensi in reconpensacionem dictorum bonorum ministrabimus, quamdiu vixerint, annuatim. De quibus octo maldris duo maldra ipso facto predicta Methildis resignavit et in anniversario parentum suorum jusserat et statuit fratribus pro pitancia annis singulis presentari. Reliqua vero sex ipsis annis singulis ministrabimus sub hac forma, ut quandocunque una earum, sive Methildis mater sive Yrmendrudis filia, ab hoc seculo predecesserit, quod extunc in anniversario decedentis duo maldra de sex maldris prehabitis annuatim fratribus pro pitancia ministrentur, adhuc etenim relicte persone viventi sive matri sive filie supradictis quatuor maldra in hunc modum porrigantur, quamdiu vixerit, annuatim, sic

quod cum eadem mortua iterum fratribus ad pitanciam cedent duo maldra, ac nos conmendator et fratres predicti de residuis duobus maldris in perpetuum erimus absoluti. Memoriam vero earundem tempore sui obitus cum vigiliis et missis celebrabimus annuatim. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Anno domini m°ccc°iiii°, quarto kalendas aprilis actum et datum.

Aus orig.-perg. in Darmstadt. Auf der rückseite steht von der hand bruder Konrads (des schreibers des grossen Marburger copiars in Wien): 'Assignatio vi maldrorum siliginis, que habent fratres ex ordinacione Hette de Mulinbach in tribus anniversariis, videlicet parentum suorum, suo et sororis sue'. Siegel abgefallen. Gedr.: Baur Hess. Urkunden 2, 636 nr. 639.

59. *Heinrich Imhof und Rukelo verkaufen dem deutschen hause in Marburg sechs morgen ackerlandes an der Haustatt.* 1304 *apr.* 17.

Nos Henricus in Curia et ejus collateralis Hildeburgis, dictus Rukelo et ejus collateralis Hildegundis coram universis recognoscimus publice per presentes, quod fratribus domus in Marthpurg hospitalis sancte Marie Theuthonicorum Irosolimitani vendimus sex jugera terre arabilis, que sita sunt in campo qui dicitur an der Hustat, pro quatuordecim libris hallensium simpliciter et precise, quibus renunciamus et renunciavimus simul et semel conjuncta manu in hiis scriptis, dantes eciam super hiis simul et semel presentem litteram munimine sigilli civitatis civium in Marthpurg, quod apponi rogavimus, firmiter roboratam. Et nos scabini et cives in Marthburg predicti recognoscimus nostrum sigillum ad preces predictorum conjugum presentibus apposuisse in testimonium omnium premissorum. Cujus eciam testes sunt: Ludewicus de Vronhusen, Conradus dictus an deme Salzmerkede. et quam plures alii fide digni. 1304 apr. 17.

Actum et datum anno m.ccc.iiii., feria sexta post Tyburcii et Valeriani martyrum.

Aus nr. 43 des Marburger copialbuches in Wien.

60. *Das deutsche haus bei Marburg überlässt den dritten theil der durch bruder Conrad Drache ihm zugekommenen güter zu Naunheim an dessen bruderstochter Mechthild gegen zins auf lebenszeit.* 1304 *jun.* 4.

Nos frater Marquardus commendator ceterique fratres domus Theutonice apud Marpurg recognoscimus et tenore presentium publice profitemur, quod nos tertiam partem agrorum et aree in villa Nvnheim, que 1304 jun. 4.

nos contingit ex parte fratris Conradi dicti Drache nostri ordinis, que inquam bona fuerunt quondam Herbordi de Mvlenheim, jure colonario locavimus Mehthildi, filie Adolfi fratris Conradi predicti, pro dimidia libra cere nobis annis singulis circa festum beati Johannis baptiste census nomine persolvende. Postquam vero predicta Mehthildis decesserit, predicta bona cum agro uno dimidium jugerum continente in semita versus Mvlenheim sito, quem inquam agrum frater Conradus predictus adhuc secularis existens comparaverat, ad nos et domum nostram Marpurg predictam libere revertentur. In cujus locationis nostre testimonium presentem litteram antedicte Mehthildi cum appensione sigilli nostri duximus porrigendam.

Datum anno domini m°ccc°iiii°, pridie nonas junii.

Aus abschr. auf perg., ausgestellt durch den archipresbiter Wetflariensis, d. d. in die Margarete virginis (jul. 13.) anno predicto (1304) in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

61. *Das deutsche haus bei Marburg verspricht der Lukardis wittwe bruder Konrad Turluns, welche dem hospitale des ordens in Marburg güter zu Kirchhain geschenkt hat, 30 schillinge jährlich auf lebenszeit und nach dem tode die feier ihres jahrgedächtnisses.*

1304 *jun.* 29.

1304 jun. 29. Frater Marcwardus dictus de Meshinchin comendator ceterique fratres domus Theutonice apud Marpurg universis presentes litteras inspecturis vel audituris salutem in domino Jhesu Cristo. Tenore presentium recognoscimus et publice protestamur, quod Luchardis relicta fratris Conradi dicti Tůrluns bone memorie emit de bonis in Kirchan apud sorores dicte Bechelin, videlicet domum, curiam et pratum cum singulis suis pertinentiis et universis pro xx marcis legalium denariorum libere et solute. Que predicta Luchardis jam dicta bona empta et conparata in elemosinam puram dedit et contulit hospitali infirmorum in honorem domini nostri Jhesu Cristi sueque piissime matris et beati Francisci constructum ad sustentationem egenorum et omnium indigentium salutarem; hac tamen addicta conditione et interposita, [quod] medio tempore, quo predicta Luchardis vixerit, in reconpensationem predictorum bonorum predicti fratres predicte Luchardi annis singulis in festo beati Martini dabunt xxx solidos Marpurgensium denariorum contradictione qualibet non obstante. Cum autem diem extremum sepefata Luchardis clauserit domino annuente, predicta solutio sive pensio ad hospitale predictum nullo obstante impedimento revertetur; ita tamen, quod anniversarius jam dicte Luchardis maritique ejus singulis annis cum aliisque

nostris benefactoribus benigne peragatur. Ut autem hec ordinatio stabilis et inviolata in sempiternum permaneat, presentem litteram in testimonium omnium premissorum conscribi fecimus et sigilli nostri munimine communiri.

Acta sunt hec anno domini m°ccc°iiii°, in die sanctorum apostolorum Petri et Pauli.

Aus copialb. C nr. 57 in Marburg (deutscho.).

62. *Heinrich Goz canonicus zu Wetter schenkt dem deutschen hause seine güter zu Oberwetter, behält sich jedoch deren nutzniessung gegen zins auf lebenszeit vor.* 1304 *aug.* 9.

Notum sit universis, ad quos presens scriptum pervenerit, quod ego Henricus dictus Goz canonicus in Wethere bona deliberacione prehabita, in bona valetudine mentis et corporis existens contuli ac donavi bona mea sita in superiori Wethere, que quondam fuerunt Henrici dicti Niren, in remedium et subsidium anime mee commendatori et fratribus domus in Marcburg ordinis hospitalis sancte Marie Jerosolimitani Theutonicorum cum omnibus suis juribus ac attinenciis in pratis, pascuis et agris, dando eis tenutam et possessionem predictorum bonorum, recipiendo eciam ab eis dicta bona tamquam a veris dominis pro censu annuo, videlicet pro duobus pullis eis in signum veri dominii singulis annis presentandis. Alias predictam curiam cum omni emolimento et usufructu ad tempora vite mee possidebo pacifice et quiete, sicut in aliis litteris michi a predictis fratribus collatis plenius est expressum. In cujus rei majorem certitudinem et vigorem presentem litteram predictis fratribus contuli sigilli mei munimine roboratam. 1304 aug. 9.

Datum anno domini m°ccc°iiii°, in vigilia beati Laurencii.

Aus dem beschädigten orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

63. *Kunigunde äbtissin zu Wetter genehmigt die schenkung eines ihrem stifte zinsbaren hofes zu Oberwetter seitens des verstorbenen Heinrich Nire canonicus zu Wetter an das deutsche haus in Marburg.* 1304 *aug.* 9.

Nos Cunegundis dei gracia abbatissa in Wetthere publice recognoscimus et tenore presencium profitemur, quod quandam curiam sive quedam bona sita in superiori Wethere, que quondam fuerunt Henrici dicti Niren, de quibus bonis annuum censum possessores solvere consueverunt ecclesie nostre incessanter, conmendatori et fratribus in Marth- 1304 aug. 9.

pûrg concessimus et contulimus ac ipsos fratres ordinis hospitalis sancte Marie Jerosolimitani Theutonicorum ac conmendatorem nomine eorum in propria persona investiendo, confirmantes et ratificantes donacionem, quam dictus Henricus canonicus jam dicte ecclesie nostre fecit jam dictis fratribus coram nobis, qui resignacione sollempni facta de dictis bonis eos constituit veros possessores, dando eis dicta bona donacione libera inter vivos, salvo tamen censu ecclesie nostre, in salutem anime sue ac remedium salutare suorum omnium peccatorum. Que omnia et singula, sicut coram nobis et per nos racionabiliter acta sunt, tenore presencium confirmamus, volentes, ut dicti fratres sepedicta bona perpetue possideant, sicut ea dictus dominus Henricus canonicus possedit, libere et quiete. Sed cum ob novitatem officii nostri adhuc proprio sigillo caremus, sigillo conventus nostri contenti sumus et confirmamus in hoc supradicta.

Datum anno domini m.ccc.iiii., in vigilia beati Laurencii.

Aus nr. 134 (135) des Marburger copialbuches in Wien. Gedr.: Entdeckter Ungrund nr. 34; daraus Samml. v. Deduct. 7, 483.

64. *Gumpertus dictus Sus bürger zu Marburg verkauft dem hospitale des deutschen hauses daselbst eine jährliche rente von seinem hause und garten.* 1304 *oct.* 15.

1304 oct. 15. Ut res gesta oblivionis remota dispendio ad noticiam transeat posterorum, necesse est eam scripture testimonio perhennari. Hinc est, quod ego Gumpertus dictus Sus civis in Marpurg necnon Hettha mea conthoralis dilecta sana mente et corpore constituti, matura prehabita deliberatione, de bona voluntate et consensu nostrorum puerorum, ore et manu conmunicata donavimus, tradidimus et vendidimus venditione legittima . . conmendatori et fratribus hospitalis sancte Marie Iherusalemitani domus in Marpurg et fratri Ludewico de Ysinacho nomine seu vice infirmorum tres solidos denariorum annui census in domo et orto sive curta, quam nunc inhabitat Bertholdus filius Emerichonis, pro duobus talentis denariorum Marpurgensium jure proprietario cum omni felicitate perpetuo possidendos, renuntiantes et transferentes in jam dictos fratres omne jus et actionem, que nobis vel nostris heredibus conpetebat vel conpetere posset nunc vel in futurum. Volentesque jam dictos fratres de plena et firma certiorare gwarandia, ordinamus et statuimus ipsis Henninum dictum Hellegaderen in fidejussorem jam dicte warandie, qui se recognoscit pro eadem facienda fidejussorem in solidum in hiis scriptis. In cujus rei testimonium prelibato conventui damus ac dona-

vimus presentem litteram sigillo universitatis in Marpurg consignatam cum testimonio Ludewici de Vrohusen et Conradi fabri.

Datum et actum anno domini m°ccc°iiii°, ydus octobris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

65. *Das deutsche haus bei Marburg verspricht der Kunigunde wittwe des Fritzlarer bürgers Marsilius einkünfte aus der mit ihrem gelde gekauften fischerei zu Brunslar.* 1304 *dec.* 28.

Nos frater Henricus dictus Thuring conmendator ceterique fratres domus Teuthonice aput Marpurg coram universis publice profitemur, quod cum domina Cůnegundis relicta quondam Marsilii civis Fritslariensis nobis viginti talenta denariorum Fritslariensium presentaverit ad conparandum quandam piscariam sitam in Brůslar erga Conradum filium Theoderici militis dicti de Elbene, nos beneficiis ejusdem domine Cůnegundis benivole occurrere volentes, promisimus et nunc promittimus in hiis scriptis, quod quicunque plebanus in opido Velsberg extiterit, memorate domine Cunegundi duo talenta denariorum de predicta piscaria annis singulis, quam diu vixerit, ministrabit, videlicet unum talentum in festo beati Michahelis, reliquum infra octavam pasche, occasionibus omnibus pretermissis. Et si ipse plebanus in Velsberg, quicunque fuerit, in solucione dictorum talentorum negligens inventus fuerit et remissus, extunc tota piscaria, que tam parrochie attinet quam eciam domine memorate, domui seu curie in Fritslaria cedet et cedere debet, et postmodum provisor ejusdem curie sepedicte domine predicta duo talenta nostro nomine juxta modum premissum annis singulis presentabit. Postquam autem diem clauserit extremum, unum talentum de predictis duobus fratribus in anniversario ipsius perpetuo ministrabitur et reliquum domui relinquetur. In cujus rei testimonium prefate domine presentem litteram dedimus nostri sigilli munimine roboratam. 1304 dec. 28.

Datum anno domini m°ccc°v°, in sanctorum Innocentum die.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

66. 1304 *dec.* 29[1]).

Ego Conradus filius quondam Guntrami molendinarii de consensu Ide matris ac domine mee et fratrum, sororiorum et sororum mearum omnium et eorum puerorum, videlicet Damponis et Ide uxoris sue, Ru- 1304 dec. 29.

1) Wegen nr. 79 muss dem datum dieser Wetzlarer urkunde der Mainzische jahresanfang (25. dec.) zu grund liegen.

lonis, Henrici et Johannis puerorum dictorum conjugum, Volperti dicti Malderleip et Cristine uxoris sue et Aleydis eorum filie, Henrici et Elizabet uxoris sue vendidi Ruloni fratri meo dilecto, Methildi uxori sue civibus Wetflariensibus dimidiam marcam denariorum usualium et bonorum annui redditus ex parte molendini in Husen siti extra portas, matri mee predicte attinente solvendamque annis singulis infra festivos dies nativitatis domini census nomine per matrem meam predictam, quoad vixerit. Matre autem mea defuncta dictus census ex parte mea dicti molendini cedet fratri meo predicto, et ipse et alii mei fratres et sorores in reconpensacionem dictorum reddituum recipient quilibet a dicta parte matris mee dimidiam marcam annui redditus, antequam dividamus hujusmodi partem, et quod extunc superest, equaliter dividamus. Ego eciam Aleydis relicta quondam Herfridi protestor dictam venditionem, quam frater meus Conradus fecit fratri meo Ruloni, esse de mea voluntate, salvo jure meo et salvis omnibus supradictis. In cujus rei testimonium et robur sigillum civitatis Wetflariensis est appensum. Testes: Heynemannus Gerberti, Ernestus de Nuueren, Rulo Reye, Gerhardus Muncere, scabini civitatis predicte.

Datum anno domini m°ccc° quinto, in crastino Innocentum.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

67. *Ritter Werner von Linden verkauft dem deutschen hause in Marburg ein haus nebst hof in Schwalbach.* 1305 *jan.* 31.

1305 jan. 31. In dei nomine, amen. Noverint universi audituri presentes litteras et visuri, quod nos Wernherus miles dictus de Lynden et Ysengardis uxor mea legitima sana deliberatione prehabita, communicata manu, accedente voluntate bona et consensu Frankonis filii nostri, Milchelingi generi nostri et Yrmengardis uxoris legitime ejusdem ac nostre filie universa bona nostra sita in Swalbach, domum videlicet et curiam cymiterio continuam, cum agris, pratis, nemoribus, pascuis et omnibus suis juribus et pertinenciis, de quibus bonis septem maldra siliginis et unum maldrum avene, duo anseres et duo pulli cum uno pullo carnispriviali in annuo censu nobis annis singulis hactenus per Hartlîbum eorundem bonorum colonum solvebantur, viris religiosis . . commendatori et fratribus domus Theutonice in Marpurg vendidimus et tradidimus pro quadraginta novem marcis minus uno fertone Coloniensium denariorum, tribus hallensibus pro quolibet denario computatis, nobis numeratis et solutis ac in usus nostros conversis mere proprietatis tytulo in perpetuum pacifice possidenda; renunciantes expresse exceptioni doli mali, pecunie non tradite aliisque omnibus exceptionibus facti vel juris cano-

nici vel civilis, quibus per nos vel nostros successores predictus venditionis contractus in toto vel in parte in posterum revocari valeat et rescindi, transferentes in eosdem fratres quicquid juris vel dominii nobis in dictis bonis hactenus competebat, facientes eos pariter et constituentes bonorum hujusmodi omnium veros et legitimos possessores. De quibus bonis et juribus eorundem faciemus et facere promisimus warandiam debitam et consuetam. Super qua warandia, ut dictum est, rite facienda . . commendatori et fratribus predictis fidejussores constituimus infrascriptos: Hermannum videlicet dictum Lesche militem, dapiferum de Gliperg, Craftonem de Rûdenhusen, Senandum de Bûchesecke et Gerlacum dictum Schonekint, armigeros, qui, si a dictis . . commendatore et fratribus fuerint super hiis necessario requisiti et moniti, unum hospicium in Gyzen pariter intrabunt, tam diu more fidejussorio comesturi, donec de premissis omnibus et singulis sepedictis fratribus plenarie satisfiat. Nosque fidejussores predicti bona fide promittimus predictis viris religiosis, si necesse fuerit, fidejussionis debitum nos debere exequi fideliter, ut tenemur. Testes hujus facti sunt: Senandus de Gyzen, Cûno dictus Halbir et Hartmûdus de Elkerhusen, milites; Mengotus de Swalbach armiger; Gerlacus dictus Dragefleiz et Lodewicus pistor, scabini in Gyzen, et quam plures alii fide digni. In cujus rei testimonium et robur evidens presentem litteram sigillo opidanorum in Gyzen rogavimus communiri. Et nos castrenses, scabini ceterique opidani in Gyzen recognoscimus nos ad preces Wernheri militis, Ysengardis uxoris sue legitime, Frankonis, Milchelingi et Yrmingardis predictorum sigillum nostrum presentibus appendisse.

Datum et actum anno domini m°ccc° quarto, pridie kalendas februarii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

68. *Gumpert Hobeherr verkauft dem deutschen hause bei Marburg seine vogteieinkünfte von dem hofe zu Kleinseelheim.*

1305 *febr.* 22 [1]).

Noverint universi presencium inspectores, quod ego Gumpertus frater Wolperti militis ex Curia et Cristina uxor mea legitima communicata manu vendidimus religiosis viris . . conmendatori et fratribus domus Theutonice apud Marpurg reditus nostros, videlicet duodecem solidos minus tribus denariis denariorum Marpurgensium, sex quoque metretas siliginis et dimidium modium tritici nobis de curia Selhein racione ad- 1305 febr. 22.

1) Vgl. nr. 70.

vocacie cedentes, et dedimus ipsis fratribus dictos reditus quiete pacifice in perpetuum possidendos, scilicet pro decem marcis et dimidia nobis eciam plenarie persolutis. Renunciamus insuper quicquid juris in dictis redditibus de memorata curia habuimus vel habere hactenus videbamur, et promisimus et nunc promittimus in hiis scriptis ipsos fratres de predicta vendicione et donacione juxta morem terre, si requisiti fuerimus, warandare. In cujus rei testimonium memoratis fratribus presentem litteram dedimus sigilli civitatis civium in Marpurg, quod apponi rogavimus, munimine roboratam. Et nos scabini et cives in Marpurg predicti recognoscimus nostrum sigillum ad preces predictorum Gumperti et Cristine uxoris sue presentibus apposuisse in testimonium omnium premissorum. Testes sunt: Henricus dictus Kalp, Heindenricus de Bůchenowe, Johannes Rythesel, milites; Ludewicus ex Curia, Ludewicus de Vronhusen, scabini; Johannes Monetarius [1]), et quam plures alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc° quinto, viii° kalendas marcii.

Aus orig.-perg. mit zerbrochenem siegel in Marburg (deutscho.).

69. *Anno truchsess von Schlotheim und Anno sein sohn geben dem deutschen hause zu Nägelstedt sechs acker landes zu Günstedt.* 1305 *märz 7.*

1305 märz 7 Ich Anne der truchtseze von Slatheym unde Anne der junge min soen bekennen unde tuen kunt uffenberliche allen den, die disen gegenwertigen brief ane sehen oder hoeren lesen, daz wir den brudern des Dutschen huses zu Nelstete gegeben unde geeigent haben dorch got unde unser lieben vrowen ere unde dorch bete willen bruder Guntheres Slunen von Slatheym unses lieben vrundes sechs ackere landes, die da legen in deme vlure zu Gunnestete, die da Heynrich heren Peters von uns hatte, unser man, daz si die sulen besizzen ledich unde vrie, und wollen si der eigenschaft geweren recht unde redeliche gegen alle unse erben, die die selbe eigenschaft anegetrete mochte. Des sint gezuge die erberen lute her Lodewich von Willerstete, her Diterich Kemmerere von Struzberch, Bertolt Salhut, Bertolt von Varila, Heynrich von Melre, unde manich andere erbere man. Daz ouch dese rede sicher unde stete blibe, des gebe wir den selben vor genanten brudern disen gegenwertigen brief mit unseme ingesegele vorsichert unde bestetiget.

Dirre brief ist gegeben noch der geburt unsers herren tusent jar

1) 'Monentarius' orig.

dru hundert jar in deme vumften jare, ane deme sunnentage aller manne vasten.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel dreieckig; in gespaltenem felde rechts drei querbalken auf schraffirtem grunde, links eine schere; umschr.: . . AN . . . . ET · HEINRICI · DAPIPHER . . . . . EM ·

70. *Ritter Volpert Hobeherr verkauft dem deutschen hause zu Marburg seine vogteieinkünfte von dem hofe zu Kleinseelheim.* 1305 *märz* 14[1]).

Nos Volpertus miles dictus ex Curia una cum uxore nostra Elyzabet legitima et Gumperto filio nostro ac ceteris pueris et heredibus nostris coram universis recognoscimus et presentibus publice profitemur, quod ex voluntate libera, non inducti, vendidimus, dedimus et resignavimus omnes redditus nostros, videlicet xi solidos et denarios iii, sex quoque metretas siliginis et dimidium modium tritici nobis de curia in minori Selhem racione advocacie cedentes et a fratribus domus Teuthonice annis singulis ministratos, vendidimus inquam dictis, scilicet . . commendatori et fratribus domus Teuthonice in Marpurg pro decem marcis et dimidia nobis ab ipsis fratribus plenarie persolutis quiete et pacifice proprietatis titulo in perpetuum possidendos, renunciantes simpliciter et precise omni actioni, questioni, quam pro dicto censu racione advocacie seu alterius juris possemus contra dictos fratres exigere vel movere. Transferimus quoque quicquid juris in dicto censu et curia habuimus usque modo, videlicet in ipsos fratres, et plane transtulimus in hiis scriptis. In cujus rei evidenciam, robur et firmitatem memoratis fratribus presentem litteram dedimus nostri sigilli munimine roboratam et nichilominus eandem petivimus voce unanimi ad majorem cautelam sigillo civitatis civium in Grunenberg roborari. Nos quoque scabini et cives in Grunenberg jam predicti recognoscimus ad preces predictorum scilicet Volperti militis, Elyzabet uxoris sue, Gumperti filii sui aliorumque puerorum et heredum suorum nostrum sigillum presentibus apposuisse in testimonium omnium premissorum. Hujus testes sunt: Volpertus dictus de Sassen, Henricus filius suus, Hermannus Theolenarius, Theodericus dictus Dunnebir, Nycholaus filius Yrmengardis, Guntramus de Lindenstrud, Johannes filius Angeli, Folzo, scabini in Grunenberg, et quam plures alii fide digni.

1305 märz 14.

Datum anno domini m°ccc° quinto, dominica Reminiscere.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Von beiden siegeln hängt nur noch das zweite (reitersiegel der stadt Grünberg) stark verletzt an.

1) Vgl. nr. 68.

71. *Albert der jüngere von Romrod überlässt dem deutschen hause zu Marburg güter zu Schwabenrod gegen andere zu Leidenrod.* 1305 *märz* 22.

1305 märz 22. Ego Albertus de Rumerode junior recongnosco universis Cristi fidelibus presentem paginam visuris et ejus tenorem audituris publice profitendo, quod bona deliberacione prehabita vendidi et dedi bona mea sita in Swabenrode, que annuatim solvunt octo solidos denariorum, duas aucas et quatuor pullos, dominis sive fratribus domus Theuthonice in Marpurg pro quibusdam bonis sitis in Luttenrode eo jure, quod vocatur rechtledich eygen, pacifice et quiete et sine omni inpedimento in perpetuum possidenda. Hujusmodi autem vendicionis ac eciam emptionis testes sunt: Eckehardus de Linden, Conradus Herbordi, castrenses in Alsfelt; Henrich Stalpho, Henrich Houbet, Rodolfus de Ameneburg, scabini ibidem, Wigandus Richwini, et alii quam plures fide digni. Et ut istud factum ratum et inconvulsum in perpetuum observetur, presentes litteras dedi dominis sive fratribus predictis munimine mei sigilli roboratas.

Datum et actum anno domini m°ccc° quinto, feria secunda proxima post Oculi mei semper.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel dreieckig; zwei durch eine mauer verbundene thürme; umschr.: S'· ALBE . . . . E · RVMERODE.

72. 1305 *apr.* 13 (?).

1305 apr. 13(?). Ego Hermannus filius quondam Eckehardi militis dicti de Vilsberg vendidi domum, que quondam fuerat domine Beatricis dicte de Vrphe, domine Jutthe de Pollonia, Elizabet sue filie, Gisle dicte Sturebuc et Cristine dicte Bernisch perpetuo possidendam, volens prefatas dominas warandare dicta domo, prout justum fuerit et consuetum. Testes: dominus Ludewicus de Vrphe canonicus Fritslariensis, frater Helwicus commendator de Melderico, Conradus de Borken. In cujus vendicionis cautelam meo sigillo presentem litteram communivi.

Datum xix. (!) kalendas maji, anno domini m°ccc° quinto.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Auf dem dreieckigen siegel drei querbalken, deren unterster in den schildesfuss fällt, darüber ein vierter balken, aus der rechten oberen ecke schräg herablaufend; umschr.: S . . . . . MANNI · DE · WELSS . . . G ·

73. *Johann Beyr scheffe zu Wetzlar überweist dem deutschen hause bei Marburg eine jährliche rente von zwei mark aus gütern zu Selhofen vor Wetzlar gegen rückgabe der durch seinen bruder Heinrich an den orden gekommenen besitzungen zu Wetzlar.* 1305 *mai* 26.

Noverint universi, quod ego Johannes dictus Beyr scabinus Wetflariensis conmunicata manu Aleydis mee uxoris legitime dedi et do in hiis scriptis viris religiosis . . conmendatori et fratribus domus Theutonice apud Marburg duas marcas denariorum annui redditus, que michi ex divisione legitima et successione hereditaria cedebant ex morte quondam Heydendrudis ave uxoris mee predicte; de quibus redditibus Druda ortulana viginti solidos Coloniensium denariorum de sua hereditate solvet, que sita est in Selhoven extra portas, et Goizo faber duos solidos Coloniensium denariorum cum uno pullo carnispriviali de sua hereditate, quam possidet, tenetur solvere, et uxor quondam Rulonis dicti Koizch et sui heredes duos solvent solidos Coloniensium denariorum et pullum carnisprivialem de eorum hereditate extra portas eciam sita in Selhoven, per modum concambii et in reconpensacionem bonorum infrascriptorum, que michi et heredibus meis dicti . . conmendator et fratres contulerunt, videlicet domum, quam possidet Rode, domui quondam patris mei contiguam, et stabulum ex adverso domui predicte situm et domos illas et ortum, que site sunt apud turrim dictam Kalersdůrn, et viginti et unum denarios Colonienses annui redditus, quos habuerunt in orto meo extra portam superiorem sito, et totam partem bonorum ubicumque sitorum ipsos contingentem ex morte quondam Isendrudis ave mee racione fratris mei Henrici eorum confratris ex hereditaria successione[1]). Ut autem premissa omnia omni tempore roboris firmitatem obtineant, sigillum civitatis Wetflariensis nostris precibus hinc inde litteris presentibus est appensum. Hujus facti testes sunt: Hermannus Selege, Conradus de Kazcenvort, scabini civitatis predicte, et alii fide digni.

1305 mai 26.

Datum anno domini m°ccc° quinto, in vigilia ascensionis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

74. *Johann Schreiber verspricht dem deutschen hause zu Flörsheim zins von dessen genannten gütern zu Bechtolsheim, die er in erbbestand hat.* 1305 *jun.* 7.

Ego Johannes dictus Schribere et Hedewigis mea legittima de Bechdolsheim universis has litteras visuris ac audituris fieri cupimus mani-

1305 jun. 7.

1) Vielleicht ist hier auf 1, 329 nr. 448 bezug zu nehmen.

festum publice profitendo, nos ac nostros heredes in perpetuum teneri singulis annis commendatori et conventui fratrum in Flersheim ordinis domus Teutonice viginti quatuor maltra siliginis Wormaciensis mensure presentanda in Oppinheim vel in Flersheim et hoc voluntate dictorum fratrum infra duo festa sancte Marie assumpcionis et nativitatis nostris laboribus et expensis cum decem solidis hallensium et quatuor pullis, scilicet camponibus, quos eisdem dominis et fratribus infra festum sancti Martini episcopi tenemur presentare de bonis ipsorum in terminis ville Bechdolsheim sitis ac subnotatis, que pro predictis censibus et pensione prehabita nobis ac nostris heredibus jure hereditario recognoscimus presentibus recepisse sub hoc pacto, ut, si quo anno in solucione dicte pensionis et censuum nos et nostri heredes infra prescriptos solutionis terminos negligentes et remissi fuerimus non solvendo, ipsa bona scripta una cum suppignore subnotato ad prelibatos dominos et fratres libera revolvantur, addito nichilominus, quod hec eadem bona indivisa et integra apud unum heredum nostrum, scilicet seniorem, conserventur. Est autem situs bonorum talis: curia sita in villa Bechdolsheim; duale situm retro curiam Heinrici dicti Esel apud dumum; item dimidium juger super vallum; item unum juger longum situm in loco dicto Faltdor; item quinque quartalia agri pertingencia in predictum juger; item pecia terre inculte dicta Erde sita in monte sancti Petri, pertingens in predicta quartalia; item unum juger in via Dolgesheimere; item ulterius in eadem via alterum dimidium juger; item duale agri situm super Wigelstein, pertingens in predictum alterum dimidium juger; item exterius in via Dolgesheimere unum juger apud Petrum dictum de Armensheim; item ulterius ex altera parte vie ejusdem dimidium juger pertingens super viam predictam; item in loco dicto mittelgewanda alterum dimidium juger apud dominam Rebestocken; item in loco dicto in Foramine quinque quartalia anewinderes; item duale agri protensum ultra viam dictam Slideweg, pertingens in predicta quinque quartalia; item in alio campo alterum dimidium quartale agri situm super Vcbûrnen apud monachos; item alterum dimidium quartale situm versus locum dictum Helde, pertingens super prata; item tercium dimidium juger situm in loco dicto anme Kyese apud dotem ecclesie; item ulterius in eadem gewanda quintum dimidium quartale agri apud Petrum de Armensheim; item unum juger in loco dicto Yemel; item unum juger situm in eadem gewanda ulterius; item tria jugera protensa in predictum juger et in vallem apud Heinricum militem dictum de Geyspolsheim; item superius in valle alterum dimidium juger apud Wilhelmum militem; item decimum dimidium quartale in loco dicto Dvbenburnen apud dominum Johannem dictum Cruchere; item unum juger apud arbores dictas populos

Mechelini, dictas vulgariter Belden; item duale agri situm in loco dicto Ryt in parva gewanda; item decem ictus pratorum protracti super pratum dictum Horst puerorum de Bvdensheim; item pecia prati in loco dicto Bygen; item tres ictus pratorum subter arbores dictas populos domini Johannis dicti Crûcheres prenotati; item x ictus pratorum cum dimidio ictu pratorum, quos predictis dominis et fratribus ego Johannes et Hedewigis conjuges antedicti pro suppignore seu ypotheca sue pensionis et censuum, qui sunt consulcanei predictis tribus ictibus pratorum [1]), subrogamus, petentes instanter has litteras ad certitudinem omnium premissorum sigillo honorabilis viri . . decani ecclesie Cellensis Moguntine dyocesis sigillari. Nos quoque . . decanus ecclesie Cellensis Moguntine dyocesis ad preces Johannis et Hedewigis conjugum predictorum de Bechdolsheim has litteras sigillo nostro ad evidenciam et robur premissorum omnium dedimus sigillatas.

Datum anno domini m°ccc°v°, idus junii vii°

Aus orig.-perg. in Darmstadt. Siegel abgefallen. Gedr.: Baur Hess. Urkunden 2, 656 nr. 658.

75. *Rulo von Bechlingen bürger zu Wetzlar verkauft dem deutschen hause bei Marburg ein malter korn jährlich aus gütern zu Bruningsberg.* 1305 *jun.* 14.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod ego Rulo de Bechelingen civis Wetflariensis conmunicata manu Hildegundis uxoris mee legitime vendidi, dedi, vendo et do juste vendicionis titulo in hiis scriptis viris religiosis . . conmendatori et fratribus domus Theutonice apud Marburg unum maldrum puri siliginis mensure Wetflariensis ex omnibus bonis meis tam in villa quam extra villam Bruningisberg sitis persolvendum annis singulis et usque Wetflariam tempore pensionis sub meis laboribus, expensis et periculis, non obstante casu vel eventu quolibet, presentandum annuatim pro sex marcis denariorum numerate pecunie michi tradite penitus et pagate. De quibus eciam bonis jam dudum solvi et teneor solvere precise proprietatis titulo et precipue annis singulis eisdem . . conmendatori et fratribus quinque metretas et dimidiam metretam tritici et quatuor solidos Coloniensium denariorum nomine pensionis. Pro quibus pensionibus et redditibus sane solvendis quatuor particulas agrorum continentes circa tria jugera dimidio jugero minus terre arabilis, videlicet Fontstuckel et Bosehelde et agriolum qui dicitur zû dein zwein morgen, et in Hetteswinckel ufe den wegen, que michi jure proprietario attinent, pro subpignore de consensu mee uxoris pre-

1305 jun. 14.

1) So im orig.; 'qui — pratorum' gehört aber offenbar z. 6 hinter 'pratorum'.

dicte racionabiliter obligavi. In cujus rei testimonium et robur sigillum civitatis Wetflariensis meis et uxoris mee precibus litteris presentibus est appensum. Hujus facti testes sunt: Conradus Crawe, Conradus de Kazcenvort, Rulo Reye, scabini civitatis predicte, et alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc° quinto, in crastino Trinitatis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

76. 1305 *jun.* 28.

1305 jun. 28. Nos Hartradus dominus de Merenberg prepositus ecclesie Wetflariensis recognoscimus vendicionem bonorum in villa de Dudinhoben sitorum tam in villa quam extra villam in nostra jurisdicione, quam fecit Hartradus dictus Mezirsmeit de Dudinhobin Ebirhardo filio Ebirhardi de Hirlisheim civi Wetflariensi, prout in litteris super hoc confectis continetur plenius, de nostra esse bona voluntate. In cujus rei testimonium et robur sigillum civitatis Wetflariensis nostris precibus appensum est huic scripto. Testes: Conradus Crawe, Hartradus de Hirlisheim, scabini civitatis predicte.

Datum anno domini m°ccc° quinto, in vigilia beatorum Petri et Pauli.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

77. *Das Castorstift zu Coblenz verkauft dem deutschen hause zu Herborn eine rente zu Ballersbach.* 1305 *jul.* 13.

1305 jul. 13. Universis presens scriptum visuris et audituris nos . . decanus et . . capitulum ecclesie sancti Castoris in Confluencia Trevirensis dyocesis notum esse cupimus, quod nos pensata utilitate ecclesie nostre predicte de communi consensu nostro, tractatu prehabito diligenti, vendidimus et vendimus, tradidimus et tradimus viris religiosis . . plebano et . . fratribus domus beate Marie Theutonicorum in Herberen dicte Trevirensis dyocesis ementibus et recipientibus pro se et pro suis successoribus et nomine domus sue predicte quatuordecim denarios monete Coloniensis annui census, quos nobis solvebant et solvere consueverunt Hermannus de Baldersbach et antecessores ejusdem de bonis nostris sitis ibidem, pro quatuordecim solidis usualis monete in Confluencia nobis ab eisdem religiosis numeratis, traditis et assignatis integraliter et ad plenum, quos in usus ecclesie nostre convertimus meliores et recognoscimus convertisse. In cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem sigillum ecclesie nostre duximus presentibus apponendum.

Actum et datum in festo beate Margarete virginis et martiris, anno domini m°ccc° centesimo [1]) quinto.

Aus orig.-perg. mit siegelbruchstück in Wiesbaden (Dillenburger archiv).

1) So im orig., 'ccc°' scheint hier nur die anzahl der hunderte zu bezeichnen.

78. *Friedrich Halis verkauft dem deutschen hause bei Marburg anderthalb malter korn jährlich aus gütern bei Laufdorf.* 1305 *jul.* 16.

Omnibus ac singulis presencium litterarum perceptoribus innotescat, 1305 jul. 16.
quod ego Fridericus dictus Halis conmunicata manu Elizabet uxoris mee legitime vendidi, dedi, vendo et do vere proprietatis titulo in hiis scriptis religiosis viris .. conmendatori et fratribus domus Theutonice apud Marburg unum maldrum et dimidium maldrum puri siliginis mensure Wetflariensis ex agris meis infra scriptis, videlicet ex agro dicto daiz rodestücke an dem scheyde sub via qua itur versus Banebadin, continente circa unum jugerum; item ex agro sito in der Engilbach, qui dicitur eyn anwendere, continente eciam circa unum jugerum, et ex agro dicto zů dein wysen, continente circa quatuor jugera terre arabilis; siti sunt agri isti predicti in campis prope villam Laufdorf; persolvendum annis singulis nomine pensionis infra festa assumpcionis et nativitatis beate virginis et usque Wetflariam, non obstante casu vel eventu quolibet, sub meis periculis, laboribus et expensis presentandum, pro novem marcis denariorum numerate pecunie michi tradite penitus et pagate. Pro qua pensione sane solvenda amelioracionem dictorum agrorum prenominatis .. conmendatori et fratribus pro subpignore conmunicata manu uxoris mee predicte obligavi. Preterea ego et H. Hane, Arnoldus et Gerhardus, filii Henrici Hane predicti fidejussimus et nos in solidum prenominatis .. conmendatori et fratribus fidejussorie constituimus pro Ludewico et Katerina pueris quondam Hermanni filii Henrici Hane predicti, meis privignis et nepotibus Henrici predicti et fratruelis (!) Arnoldi et Gerhardi, ut dicte vendicioni, cum ad annos discrecionis venerint, voluntatem adhibeant et consensum. Id si non fecerint, extunc nos, proinde moniti si fuerimus per dictos .. conmendatorem et fratres, exolvemus conmessorie in hospicio pariter infra muros Wetflarienses tam diu, donec dicti pueri, mei privigni, hujusmodi vendicionem approbent et admittant. Ceterum si medio tempore aliquem de nobis fidejussoribus predictis discedere contingeret in vita vel in morte dante deo, quod absit, ceteri fidejussores alium ad se substituent eque bonum infra mensem. Alioquin exolvent conmessorie more predicto, donec hujusmodi fidejussor statuatur. Ut autem omnia premissa roboris firmitatem obtineant, sigillum civitatis Wetflariensis meis et uxoris mee et fidejussorum omnium predictorum precibus litteris presentibus est appensum. Hujus facti testes sunt: Hermannus Selege, Heynemannus Gerberti, Conradus de Kazcenvort, Hartradus de Herlisheim, scabini civitatis predicte, et alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc° quinto, in crastino divisionis apostolorum.

Aus orig.-perg. mit zerbrochenem siegel in Marburg (deutscho.).

79. *Rulo Welker bürger zu Wetzlar verkauft dem deutschen hause zu Marburg eine halbe mark jährlicher einkünfte von der mühle zu Hausen und sein recht auf die mahlmühle daselbst.* 1305 *aug.* 9.

1305 aug. 9. Omnibus ac singulis presencium litterarum perceptoribus innotescat, quod ego Rulo dictus Welkere civis Wetflariensis conmunicata manu uxoris mee Methildis vendidi et vendo in hiis scriptis honorabilibus ac religiosis viris . . conmendatori et fratribus domus Theutonice apud Marburg dimidiam marcam denariorum annui redditus, quam conparavi erga Conradum fratrem meum ex parte molendini in Husen siti matri mee attinente de consensu et voluntate matris mee predicte et pueris, generis et socribus [1] suis, videlicet Damponis, Ide uxoris sue, Rulonis, Henrici et Johannis puerorum dictorum conjugum, Volperti dicti Maldirleip et Cristine sue uxoris et Aleydis filie eorum, Henrici et Elizabet uxoris sue, sicut in litteris super hoc confectis continetur plenius [2], infra sacros dies nativitatis domini annis singulis persolvendam, tollendam ex dicta parte matri mee attinente, cum omni jure michi in eisdem redditibus conpetente, pro decem marcis denariorum numerate pecunie michi tradite et pagate. Item vendidi prenominatis . . conmendatori et fratribus totum jus meum hereditarium molendini dicti malmole siti in Husen, quod ab ipsis habui et possedi jure hereditario, pro certa summa pecunie michi tradite eciam penitus et pagate. In cujus rei testimonium et robur sigillum civitatis Wetflariensis litteris presentibus est appensum. Hujus facti testes sunt: Heynemannus Gerberti, Rulo Reye, scabini, et alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc° quinto, in vigilia beati Laurentii martiris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel beschädigt.

80. *Guntram von Schwalbach verkauft dem deutschen hause bei Marburg eine kornrente aus äckern bei Schwalbach.* 1305 *oct.* 1.

1305 oct. 1. Noverint universi presencium litterarum perceptores, quod ego Guntramus de Svalbach et Hildegundis mea legitima consensu mutuo

1) 'socrubus' orig. 2) Nr. 66.

et voluntate unanimi vendidimus, vendimus et damus vere proprietatis titulo in hiis scriptis viris religiosis domino . . conmendatori et fratribus domus Theutonice apud Marburg duo maldra puri siliginis mensure Wetflariensis annue pensionis ex agris nostris infra scriptis apud villam predictam hinc inde sitis, videlicet ex agro unum jugerum continente in dem Werholz sito et ex agro dimidium jugerum continente sito apud pratum et ex agro unum jugerum continente sito in via et strata, que Drumechere wech dicitur; item ex agro offe der Wetfe sito et ex agro in dem Flure sito, qui ambo continent unum jugerum; item ex agro hinder dem Stude sito unum jugerum continente; item an dem Werholz unum jugerum et dimidium jugerum; item ex agro versus ecclesiam sito apud Fromirsburne dimidium jugerum continente; item an Volkinbodeme dimidium jugerum, quod dicitur an dem Gerin; item ex agro an dem Studte sito duo jugera continente; item ex dimidio jugero ibidem sito in parte superiori; item ex dimidio jugero se extendente per stratam; persolvenda annis singulis infra festa assumpcionis et nativitatis beate virginis et usque Wetflariam sub nostris et heredum nostrorum expensis et periculis, non obstante casu vel eventu quolibet, presentanda, pro duodecim marcis denariorum numerate pecunie nobis tradite penitus et pagate. Protestor eciam ego Guntramus predictus, quod fidejussi una cum Ludewico sororio meo et Richolfo balistario et Conrado filio Volken pro Johanne et Irmendrude pueris meis, ut, cum ad annos discrecionis pervenerint, dicte vendicioni voluntatem adhibeant et consensum. Nos vero Ludewicus, Richolfus et Conradus confitemur, quod fidejussimus pro pueris Guntrami predicti, quemadmodum est premissum. In cujus rei testimonium et robur sigillum civitatis Wetflariensis nostris precibus hinc inde litteris presentibus est appensum. Hujus facti testes sunt: Hermannus Selege, Heynemannus Gerberti, Conradus Crawe, Conradus de Kazcenvort, Gerhardus Munzer, Gerlacus Cimmerman, scabini civitatis predicte, et alii quam plures fide digni.

Datum anno domini m°ccc° quinto, feria sexta proxima post festum beati Michahelis.

Aus orig.-perg. mit siegelrest in Marburg (deutscho.).

81. *Genannte scheffen zu Marburg beurkunden, dass die begine Hetta Cletten von Seelheim dem deutschen hause zu Marburg alle ihre güter vermacht habe.* 1305 *oct.* 13.

Nos Ludewicus dictus de Vronhusen proconsul, Rudegerus senior, Ludewicus dictus ex Curia et Johannes Monetarius, scabini in Marpurg, ea, que vidimus et audivimus, prout acta et gesta novimus, ita presen- 1305 oct. 13.

tibus publice protestamur, quod anno domini m°ccc°v°, tercio ydus octobris constituta in nostra presentia Hetta beckina dicta Cletten de Selhem, sana mente et corpore, de bona et libera voluntate, ore et manu conmunicata dedit, tradidit et donavit donatione irrevocabili inter vivos simplicique et legittima .. conmendatori et fratribus domus et conventus Theotunice in Marpurg pure propter deum ob salutem anime sue et suorum parentum omnia et singula bona sua mobilia et inmobilia, ubicumque locorum sita sunt, quocumque nomine censeantur, que nunc haberet et in futurum fuerit habitura, et ea, que ipsam jure successorio et hereditario attingere possent in futurum; ista tamen interposita et adjecta condicionis lege, quod eorundem bonorum, quoad vixerit, liberam utendi et fruendi habeat potestatem et post mortem suam ad predictos fratres redibunt sive devolventur libera et soluta. Hujus rei testes sumus cum ceteris astantibus. Astabant enim: frater Henricus conmendator dictus Thuring, frater Henricus de Therenbach, frater Otto, frater Echardus de Vronhusen, frater Gerbertus dictus Reyo, et alii quam plures. In cujus rei testimonium damus et contulimus presentem litteram ad petitionem predicte Hetten sigillo universitatis in Marburg consignatam.

Datum et actum anno et die quo supra.

Aus orig.-perg. mit siegel in Marburg (deutscho.).

82. *Wigand von Aslar genannt vor dem Steine verkauft dem deutschen hause bei Marburg eine jährliche kornrente aus seinem hofe zu Aslar.* 1305 *oct.* 27.

1305 oct. 27. Omnibus ac singulis presencium litterarum perceptoribus innotescat, quod ego Wygandus de Asselor dictus vor dem Steynne communicata manu Luchardis uxoris mee legitime vendidi, dedi, vendo et do juste vendicionis titulo in hiis scriptis religiosis viris domino .. conmendatori et fratribus domus Theutonice apud Marburg unum maldrum puri siliginis mensure Wetflariensis ex curia et habitacione seu mansione mea, quam possideo, in Asselor villa predicta sita et ex omnibus bonis meis ad dictam curiam spectantibus persolvendum et usque Wetflariam sub meis laboribus, periculis et exspensis (!) infra festa assumcionis et nativitatis beate Marie virginis, non obstante casu vel eventu quolibet, annis singulis pensionis nomine presentandum pro sex marcis denariorum numerate pecunie michi tradite penitus et pagate. De qua eciam curia mea et bonis omnibus ad eam spectantibus teneor solvere prenominatis .. conmendatori et fratribus viginti et septem denarios Colonienses annis singulis precipue et precise. Protestor eciam et notum facio presencium perceptoribus universis, quod quandocunque vel quocunque anno pen-

sionem predictam et censum non solverem prenominatis . . conmendatori et fratribus, extunc curia et bona predicta ipsis cedent libera sine mea et meorum heredum contradictione penitus et soluta. In premissorum omnium testimonium et robur sigillum civitatis Wetflariensis meis et uxoris mee precibus litteris presentibus est appensum. Hujus facti testes sunt: Hermannus Selege, Heynemannus Gerberti, Conradus de Kazcenvort, Conradus Crawe, Gerlacus Cimmerman, Johannes Beyir, scabini civitatis predicte, et alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc° quinto, in vigilia beatorum Symonis et Jude.

Aus orig.-perg. mit beschädigtem siegel in Marburg (deutscho.).

83. *Genannte beurkunden, dass Hartmann Clette seiner tochter Rilind seine güter zu Mardorf, Rossdorf und Seelheim vermacht habe.* 1305 *nov.* 2.

1305 nov. 2. Nos Gerhardus decanus ecclesie Fritslariensis, Gotdefridus de Hotzfelt officiatus, Wigandus de Lyndenborne, Wigandus de Martorpf, Wigandus de Radehusen, castrenses, Jacobus et Ditmarus de Silhem, Henricus de Fronenhusen, Hupertus Amelugi, Wigandus sub Tilia, Hermannus Tzane, Eberhardus Gladiator, scabini in Amenburg, Henricus Stenwagen, Henricus oleator, Johannes Wilhelmi notum esse cupimus universis, quod Hartmannus Clette et Metze, sua conthoralis coram nobis constituti matura deliberatione prehabita dederunt seu legaverunt Rylindi filie eorum et ejus pueris omnia bona mobilia et inmobilia, que in presenti habent et in futuro habuerint, et specialiter quedam bona sita in Martorpf, que fuerunt Herbordi de Alsfeldia, et alia, que ibidem habuit Sveyme, et bona sita in Rostorpf, que quondam fuerunt Wigelonis dicti Scyneben, et bona in Silhem, que possedit Eckehardus Wůlfrode, et unum mansum ibidem, qui fuit patris ipsius Cletten, cum omnibus attinentiis titulo proprietatis perpetue possidenda. Nichilominus dicta Rylindis concessit dicta bona patri et matri sue ad usus vite ipsorum pro maldro frumenti et duabus aucis et duobus pullis et uno pullo dando in carnisprivio. Ista solvent singulis annis ex eisdem bonis pro pensione annuali. Adjectum est etiam, si unus eorum decesserit, quod superstes sepefata bona ad tempora vite sue possidebit pro hujusmodi pensione, contradictione qualibet non obstante. Arbitratum est etiam per eos, quod idem Hartmannus et sua legittima prenominata bona vendere et obligare licite queunt, cum ipsis necessitas affuerit expedita. Ego vero Rilindis recognosco singula superius expressa penitus esse vera. Nos autem

decanus antedictus et scabini prenotati ad petitionem ipsius Hartmanni et sue uxoris ac Relindis, quia propriis carent sigillis, nostra sigilla presentibus apposuimus in testimonium veritatis.

Datum anno domini m°ccc°v°, in crastino omnium sanctorum.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Beide siegel abgefallen.

84. *Adelheid wittwe des Marburger bürgers Hermann von Gossfelden schenkt bei eintritt ihres sohnes Gerlach in den deutschen orden dem deutschen hause bei Marburg die hälfte ihres hofes zu Ebsdorf.* 1305 *nov.* 8.

1305 nov. 8. Ego Alhedis relicta Hermanni bone memorie de Gozuelden quondam civis in Marpurg coram universis publice recognosco, quod cum religiosi viri . . conmendator et fratres domus Teuthonice aput Marpurg Gerlacum filium meum in confratrem suum receperint pure et simpliciter propter deum, ego grato affectu eorum benivolencie volens occurrere, predictis . . conmendatori et fratribus do et dedi pro porcione hereditaria predicti Gerlaci filii mei dimidietatem curie mee in Elbesdorf in perpetuam elemosinam proprietatis titulo quiete et pacifice in perpetuum possidendam cum omni eo jure, quo eam hactenus possedi seu in futurum poteram possidere, accedente ad hoc consensu Henrici dicti Lantgravii, coherede ejusdem curie, ac eciam heredum meorum et generum meorum, scilicet Wigandi dicti Glockengißere, Osperti et Mengoti dicti Kolben et aliorum heredum meorum omnium et ipsis mecum renunciantibus dictis bonis simpliciter et precise, quod et nos dicti coheredes recognoscimus esse verum, dantes super hiis predictis fratribus simul et semel presentem litteram sigillo civitatis civium in Marpurg, quod apponi rogavimus, roboratam. Et nos scabini et cives in Marpurg predicti recognoscimus ad rogatum predictorum nostrum sigillum presentibus apposuisse in testimonium omnium premissorum. Hujus testes sunt: Ludewicus ex Curia, Rukelo frater suus, Hartungus Bruningi, Johannes Monetarius, Johannes Elwini, Ludewicus Dens, scabini, et quam plures alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc°v°, quatuor coronatorum.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

85. *Berthradis Zwivelen übergibt sich und ihre güter zu Kirchhain und Niederwald dem deutschen hause bei Marburg.* 1305 *nov.* 8.

1305 nov. 8. Ego Berthradis dicta Zwiuelen tenore presencium profiteor et coram universis publice recognosco, quod ex deliberacione matura, mentis mee

bene conpos, saluti anime mee consulere volens ac incertam horam mortis certa rerum mearum disposicione cupiens juxta sapientis consilium salubriter prevenire, ad honorem dei omnipotentis et gloriose virginis matris Marie in remedium ac salutem anime mee personam meam et bona mea in Kirchan sita, que possidet Jacobus ibidem, bona quoque mea in Nyderwalde sita, que colit Bruno ibidem, et postmodum generaliter res meas mobiles, quas nunc possideo vel in futurum potero possidere, religiosis viris . . conmendatori et fratribus domus Teuthonice aput Marpurg do et donavi irrevocabiliter donacione inter vivos et assignavi integraliter et assigno sine revocacione omni eo jure et dominio, quo ipsa hactenus possedi vel poteram possidere. Transtuli quoque in jam dictos fratres et nunc transfero in hiis scriptis quicquid juris in proprietate, possessione et dominio dictorum bonorum meorum habui usque modo, renuncians omni ordinacioni vel inmutacioni, quam circa dicta bona et res meas mobiles possem seu vellem facere in futurum, solo orto excepto in Kirchan, quem capelle sancti Michahelis post obitum meum ad luminaria deputavi. In cujus rei testimonium predictis . . conmendatori et fratribus presentem litteram dedi et eandem petivi sigilli civitatis civium in Marpurg munimine roborari. Et nos scabini et cives in Marpurg predicti recognoscimus nostrum sigillum ad preces prefate Bertradis presentibus apposuisse in testimonium omnium premissorum. Testes hujus sunt: Ludewicus de Vronhusen, Ludewicus ex Curia, Rukelo frater suus, Hartungus Bruningi, Johannes Monetarius, scabini, et quam plures alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc°v°, quatuor coronatorum.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

86. *Das kloster Hachborn verspricht dem deutschen hause bei Marburg von gütern zu Michelbach zins zu geben.* 1305 *nov.* 12—18.

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Nos miseracione divina magistra ac prior totusque conventus sanctimonialium et fratrum in Habicheburnen ordinis Premonstratensis recognoscimus et presentibus publice profitemur, quod nos singulis annis tenemur . . conmendatori et fratribus domus Teuthonice aput Marpurg in decem modiis siliginis et sex modiis avene, duobus pullis et duobus anseribus pensionis nomine perpetuis temporibus persolvendis, videlicet de bonis in Michelbach sitis, que ecclesie nostre a Rudigero civi in Marpurg et Hilla relicta Dentis ibidem data fuerunt donacione legitima et legata, et si predictam pensionem dare neglexerimus, quod absit, temporibus debitis et consuetis, extunc eandem dare et solvere debemus cum emenda statuta super negli- 1305 nov. 12-18.

gencia solucionis reddituum, qui pacht vulgariter nuncupantur; et eadem pensio nec a nobis nec ab ipsis . . conmendatore et fratribus debet minui aliquatenus vel augeri. In cujus rei testimonium memoratis fratribus presentem litteram dedimus sigillo nostri conventus et sigillo civitatis civium in Marpurg, quod apponi rogavimus, roboratam. Nos quoque scabini et cives in Marpurg predicti recognoscimus ad preces predictarum scilicet sanctimonialium et conventus in Habicheburnen nostrum sigillum presentibus apposuisse in testimonium omnium premissorum. Testes hujus sunt: Ludewicus ex Curia, Rukelo frater suus, Arnoldus de Gambach, Johannes Monetarius, Johannes Elwini, Ludewicus Dens, scabini, et quam plures alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc°v°, infra octavam beati Martini.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel 1) abgefallen, 2) sehr beschädigt.

87. *Gumpert Hobeherr verkauft dem deutschen hause zu Marburg vier malter weizen jährlicher einkünfte von gütern zu Heskem, Rüdingshausen, Seelheim, Atzbach und Eylo.* 1305 *dec.* 21.

1305 dec. 21. Sicut dicit sapientis auctoritas, oportet ea, que rationabiliter statuuntur et ordinantur, scriptis auttenticis roborari, ut mortalium deficiente memoria scriptura perhibeat testimonium veritati. Ego itaque Gumpertus dictus ex Curia et Crystina uxor mea legitima una cum domino Wolperto de Minori Monte milite et sua uxore legitima necnon cum Wolperto fratri nostro legitimo milite et uxore sua Elyzabet legitima et filio suo Gumperto et universis nostris coheredibus tenore presentium recongnoscimus et constare cupimus omnibus tam presentibus quam futuris, quod nos deliberatione matura et multiplici prehabita vendidimus et vendidisse nos in hiis scriptis publice profitemur conmunicata manu religiosis viris et multum honestis fratri Henrico dicto Durinc conmendatori in Marpurg et ceteris fratribus ibidem quatuor maldra tritici pro triginta marcis legalium denariorum, tribus hallensibus pro denario conputatis, nobis plenario (!) persolutis proprietatis titulo in perpetuum quiete et pacifice possidenda, pueris nostris et aliis universis nostris coheredibus consentientibus et ipsis nobiscum renuntiantibus omni juri et occasioni juris, que nunc pro tempore vel in futurum nobis in ipsis bonis posset conpetere seu deberet. Transtulimus quoque et transtulisse nos recongnoscimus in hiis scriptis in jam dictos fratres quicquid juris in proprietate, possessione et dominio dictorum quatuor maldrorum habuimus vel habere debuimus usque modo. Que autem predicta quatuor maldra cadent et cadere debent de bonis infra scriptis, et dabunt isti: plebanus in Burebhac dimidium modium tritici; item de manso Cunegundis de Hestincheim

dabit Rudolfus de Muschede et Fredericus dimidium maldrum; item in Hestincheim de manso dicti Wyrnekornis pueri vel filii predicti Wyrnekornis et coheredes unum modium; item in Rudinchishusen Bomwedere et coheredes sui de bonis suis tria modia; item in Seleheim domina Helewic dicta Weltern et coheredes unam metretam; item in Seleheim de manso in Hasphac Helewic, Henricus de Hasphac, Wencello, Yrmendrudis Hunehogen dimidium maldrum; item de manso Gerlaci dicti Stenkoppis tres metretas; item de bonis dicti Zuchescuertis domina Rylindis unam metretam; item de manso dicti Duristhe Heuo et soror Yrmendrudis dimidium modium; item de manso Duristen Bernardus dictus Kranic et Hilla cum coheredibus suis dimidium modium; item domina dicta Helewic Welteren et Yrmendrudis Hvnehogen et Henricus de Hasphac de bonis suis dimidium modium; item filii Hvnehogen de bonis Gotfridi Rufi dimidium modium; item de manso Gobelen de Hestincheim Fredericus in Ripa et filii Wedebecheris quinque metretas; item domina Hyldegundis dimidium modium; item Henricus Puleman de bonis in Eloen unam metretam; item Consmarus de bonis in Eloen dimidium modium; item Hertwigus de Bredenburne de manso et de curia dimidium modium; item Hermannus dictus Bornesweldere et Henricus Steinwen unam metretam; item Rudolfus de Schonebhac de manso Wylhardi unam metretam; item in Seleheim Henricus Bredenburnere de curia et agris suis unam metretam; item filius relicte Hedenriche unam metretam de curia et agris in Rudinchishusen; item Henricus dictus Wyseke de bonis predictis unam metretam. Quam pensionem predictam jam predicti omnes predictis fratribus excusatione qualibet non obstante singulis annis in festo beati Michaelis archangeli dabunt sub pena, qua nobis tenebantur, et ipsis ad curiam eorum in Seleheim presentabunt. Insuper ego Wolpertus miles, [frater] predicti Gumperti, de modio tritici, quod michi cedere debuit et meis pueris legitimis et universis meis heredibus de predictis quatuor maldris tritici, simpliciter renunciamus in hiis scriptis. Et ne nostra venditio et ordinatio seu donatio possit per nos in posterum aut nostros successores aliquatinus infirmari et ipsis inpedimentum ex venditione hujusmodi aliquod suboriri, damus presentem litteram predictis fratribus sygillis domini Wolperti de Minori Monte et Wolperti predicti militum in testimonium omnium predictorum roboratam. Testes hujus venditionis et donationis sunt: Henricus dictus de Froenhusen magister civium in Amelburg, Wygandus sub Tilea, Hupertus dictus Amelong, Ludewicus dictus Raustein, Hermannus dictusDens, Dytmarus de Seleheim, Heberardus dictus Scvorfegere, Hartmannus dictus Clethe, scabini in Amelburg, et Dytmarus scultetus, et quam plures alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc°v°, in die beati Thome apostoli.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Auf den beiden dreieckigen siegeln ein rechtsum aufgerichtetes einhorn; umschr.: S·' FOLPERTI · EX · CVRIA · DE · PARVO · MONTE · und: S·' VOLPERTI · FILII · GVPERTI · DE · CVRIA · — Die am schlusse genannten scheffen von Amöneburg beglaubigten unter gleichem datum noch in einer besonderen urkunde obigen verkauf. Orig.-perg. wie vor. Siegel der stadt Amöneburg abgefallen.

88. *Die ritter Volpert von der Wenigenburg und Volpert der jüngere genehmigen vorstehenden verkauf und übernehmen bürgschaft.* 1305 *dec.* 21.

1305 dec. 21. Noverint universi et singuli tam presentes quam futuri, quod nos Wlpertus de Minori Monte et Wlpertus junior milites presentibus recongnoscimus et publice in hiis scriptis profitemur, [quod] adhibuimus nostram plenariam voluntatem et nostrum consensum et consilium ad vendendum [per] Gumpertum de Curia nostrum fratrem et amicum religiosis viris domino comendatori ceterisque fratribus domus Theutonice quatuor maldra tritici pro xxx marcis legalium denariorum sine contradictione qualibet libere et quiete in perpetuum possidenda. Et ne aliquis, quod absit, de nostris coheredibus vel Gumperti predicti vel qualescunque ipsos dominos predictos maliciose seu minus juste de predicta vendicione molestare seu inpungnare voluerit, promisimus et nos obligavimus predictis dominis de predictis quatuor maldris varandiam facere debitam et consuetam. Testes hujus obligacionis sunt: Henricus dictus de Frohenhusen magister civium, Wygandus sub Tilea, Hupertus dictus Amelong, Ludewicus dictus Rausten, Hermannus dictus Dens, Dytmarus de Seleheim, Heberardus dictus Suertfegere, Hartmannus dictus Clethe, scabini, et Dytmarus scultetus, et quam plures alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc°v°, in die beati Thome apostoli.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Die siegel beider aussteller sind stark beschädigt.

89. *Ritter Volpert Hobeherr von der Wenigenburg verbürgt sich dem deutschen hause zu Marburg für einen zins von gütern zu Rüdingshausen.* 1305 *dec.* 21.

1305 dec. 21. Noverint hujus scripti auditores, quod ego Wlpertus miles dictus Howehere de Minori Monte obligavi me fidejussorie religiosis viris fratri Henrico de Thoringia conmendatori domus Theuthonice in Marpurg et fratribus ibidem pro duabus metretis tritici, quas filius relicte Heydenrichen ex curia et agris in Rudingeshusen et Henricus dictus Wyske de

bonis predictis Gvmperto ex Curia annuatim solvere solebant, donec prefati viri dictas metretas tritici eisdem fratribus dare promittant loco Gvmperti antedicti, et quamdiu istud promissum fratribus factum non fuerit, promitto ipsis singulis annis quemlibet defectum adinplere, quem habuerint in hiis duabus metretis prenotatis. Testes hujus rei sunt: Hinricus de Fronenhusen, Wigandus sub Tilia, Hupertus Amelung, Lůdewicus Rausten, Ditmarus de Silhem, Hermannus Tzane, scabini in Ameneburg. In cujus rei testimonium presens scriptum sigillo meo petivi et conmisi fideliter conmuniri.

Datum anno domini m°ccc°v°, ipso die Thome apostoli.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

90. *Die stadt Münzenberg beurkundet, dass Gertrud wittwe des ritters Rupert von Crüftel dem deutschen hause bei Marburg die hälfte des hofes zu Weiderichshausen verkauft habe.*

1306 *jan.* 15.

Quoniam ea, que geruntur in tempore, lapsu temporis evanescunt, nisi scripturarum recipiant incrementum, nos igitur scultetus, scabini et universi cives opidi in Mynczinberg ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam volumus pervenire, quod honesta matrona domina Gerdrudis relicta quondam Ruperti militis de Crůftele cum liberis suis, videlicet Andrea et domina Guda, in nostra constituta presencia de eorundem liberorum suorum consensu voluntario et expresso recognovit publice coram nobis se vendidisse viris religiosis et devotis domino . . conmendatori et conventui fratrum domus Theutonice apud Marpurg dimidiam curiam suam cum omnibus pertinenciis suis sitam in villa Wytrigishusin, quam quidem curiam cum predictis viris religiosis conmunem habebat, et omnia jura, que in omnibus novalibus, quocumque nomine censeantur, in terminis dicte ville sitis habuit et possedit, proprietatis titulo pro quadam summa pecunie sibi et prefatis liberis suis Andree et Gude integraliter persoluta, misitque prelibatos viros religiosos cum consensu ac voluntate sepedictorum puerorum suorum in antedictorum bonorum possessionem secundum terre consuetudinem corporalem. Hujus vendicionis et empcionis testes sunt: honorabiles viri dominus Reynhardus plebanus in Mynzenberg, Johannes de Bockinheim miles, Heinricus congnomento Quichelin, Happelo de Steynheim, Wygandus ante Portam, Heinricus de Holtzheim, scabini ibidem, Gyselbertus Niger, et alii plures fide digni. Ne autem super premissis in posterum oblivionis error emergat, nos scultetus et scabini predicti ad rogatum domine Gerdrudis et puerorum suorum Andree et Gude prefatorum antedictis domino

1306 jan. 15.

conmendatori et conventui suo presentem litteram nostre universitatis sigilli munimine roboratam dedimus in testimonium super eo.

Datum anno domini m.ccc.vi., xviii. kalendas februarii.

Aus nr. 36 des copialbuchs C in Marburg (deutscho.).

91. *Die schwestern Wyradis und Berlot von Winnen schenken dem deutschen hause bei Marburg die hälfte ihrer güter zu Holzhausen unter vorbehalt der nutzniessung auf lebenszeit.* 1306 *febr.* 5.

1306 febr. 5. Propter deficientem in nobis memoriam naturalem ea que gerimus, ut rata permaneant, indigent amminiculo scripturarum. Hinc est, quod nos Wyradis et Berlot sorores dicte de Winden ad universorum noticiam volumus pervenire, quod ex deliberacione matura damus et dedimus dono irrevocabili religiosis viris . . conmendatori et fratribus domus Theuthonice aput Marpurg dimidietatem bonorum nostrorum in Holzshusen cum omni eo jure et dominio, quo ipsa hactenus possedimus vel poteramus in posterum possidere, et transtulimus et nunc transferimus in hiis scriptis quicquid juris in proprietate, possessione et dominio in dictis bonis habuimus usque modo; hoc solo excepto, quod dicti fratres annis singulis fructus de predictis bonis provenientes nobis, quamdiu vixerimus, amministrent, set postquam diem clauserimus extremum, memorata bona predictis fratribus libera remanebunt, et jam ipsi fratres dicta bona pensionabunt annis singulis, prout expedire videbitur, et locabunt. In cujus rei testimonium memoratis fratribus presentem litteram dedimus sigillo civitatis civium in Marpurg, quod apponi rogavimus, roboratam. Et nos scabini et cives in Marpurg predicti recognoscimus nostrum sigillum ad preces predictarum sororum presentibus apposuisse in testimonium omnium premissorum. Testes eciam hujus sunt: Ludewicus ex Curia, Rukelo frater suus, Arnoldus de Gambach, scabini, et quam plures alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc°vi°, Agate virginis.

Aus orig.-perg. mit beschädigtem siegel in Marburg (deutscho.).

92. *Schwester Benigna verkauft der pfarrei Herborn eine wiese vor Minrinbach und vermacht ihr einen jahrzins und den forst bei Munzenbach.* 1306 *febr.* 22.

1306 febr. 22. Ego soror Benigna notum facio presencium inspectoribus universis, quod de consensu Hermanni dicti Ratgebe fratris mei et uxoris sue legittime vendidi pratum meum situm ante Minrinbach parrochie in Herborn et ipsum pratum in manus plebani ibidem libere resignavi perpetue pos-

sidendum. Item contuli eidem ecclesie quatuor solidos census annui post obitum meum in remedium anime mee pure propter deum, quem solvit quidam dictus Gambechere, ut mei memoria ibidem perpetue peragatur. Preterea rubetum, quod appellatur Vorst, situm retro domum sive curiam meam in Mûnzinbach ordini domus Theutonice donacione irrevocabili condonavi, accedente consensu predicti fratris mei ac sue uxoris legittime, nobis tamen ipsum rubetum seu silvulam quoad vitam reservando.

Acta sunt hec in presencia Gy. magistri civium in Herborn, Cûnzelini et Conradi de Herbach scabinorum, et ad majorem hujus rei evidenciam presens scriptum sigilli civitatis in Herborn petivi munimine roborari.

Datum anno domini millesimo trecentesimo sexto, in cathedra Petri.

Aus orig.-perg. in Wiesbaden (Dillenburger archiv). Siegel etwas beschädigt.

93. *Decan und capitel von St. Andreas zu Worms geben 2½ morgen landes in der gemarkung von Oberflörsheim, welche der edelknecht Craft daselbst ihnen verpfändet, nun aber dem deutschen hause zu Flörsheim verkauft hat, frei.* 1306 *febr.* 28.

Nos Phillippus decanus totumque capitulum ecclesie sancti Andree Wormaciensis tenore presencium recognoscimus et notum facimus universis, quod nos pari et unanimi voluntate Craftoni armigero de superiori Flersheim et Margarethe uxori sue legittime libere resignamus et resignavimus duo jugera et dimidium sita[1]) in campo et in terminis ville superioris Flersheim et quidquid juris habere in eisdem jugeribus videbamur, que inquam jugera subpignus nostrum exstiterunt pro duobus maldris tritici perpetui census ab ipso Craftone et suis heredibus annis singulis persolvendis; et ita libere ac voluntarie resignamus ac resignavimus predicto Craftoni ac Margarete prelibata duo jugera et dimidium, quod conmendator totusque conventus fratrum ordinis Theutonicorum in Flersheim, qui a sepefato Craftone et Margareta eadem jugera pro decem libris hallensium rite et racionabiliter emerunt perpetualiter possidenda, per nos et nostros successores in eisdem sepedictis jugeribus numquam in posterum inpedientur et cessantibus omnibus accionibus, inpeticionibus, gravaminibus omnium concanonicorum nostri capituli seu successorum nostrorum conmendator et fratres predicti conventus eadem jugera quiete et pacifice in perpetuum possidebunt. In testimonium et robur premissorum presentem litteram sigillo nostri capituli dedimus fideliter roboratam. 1306 febr. 28.

1) 'situa' copialbuch; vielleicht stand im orig. 'situata'.

Datum et actum anno domini m.ccc.vi., feria secunda post dominicam Reminiscere.

Aus nr. 553 (562) des Marburger copialbuches in Wien.

94. *Der scholaster des Mainzer Liebfrauenstiftes veranstaltet ein zeugenverhör über die würdigkeit des diaconen Hermann von Marburg zur erlangung einer pfründe.* 1306 *apr.* 16.

1306 apr. 16. . . Scolasticus ecclesie sancte Marie ad gradus Moguntine, executor super provisione facienda Hermanno de Marpurg pauperi dyacono de primo beneficio ecclesiastico conpetenti cum cura vel sine cura, spectante ad collationem seu presentationem honorabilium dominarum . . abbatisse et conventus ecclesie secularis in Wettere, una cum honorabilibus dominis . . cantore et Gerhardo de Battemburg canonicis ecclesie Moguntine nobis suas vices committentibus in hac parte a sede apostolica deputatus, testes infra scriptos juratos recepimus sub anno domini m°cccvi°, xvi° kalendas maji et eos examinari diligenter fecimus in hec verba:

Heinricus de Marpurg dictus de Ebistorf clericus, primus testis, productus ex parte Hermanni predicti, super vita et conversatione ipsius juratus et requisitus dicit, ipsum Hermannum esse bone vite et laudabilis conversationis, ex eo quia novit eum a pueritia in scolis Marpurg et nescit ei aliquid canonicum obsistere, quod ipsum impedire valeat ad ecclesiasticum beneficium obtinendum nec scit eum aliquod beneficium ecclesiasticum impetrationis sue tempore habuisse nec adhuc habere. Dicit se non subornatum etc. Item Johannes sacerdos, vicarius ecclesie sancti Johannis Moguntini, secundus testis, juratus et requisitus dicit, quod noverit ipsum Hermannum bene sex annis in scolis ecclesie sancti Johannis predicte, quibus duxit bonam vitam et laudabilem conversationem. Nescit ei aliquid canonicum obsistere nec scit eum aliquod beneficium ecclesiasticum impetrationis sue tempore habuisse nec adhuc habere. Dicit se non subornatum etc. Item dominus Petrus sacerdos, vicarius ecclesie sancti Johannis predicte, tertius testis, juratus et requisitus super vita et conversatione clerici supradicti dicit etc.[1]). Item Anzo clericus, natus . . filie magistri Erbonis de Moguntia, quartus testis, juratus et requisitus super vita et conversatione clerici predicti concordat per omnia cum Johanne et Petro testibus predictis. Item Bertoldus dictus Stehelere, quintus testis etc.[2]). Item Emercho de Mattin cle-

1) Wörtlich übereinstimmend mit der aussage des zweiten zeugen.

2) Wörtlich wie beim vierten zeugen.

ricus Moguntinus, sextus testis etc.[1]). Item Wintherus de Bickelnheim clericus, septimus testis etc.[1]). Item Fredericus de Flore clericus, octavus testis etc.[1]).

Actum et datum anno et die predictis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel oval; Maria mit dem kinde im brustbild, darunter ein kniender geistlicher; umschr.: S·' JACO . . SCOLASTICI · SC · MARIE . . . . .

95. *Die brüder Volpert und Gumpert Hobeherren schenken dem deutschen hause zu Marburg zwei leibeigene.* 1306 *apr.* 29.

Nos Volpertus miles et Gunpertus fratres dicti ex Curia notum esse cupimus universis, quod matura deliberacione prehabita et benivolo consensu legitimarum nostrarum Elizabet et Cristine et nominaliter Gunperti et Johannis filiorum ipsius Volperti ac omnium heredum nostrorum dedimus sive deputavimus domo beate Elizabet in Marpurg et religioso viro domino . . conmendatori ac fratribus ibidem Gosmarum et Alheydim sororem suam ad faciendum perpetualiter omnia servicia et jura, que nobis et nostris heredibus huc usque facere consueverunt, renunciantes omni juri et servicio, quod in ipsis in posterum nos vel nostri heredes possent vendicare. Testes hujus rei sunt: Ditmarus de Selhem, Henricus de Rudenchim, Ospertus, Hartmannus Clette, scabini in Ameneburg. In cujus rei testimonium nos Volpertus antedictus pro nobis et fratre nostro sigillum nostrum una cum sigillo Volperti militis dicti Houeherrem (!) presentibus apposuimus. Et nos Volpertus miles prefatus ad peticionem dictorum fratrum Volperti et Gunperti sigillum nostrum apposuimus in testimonium veritatis. 1306 apr. 29.

Datum anno domini m°ccc°vi°, feria sexta ante Walpurgis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Auf den beiden sehr beschädigten dreieckigen siegeln ein rechtsum aufgerichtetes einhorn.

96. *Die Lazaristen zu Braunsroda verkaufen dem deutschen hause in Griefstedt den berg Metelberg.* 1306 *mai* 12.

Nos frater Henricus de Gutthirn conmendator fratrum sancti Lazari domus in Brunsrode recognoscimus et omnibus has litteras visuris seu audituris cupimus fore notum, quod nos de licencia nostri magistri ac nostrorum fratrum consensu et voluntate honorabilibus viris fratribus sacre domus Theutonicorum in Grifstete vendidimus montem dictum Metelberg, quem quondam miles dictus Nenzman a domino . . comite de 1306 mai 12.

1) Wörtlich wie beim vierten zeugen.

Bichelingen tenebat jure feodali[1]), cum terra, lignis et omni utilitate pro sedecim marcis argenti Northusensis jure proprio quiete et pacifice perpetuo possidendum et ipsos warandamus, quemadmodum de propria possessione warandiam facere est consuetum, adicientes nichilominus in hiis scriptis, si aliqua inpeticio seu occupacio circa eadem bona memoratis fratribus in Grifstete in posterum oriretur, nos seu nostri successores a tali occupacione seu inpeticione ipsos absolvere volumus et debemus. Nos vero sigillo carentes sigilli nostri magistri utimur ad presentes propter majorem certitudinem premissorum. Et nos frater Henricus Thopilstein magister Alemanie fratrum ordinis sancti Lazari sigillum nostrum presentibus apposuimus ad peticionem conmendatoris et fratrum in Brunsrode predictorum. Hujus rei testes sunt: Fridericus dominus de Helderungen, qui eciam sigillum suum presentibus racione testimonii apponi fecit, Hartungus de Lungenshusen et Hermannus de Appoldia, milites domini de Helderungen nominati; frater Henricus de Guttern conmendator antedictus, frater Gerhardus Boch et frater Conradus de Erfordia, fratres in Brunsrode; frater Lupoldus conmendator domus Theutonice in Grifstete, frater Ludewicus de Husen, frater Ottho de Richowe, fratres ibidem, et quam plures alii fide digni.

Acta sunt hec anno domini m.ccc.vi., in die ascensionis domini Jhesu Cristi.

Aus nr. 764 (778) des Marburger copialbuches in Wien. Gedr.: Gudenus Codex 4, 995.

97. *Johann bürger zu Friedberg vermacht seine güter zu Lützellinden, Grossenlinden, Gambach, Friedberg, Erlebach, Wetzlar und Holzhausen halb dem deutschen hause in Marburg und halb dem nonnenkloster Altenberg.* 1306 *jun.* 5[2]).

1306 jun. 5. Tenore presencium omnibus innotescat, quod ego Johannes civis in Friedeberg recognoscens me ex parte felicis memorie Elyzabeth uxoris mee multa bona ad ipsam jure hereditario devoluta ac plures redditus recepisse, nolens de ingratitudinis vicio redargui, de eisdem bonis et redditibus, quibusdam in presenti et aliis post mortem meam, in ipsius Elyzabeth, mee parentumque nostrorum animarum remedium duxi salubriter ordinandum. Inprimis itaque jam in presenti do, dono

1) Vgl. I, 299 nr. 400.

2) 1306 jun. 9 erscheinen als zeugen folgende, dem Marburger hause angehörende personen: 'frater Henricus de Gesmar, frater Otto de Sygen, frater Conradus Zolner ordinis domus Theutonice'. Gudenus Codex 3, 33.

et lego octo maldra siliginis Wetflariensis mensure de bonis in Luzzelinden sitis pro medietate honestis et religiosis viris . . conmendatori ac fratribus domus Theutonice in Marthpurg et pro alia medietate sanctimonialibus in Aldenbůrg ab eisdem mere proprietatis titulo pacifice possidenda; ita videlicet, quod in die, quo anniversarius prefate Elyzabeth cum vigiliis et missis pro defunctis utrobique feliciter peragetur, predicta octo maldra in nullos alios usus convertantur, quam quod pictancia et specialis consolacio tam fratribus in Marthpurg quam in claustro Aldinburg sanctimonialibus habeatur. Preterea de subscriptis redditibus et censibus ordino in hunc modum, quod curia in Grozenlinden, quam habebat . . dictus Zalbechere, de qua solvuntur [1]) tredecim maldra siliginis, tria maldra tritici, tria maldra avene, quatuor anseres, quatuor pulli et totidem pulli carnispriviales, item curia in Gambach habens quatuor mansos sibi attinentes, item curia in Friedeberg, quam ego Johannes personaliter inhabito, contigua curti dicti Engil de Sassen, item septem octalia et dimidium siliginis, que solvuntur [2]) de decima unius pueri [3]) in Erlibach; que omnia preter curiam in Grozenlinden conparata sunt de pecunia recepta de agris et domo sitis Wetflarie venditis ex parte Elyzabeth predicte, post mortem meam pro medietate ad . . conmendatorem et fratres in Marthpurg et ad sanctimoniales in Aldenbůrch predictas pro medietate altera devolvantur. Insuper post mortem meam marcam denariorum Coloniensium, quam Conradus dictus Waltsmit solvit de domo in foro frumenti sue domui contigua, tredecim solidos Colonienses de domo Petri de Gozzilshůsen, decem solidos Colonienses de domo Adolfi aurifabri juxta Reyonem, marcam minus novem denarios Colonienses de domo sita inter macellas; item de Holzhůsen octo solidos Colonienses, duos anseres et duos pullos carnispriviales do, dono et lego fratribus et sanctimonialibus supradictis; ita videlicet, quod . . conmendator domus in Marthpurg quicumque pro tempore existens fratri Henrico et fratri Gerberto fratribus [4]) duas marcas, et . . magistra in Aldinbůrch Gerdrudi et Hedewigi, fratribus et sororibus prefate Elyzabeth, eciam duas marcas, cum infirmitatis et multis aliis necessitatis temporibus provisione indigeant speciali, annis singulis procurent de predictis censibus presentari. Postmodum vero omnes redditus et census predicti pro medietate ad fratres et pro altera ad sanctimoniales predictorum monasteriorum simpliciter devolvantur; ita videlicet, quod omnes redditus et census predicti in duas partes divisi pro una parte in

1) 'soluntur' copialbuch. 2) 'soluntur' copialbuch.

3) So im copialbuch.

4) Es sind die söhne des Wetzlarer bürgers Konrad Reye. S. I, 346 nr. 465.

anniversario ipsius Elizabeth et pro alia in anniversario mei Johannis sepedicti pro pictancia et consolacione solummodo, ut supra, predictis sanctimonialibus expendantur. Testes hujus ordinacionis sunt: Hermannus Selige, Conradus dictus Crawe et Gerlacus Zimmerman, scabini Wetflarienses. Et ad rogatum meum sigillum civitatis Wetflariensis presentibus est appensum.

Datum anno domini m.ccc.vi., in die beati Bonifacii.

Aus nr. 479 (487) des Marburger copialbuches in Wien.

98. 1306 *jul.* 10.

1306 jul. 10. Ego Wygandus miles dictus Vraz consensu Cunegundis mee uxoris, Wigandi, Conradi, Elysabet meorum puerorum ac omnium meorum coheredum vendidi domine Cunegundi dicte Marsilii redditus decem et octo denariorum Fritslariensium sitos in platea dicta Huntgaze prope murum retro domum Gumperti dicti Marsilii proprietatis titulo perpetuis temporibus possidendos; promittens insuper dicte Cunegundi de redditibus predictis una cum meis coheredibus facere warandiam debitam et consuetam. Testes: Conradus dictus Piscator, Heynricus de Velsberg, Johannes de Wlfhayn dictus Heylige, Conradus filius quondam Conradi dicti Cesar, cives Fritslarienses. In quorum omnium testimonium meo sigillo presentem litteram roboravi.

Datum anno domini m°ccc° sexto, dominica proxima ante Margarete.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

99. *Die eheleute Volpert und Gertrud von Saasen überlassen dem deutschen hause in Marburg güter zu Flörsheim.* 1306 *jul.* 15.

1306 jul. 15. Notum sit omnibus presens scriptum intuentibus, quod ego Wolpertus dictus de Sassin et Gerdrudis mea contectalis dilecta bona nostra in Flersheim sita, que cum fratribus Theutonicis in Marthpurg habuimus, conmunicata manu renunciavimus et in presentibus renunciamus titulo proprietatis et sine omni impedimento possidenda. Et nos fratres predicti recognoscimus, quod Wolperto et Gerdrudi uxori sue de predictis bonis solucionem fecimus expeditam. Hujus rei geste testes sunt: Henricus junior dictus de Sassin, Nicolaus Irmengardis, Th. dictus Dûnnebir, Hermannus Zolnere, Sigelo de Marthpurg, Hermannus Brûninc, et quam plures alii fide digni. In cujus facti testimonium et robur sigillum universitatis nostre in Grûninberg litteris presentibus est appensum.

Datum anno domini m.ccc.vi., in die divisionis apostolorum.

Aus nr. 574 (583) des Marburger copialbuches in Wien.

100. *Ritter Wigand Vraz verkauft dem deutschen hause in Marburg zwei huben zu Holzheim.* 1306 *jul.* 22.

1306 jul. 22.

Quoniam propter transgressionem prothoplasti genus hominum taliter est corruptum et confusum, ut ea, que aguntur in tempore, una cum temporis concursu a memoria hominum labi consueverunt, idcirco secundum proverbium sapientum oportet ea, que racionabiliter statuuntur et ordinantur, scripturis auctenticis roborari, ut mortalium deficiente memoria scriptura perhibeat testimonium veritati. Ego itaque Wigandus miles dictus Vraz et Cunegundis uxor mea legitima, Wigandus, Conradus et Elysabet pueri nostri legitimi tenore presencium recognoscimus et constare cupimus universis tam presentibus quam futuris presentem paginam visuris, inspecturis et audituris, quod nos matura et multiplici deliberacione prehabita vendidimus et vendidisse nos profitemur communicata manu et dedimus religiosis viris . . commendatori et ceteris fratribus domus Theutonice in Marpurg duos mansos sitos in Holzheym pro triginta duabus marcis argenti nobis plenarie persolutis cum omnibus et singulis suis pertinentibus, videlicet aquis, nemoribus, silvis, pascuis, pratis et aliis juribus quibuscumque proprietatis titulo in perpetuum possidendos, nobis et pueris nostris predictis et aliis universis nostris coheredibus consencientibus et ipsis nobiscum renunciantibus omni juri et occasioni juris, que nunc pro tempore vel in futuro nobis in ipsis bonis posset competere seu deberet. Transtulimus quoque et transtulisse nos recognoscimus in hiis scriptis quicquid juris et proprietatis possessione, dominio dictorum mansorum habuimus et habere debuimus, in jam dictos religiosos viros usque modo, promittentes nichilominus predictis religiosis viris de predictis bonis facere warandiam plenam et consuetam in omni loco et tempore, ut est justum. Et ne predicta nostra vendicio et donacio possit per nos in posterum aut nostros successores aliquatenus valeat infirmari et ipsis inpedimentum ex vendicione hujusmodi aliquod suboriri, eisdem presentem litteram dedimus et eandem petivimus sigilli civitatis in Fritslaria civium munimine roborari. Et nos . . magister civium, scabini et cives predicti in Fritslar recognoscimus ad preces predictorum, videlicet Wigandi, Conradi, Cunegundis, Elyzabet et suorum puerorum sigillum nostrum presentibus apposuisse in testimonium omnium premissorum. Hujus autem rei testes sunt: Heynricus Papa, Heynricus de Holzheym magistri burgensium, Conradus dictus Scyndeleyp, Volcmarus Comes, Syfridus Monetarius, Hermannus Molendinarius, Conradus de Hohenberg, Bertoldus de Beberungen, Theodericus de Kyrchain, Conradus filius Bodonis, Conradus Cesar, et alii quam plures fide digni, qui omnes viderunt et audiverunt.

Datum anno domini millesimo trecentesimo sexto, in die beate Marie Magdalene. Ad majorem eciam omnium predictorum certitudinem ego Wigandus miles predictus sigillum proprium apposui huic scripto.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Von beiden siegeln hängt nur noch das erste (stadt Fritzlar) an.

101. *Die edelknechte Guntram und Hermann von Nordeck gebrüder beurkunden, dass das deutsche haus zu Marburg ihnen den einst dem ritter Ludwig Kalb gehörigen hof zu Amöneburg verpachtet habe.* 1306 *aug.* 11.

1306 aug. 11. Nos Guntramus et Hermannus armigeri de Nordechen confratres legitimi filii Adolfi militis bone memorie universis Cristi fidelibus tam presentibus quam futuris, ad quos presentes pervenerint, salutem in domino. Tenore presentium recongnoscimus et publice in hiis scriptis profitemur, quod curiam sitam in Amelburg, que quondam fuit vel fuerat strennui militis Ludewici dicti Kalpis, quam contulit et dedit in puram elemosinam beate Elyzabet in Marpurg ac conmendatori et ceteris fratribus ibidem libere et solute de consensu omnium heredum suorum et in remedium anime sue et suorum parentum, recepimus a supradictis fratribus et nobis concesserunt et collocaverunt singulis annis sub hac forma, quod nos predicti fratres dabimus et dare debemus de predicta curia religiosis fratribus sepedictis tria talenta hallensium vel duo talenta Wederbiensium, ita quod mediam partem sive triginta solidos hallensium dabimus in festo Walpurgis et residuam in festo beati Martini episcopi et confessoris ratione annui census, contradictione qualibet non obstante; hac interposita conditione, cum nos conmendator et fratres supradicti seu nostri successores sepedictos fratres Guntramum et Hermannum a dicta nostra curia amovere voluerimus et aliis locare intendimus vel personaliter inhabitare proponimus, hoc idem eisdem ante amotionem ad quartam partem anni ante festum beati Martini episcopi predicere nos astringimus in hiis scriptis; ipsi si quidem secundum formam et ordinationem predictam sic premoniti omni inpedimento postposito cedent et cedere debent de curia prenotata. Si vero ipsi aliqua causa speciali vel secreta cedere velint vel voluerint a supradicta curia, hoc idem nobis dicent et dicere debent ad quartam partem anni amicabiliter et benigne ante festum Martini, sicut in premissis est diffinitum. Et ne predicta ordinatio et recongnitio possit per nos vel nostros successores in posterum aliquatinus infirmari, damus litteram presentem conmendatori et ceteris fratribus in Marpurg sigillis Guntrami pincerne

junioris de Sweinissperg necnon Wolperti de Monte Minori dicti Hobehere militum roboratam. Et nos predicti Guntramus et Wolpertus milites recongnoscimus, quod ad preces predictorum confratrum Guntrami et Hermanni sygilla nostra presentibus apposuimus in majorem evidentiam omnium premissorum. Testes sunt: predicti Guntramus pincerna et Wolpertus de Monte Minori, et quam plures alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc°vi°, in crastino beati Laurentii martiris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Von den beiden siegeln hängt noch ein stück des dreieckigen ersten an. Darauf ein nach rechts schreitender löwe, darunter ein gewecktes feld.

102. *Hubert von Buchenheim bürger zu Wetzlar stiftet eine ewige lampe in der kapelle des deutschen hauses zu Wetzlar.* 1306 *oct.*

Omnibus ac singulis presencium litterarum perceptoribus innotescat, quod ego Hûpertus de Bûchinheym civis Wetflariensis conmunicata manu Mecthildis uxoris mee legittime, sana deliberacione maturoque consilio prehabitis, conpos mentis et corporis mei, do et lego nomine testamenti pure propter deum duos solidos Coloniensium denariorum annui census ad capellam in curia domus Theutonice in Wetflaria constructam in honore beate Elyzabeth et consecratam pro lampade et cereo ob reverenciam et honorem dominici corporis ibidem conburendo in perpetuum, ex curia et orto seu hereditate Gerhardi dicti Budelere extra muros ante portam superiorem sitis, in die beati Martini yemalis census nomine persolvendos annuatim. In cujus mee donacionis testimonium et evidenciam firmiorem sigillum civitatis Wetflariensis meis et uxoris mee precibus litteris presentibus est appensum. Hujus facti testes sunt: Hermannus Selege, Conradus de Kazcenvort, Gerlacus Cymmerman, scabini, et alii fide digni.

1306 oct.

Datum anno domini m.ccc. sexto, mense octobris.

Aus nr. 430 (438) des Marburger copialbuches in Wien. Gedr.: Gudenus Codex 4, 999.

103. *Papst Clemens V. beauftragt den scholasticus zu Wetzlar, die in der Trierer diöcese gelegenen, unstatthafter weise veräusserten güter des deutschen hauses zu Marburg demselben wieder zu verschaffen. Bordeaux* 1306 *oct.* 25.

Clemens episcopus servus servorum dei dilecto filio . . scolastico ecclesie Wetflariensis Treuerensis diocesis salutem et apostolicam bene-

1306 oct. 25.

dictionem. Ad audientiam nostram pervenit, quod tam dilecti filii . . comendator et fratres hospitalis beate Marie Theotonicorum Iherosolimitani in Marpurg Maguntine diocesis, quam predecessores eorum decimas, terras, domos, vineas, redditus, possessiones, prata, pascua, nemora, molendina, jura, jurisdictiones et quedam alia bona ipsius hospitalis in diocesi Treuerensi consistentia datis super hoc litteris, interpositis juramentis, factis renuntiationibus et penis adjectis in gravem dicti hospitalis lesionem nonnullis clericis et laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus et aliis perpetuo ad firmam vel censu annuo concesserunt, quorum aliqui dicuntur super hiis in communi forma a sede apostolica confirmationis litteras impetrasse. Quia vero nostra interest super hoc de oportuno remedio providere, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ea, que de bonis ipsius hospitalis in dicta diocesi Treuerensi consistentibus per concessiones hujusmodi alienata inveneris illicite vel distracta, non obstantibus litteris, renuntiationibus, juramentis, penis et confirmationibus supradictis ad jus et proprietatem ejusdem hospitalis legitime revocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere.

Datum Burdegalis, viii. kalendas novembris, pontificatus nostri anno primo.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Unter dem umgelegten unteren rande, in der linken ecke steht: L. n. ver., auf demselben, in der rechten ecke: Proculus, und am oberen rand der rückseite: Cristianus de Colonia. Die bleibulle hängt an hanfschnur.

104. *Heinrich der sohn Wilhards schenkt dem deutschen hause bei Marburg alle seine güter.* 1306 *nov.* 2.

1306 nov. 2. Propter deficientem in nobis memoriam naturalem ea que gerimus, ut rata permaneant, indigent amminiculo scripturarum. Hinc est, quod ego Henricus quondam filius Wylhardi bone memorie tenore presencium profiteor et coram universis publice recognosco, quod ex deliberacione matura, mentis mee bene conpos, saluti anime consulere volens ac incertam horam mortis certa rerum mearum disposicione cupiens juxta consilium sapientis salubriter prevenire, ad honorem dei omnipotentis et gloriose virginis matris Marie ac beate Elyzabet, in remedium ac salutem anime do generaliter omnes res meas et bona mea tam mobilia quam inmobilia, quas hucusque possedi vel poteram in futurum possidere, ubicunque locorum sita sunt, religiosis viris . . comendatori et

fratribus domus Teuthonice apud Marpurg et donavi irrevocabiliter donacione inter vivos et assignavi integraliter et assigno sine revocacione, omni eo jure et dominio, quo ipsa hactenus possedi vel poteram possidere. Transtuli quoque in jam dictos fratres et nunc transfero in hiis scriptis quitquit juris in proprietate, possessione et dominio dictorum bonorum meorum habui usque modo, renuncians omni ordinacioni vel inmutacioni, quam circa dicta bona et res meas mobiles possem seu vellem facere in futurum. In cujus rei testimonium predictis . . comendatori et fratribus presentem litteram dedi et eandem petivi sigilli civitatis civium in Amelburg munimine roborari. Et nos scabini et cives predicti recognoscimus ad preces predicti Henrici sigillum nostrum presentibus apposuisse ad majorem certitudinem omnium premissorum.

Datum anno domini m°ccc°vi°, in die omnium animarum.

Aus dem sehr verblassten orig.-perg. mit siegelbruchstück in Marburg (deutscho.).

105. *Friedrich und Ludwig Raustein gebrüder verkaufen dem deutschen hause bei Marburg güter zu Flörsheim.* 1306 *dec.* 20.

Ego Fridericus et Lůdewicus fratres dicti Raustein presencium inspectoribus notum esse cupimus universis, quod unanimi consensu vendidimus domino . . conmendatori domus Theutonice apud Marthpurg et suis confratribus ibidem bona nostra sita in Flersheim [1], que cum eisdem fratribus habuimus, eodem jure, quo possedimus, titulo proprietatis perpetue possidenda. Nichilominus recognoscimus in hiis scriptis pecuniam, pro qua dicta bona vendidimus, nobis esse decenter persolutam atque datam fratribus ab eisdem, astringentes nos quidem fidejussorie sepefato conmendatori et suis confratribus predictis pro fratre nostro Jacobo, qui in alienis existit [2] partibus, ut ipsum talem habere volumus atque inducere, ut omni jure suo, quod in dictis bonis sibi poterat vel posset vendicare, cesset penitus et renunciet, cum pervenerit ad partes, nec ipsos debet verbo vel opere in eisdem bonis molestare quoquo modo. Quod si neglectum fuerit, obligamus nos, omnem defectum sepefatis fratribus adinplere seu reformare, qui exinde ipsis poterit evenire. Testes hujus rei sunt: Henricus de Fronenhusen [3], Ditmarus de Selheim, Hupertus Amelungi, Wigandus sub Tilia, scabini in Ameneburg. Et quia proprio caremus sigillo, petivimus presens scriptum sigillo scabinorum in Ameneburg fideliter conmuniri. Nos vero scabini predicti ad peticionem ipsius Friderici et Lůdewici sigillum nostre universitatis presentibus apposuimus in testimonium veritatis.

1306 dec. 20.

1) 'Fledersheim' copialbuch. 2) 'existat' copialbuch. 3) 'Frouenhusen' copialbuch.

Datum anno domini m.ccc.vi., in vigilia Thome apostoli.

Aus nr. 572 (581) des Marburger copialbuches in Wien, mit der überschrift: 'Empcio bonorum in Flersheim'.

106. *Gisela wittwe Engels von Seelheim bürgers zu Amöneburg verkauft dem deutschen hause bei Marburg güter in und bei Flörsheim.* 1306 *dec.* 21.

1306 dec. 21. Noverint universi presencium inspectores, quod ego Gisela relicta Angeli dicti de Selheim quondam civis in Ameneburg de matura deliberacione et consensu unanimi omnium puerorum meorum, scilicet Jacobi, Elyzabeth, Abe, Agnetis et Emichonis, Engilberti, Johannis, Katherine, quod vendidimus simul et semel conmunicata manu religiosis et honestis viris . . conmendatori et fratribus domus Theutonice aput Marthpurg omnia bona nostra in Flersheim et circa Flersheim ubicumque sita quiete et pacifice proprietatis titulo in perpetuum possidenda cum omnibus et singulis pertinenciis eorundem, quocumque eciam nomine censeantur, et in toto renunciavimus et renunciamus eisdem simpliciter in hiis scriptis. Recognoscimus eciam, quod pecunia nobis pro predictis bonis promissa fuit et est nobis a predictis fratribus plenarie persoluta, ita quod hallensis unicus non remansit. Promisimus igitur et promittimus per presentes ipsis fratribus de predictis bonis a nobis tam rite venditis warandiam facere, prout justum fuerit et consuetum. In cujus rei testimonium sepedictis fratribus presentem litteram dedimus sigillo civitatis civium in Marthpurg, quod apponi rogavimus, firmiter roboratam. Et nos scabini et cives in Marthpurg predicti recognoscimus ad preces predictorum, scilicet Gysele et puerorum suorum, nostrum sigillum presentibus apposuisse in testimonium omnium premissorum. Hujus testes sunt: dominus Hartmudus dictus Schuzesper miles; Ludewicus ex Curia, Johannes Monetarius, Rukelo Angeli, scabini; Eckelo Theolonerius, et quam plures alii fide digni.

Datum anno domini m.ccc.vi., Thome apostoli.

Aus nr. 573 (582) des Marburger copialbuches in Wien.

107. 1306 *dec.* 29.

1306 dec. 29. Nos Hartradus dominus de Merenberg prepositus ecclesie Wetflariensis et Gerdrudis mater ac domina nostra et Hartradus filius quondam domini Goitfridi nostri fratris pie memorie recognoscimus vendicionem bonorum in nostra jurisdicione, videlicet in villa Dudinhoben sitorum, quam fecit Hartradus dictus Mesirsmeit Ebirhardo filio Ebirhardi de Hir-

lisheim civi Wetflariensi, prout in littera super hoc confecta continetur plenius, de nostra esse voluntate bona. In cujus rei testimonium nostrum sigillum una cum sigillis domine ac matris nostre predicte et civium de Wetflaria litteris presentibus sunt appensa. Testes: Conradus Crawe, Ernestus de Nuueren, Hartradus de Hirlisheim, Henricus filius Ernesti, scabini civitatis Wetflariensis.

Datum anno domini m°ccc° sexto, in crastino Innocentum.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel: 1) rund; schräg gestellter schild mit helm, in ersterem zwei schräg gekreuzte stäbe und dazwischen sterne; umschr.: S' HARTRADI · DE · MERINB ... 2) oval; pelikan seine jungen mit seinem blute fütternd; umschr.: .. ERTRVDIS · DN .... BGME (?) ..... 3) stadt Wetzlar.

108. *Die kinder des verstorbenen Konrad Cesar bürgers zu Fritzlar verkaufen dem deutschen hause in Marburg eine hube bei Holzheim. Fritzlar 1307 jan. 3.*

In nomine domini, amen. Nos Conradus, Alheidis, Elyzabeth et Cvnegůndis, pueri et heredes quondam Conradi dicti Cesar pie memorie civis Friczslariensis, recognoscimus tenore presencium publice protestando, quod maturo consilio prehabito ac bona voluntate et consensu nostrorum coheredum unanimi accedente vendidimus viro honorando et famoso domino . . conmendatori domus Theutonice in Marthpůrg necnon conventui ibidem unum mansum situm in campis ville Holzheim cum omnibus suis juribus et pertinenciis ex antiquo, nullo excluso penitus[1]), pro sedecim marcis puri et examinati argenti, quas nobis idem dictus conmendator nomine conventus in Marthpůrg honorifice integraliter persolvit, proprietatis titulo perpetuis temporibus possidendum pacifice, libere et solute, renunciantes omni juri nostro, quod in ipso manso habuimus et habemus, una cum nostris coheredibus penitus per presentes, promittentes insuper dominum . . conmendatorem et suum conventum prelibatos de prefato manso warandare, prout justum fuerit et consuetum. In cujus rei testimonium ac perpetuam firmitatem nos Conradus, Alheidis, Elyzabeth et Cunegundis supranominati procuravimus presens scriptum sigillo civitatis Friczslariensis firmiter conmuniri. Et nos Henricus dictus Papa, Henricus dictus Holzheim, magistri civium; Conradus Folpurgis, Tylmannus de Sassenhůsen, Eberhardus supra Curia, Henricus Kacceman ceterique consules et scabini oppidi Friczslariensis ad peticionem puerorum et heredum Conradi dicti Cesar pie memorie suprascriptorum nostre civitatis sigillum apposuimus huic scripto. 1307 jan. 3.

1) 'excluso' folgt hier nochmals im copialbuch.

Actum et datum Friczslarie, anno domini m.ccc.vii., in octava beati Johannis apostoli et evangeliste.

Aus nr. 399 (407) des Marburger copialbuches in Wien.

109. *Elisabeth wittwe des ritters Ruzer und ihre söhne verkaufen dem deutschen hause zu Marburg ihre güter bei Dornholzhausen.* 1307 *febr.* 1.

1307 febr. 1. Noverint universi audituri presentes litteras et visuri, quod nos Elizabeht relicta . . militis dicti Ruzere et filii mei Senandus, Eckehardus, . . dictus Ruzere et Reynoldus fratres sana deliberatione prehabita, communicata manu Jutte et Gerdrudis, mei Senandi et Eckehardi uxorum legittimarum, et consensu pariter accedente, universa bona nostra in areis, agris, pratis, nemoribus, pascuis, cum omnibus suis juribus et pertinenciis apud villam Dorrenholzhusen sita, de quibus bonis quondam Guntramus de inferiori Holzhusen septem maldra siliginis, quatuor anseres, quatuor pullos et pullum carnisprivialem nobis hactenus inquilinario jure persolvit, viris religiosis . . commendatori ac fratribus domus Theutonice in Marpurg vendimus et vendidimus, tradimus et tradidimus pro quadraginta duabus marcis Coloniensium denariorum nobis numeratis et in usus nostros conversis mere proprietatis titulo pacifice possidenda, renuntiantes expresse exceptioni doli mali, pecunie non tradite, non numerate aliisque omnibus exceptionibus facti vel juris canonici vel civilis, quibus per nos vel nostros successores predictus venditionis contractus in toto vel in parte in posterum valeat revocari. Testes hujus facti sunt: Gerhardus dictus Store scultetus, Eckehardus et Senandus fratres, milites; Gerlacus dictus Dragefleiz, Lodewicus pistor, Eckehardus et Reynerus, scabini in Gizen. ac alii quam plures fide digni ad hoc vocati pro testibus specialiter et rogati. In cujus rei testimonium et robur evidens premissorum presentes litteras sigillo opidanorum in Gizen rogavimus communiri. Nosque scultetus, scabini ceterique opidani in Gizen recognoscimus, nos ad preces Elizabeht et suorum filiorum predictorum sigillum nostrum in premissorum testimonium presentibus appendisse.

Datum et actum anno domini millesimo ccc^{o} sexto, kl. februarii.

Aus orig.-perg. mit stark verletztem siegel in Marburg (deutscho.).

110. *Elisabeth wittwe des ritters Ruzer und ihre söhne versprechen, zu dem verkauf ihrer güter zu Dornholzhausen die zustimmung der kinder ihrer verstorbenen schwester Mechtild zu erwirken, und stellen dafür bürgen.* 1307 *febr.* 1.

1307 febr. 1. Nos Elizabeht relicta . . militis dicti Ruzere meique filii Senandus, Eckehardus, . . dictus Ruzere et Reynoldus fratres tenore presentium

recognoscimus litterarum, quod nos viris religiosis . . commendatori ac fratribus domus Theutonice in Marpurg de bonis nostris apud Dorrenholzhusen sitis, venditis per nos eisdem, prout in litteris super hoc confectis plenius continetur[1]), per annum et diem, secundum communem terre consuetudinem, certam warandiam, et omnes liberos bone memorie Mehttildis filie mee et sororis filiorum meorum predictorum infra idem tempus dictis bonis renuntiare et nostre venditioni consentire simpliciter et libere faciemus, viros discretos Lodewicum advocatum, Craftonem de Rudenhusen, Gerlacum dictum Schonekint, Milchelingum, Eckelonem dictum Slune et Reynardum ad faciendum ea, que dicta sunt, pro nobis fidejussorie obligantes, quos promittimus solutos reddere et indempnes. Quorum etiam si alter medio tempore decesserit, loco ejusdem infra mensem unum substituemus alium eque bonum. Volumus insuper, quod, si in aliquo premissorum, quod absit, negligentes inventi fuerimus vel remissi, extunc dicti fidejussores nostri moniti unum hospitium in Gizen pariter intrabunt, tam diu more fidejussorio comesturi, donec singulum premissorum ad effectum integraliter perducatur. Nosque fidejussores predicti bona fide promittimus predictis viris religiosis, si necesse fuerit, fidejussionis debitum nos debere exequi fideliter, ut tenemur. In cujus rei testimonium sigillum opidanorum in Gizen ad preces nostras presentibus est appensum. Et nos scultetus, scabini, consules ceterique opidani in Gizen recognoscimus, nos ad preces Elizabeht et filiorum suorum ac etiam fidejussorum predictorum sigillum nostrum presentibus appendisse.

Datum et actum anno domini millesimo ccc° sexto, kl. februarii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

111. *Graf Johann von Nassau überweist dem deutschen hause in Marburg renten zu Herborn im austausch gegen dessen renten zu Mengerskirchen.* 1307 *febr.* 5[2]).

Nos Johannes comes de Nass. ad universorum notitiam cupimus pervenire, quod cum religiosi viri . . conmendator et fratres domus Theutonice in Marcbůrch bona sua universa et singula in opido nostro Mengerskirchin et circa sita ad redditus xiiii solidorum Coloniensium minus sex denariis estimata nobis per modum permutationis resignaverint in perpetuum possidenda et habenda, nos in reconpensam dictorum bonorum dictis . . conmendatori et fratribus redditus xiiii solidorum dicte monete minus sex denariis in opido nostro Herborn assignavimus et dedimus

1307 febr. 5.

1) Siehe die vorhergehende urk.

2) Vielleicht ist Trierer stil vorauszusetzen; dann fällt die urkunde auf 1308 febr. 4.

percipiendos et pleno jure, sicut et nos possedimus, in perpetuum possidendos; quos inquam redditus solvent eisdem: Vûste v solidos in festo sancti Michahelis de domo sua sita prope kaufhus, item domina dicta Apotecaria de domicilio contiguo kaufhus v solidos in festo prenotato, item Lyre ii solidos in festo sancti Martini de domo prope pontem, Johannes filius Rylin xviii denarios similiter in festo sancti Martini de domo sua sita juxta Gylonem dictum Rufum. In cujus permutacionis testimonium sigillum nostrum una cum sigillo viri nobilis H. comitis de Nass. fratris nostri presentibus duximus apponendum.

Actum et datum in presencia fratris H. conmendatoris domus Wetflariensis, fratris Bru. conmendatoris domus Maguntinensis, fratris Ry. plebani in Herborn, Johannis de Sygin notarii, Rorici de Heygere advocati, H. de Kesemarcte, et aliorum plurimorum ad hoc vocatorum. Anno domini millesimo ccc° septimo, dominica proxima post purificationem virginis gloriose.

Aus orig.-perg. in Wiesbaden (Dillenburger archiv). Beide siegel beschädigt.

112. *Mechtild wittwe des müllers Konrad, ihr bruder und ihre kinder übertragen ihr recht an der neuen mühle an der Lahn bei Marburg auf das deutsche haus daselbst.* 1307 *febr.* 24.

1307 febr. 24. Noverint universi presencium inspectores, quod ego Methildis relicta Conradi molendinarii de novo molendino una cum fratre meo Dammone ac pueris meis, scilicet Alhedi et suo marito Henrico, Metze ac suo marito Johanne, Elyzabet, Bertradi et Hermanno ac aliis meis coheredibus universis unanimi consensu et voluntate libera simul et semel renunciamus et renunciavimus simpliciter et expresse omni juri, actioni, questioni, quod vel quam in molendino novo super Låynam juxta Marpurg nobis ab illustri principe domino lantgravio terre Hassie concessum posset nunc in presenti nobis seu conpetere in futurum, et transferimus et transtulimus in hiis scriptis in conmendatorem et fratres domus Teuthonice aput Marpurg quidquid juris in dicto molendino habere dinoscebamur ex quacunque causa, simpliciter et precise. Et nichilominus warandiam duorum puerorum, videlicet Bertradis et Hermanni, qui adhuc etatem plenam non habent, nos Dammo, Henricus et Johannes supradicti facere et fieri more fidejussorio presentibus obligamus, nec causam nec questionem contra predictos fratres pro dicto molendino suscitabimus seu movebimus quoquo modo. In cujus rei testimonium ipsis fratribus presentem litteram dedimus sigilli civitatis civium in Marpurg munimine roboratam. Et nos scabini et cives in Marpurg predicti recognoscimus ad preces predictorum nostrum sigillum presentibus apposuisse in testi-

monium omnium premissorum. Testes hujus sunt: Hartmudus dictus Shuzesper miles; Henricus Theolonerius, Ludewicus ex Curia, Rukelo senior, Rukelo ex Curia, Arnoldus de Gambach, Johannes Monetarius, Rukelo Angeli, Ludewicus Dens, scabini, et quam plures alii fide digni. Datum anno domini m°ccc°vii°, in die Mathie apostoli.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

113. *Ritter Denhard von Hundem entsagt zu gunsten des deutschen hauses bei Marburg seinen ansprüchen auf den hof zu Anzefahr.* 1307 *febr.* 26.

Nos Denhardus miles dictus de Hûmene et Felicitas uxor mea legittima et filii mei Denhardus, Godefridus et Johannes recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod omnis controversia et discordia, que inter nos et religiosos viros . . conmendatorem et fratres domus Theutonice apud Marcbûrg super curia in Anzinvar, que conparata fuit erga fratres hospitalis sancti Johannis [1]), hactenus vertebatur, per nobilem virum dominum H. comitem de Nassawe, nostrum ad hoc conpromissarium constitutum, in hunc modum amicabiliter est sopita, videlicet quod nos conmunicata manu et unanimi consensu omni juri, si quod in dictis bonis habuimus, omnique inpeticioni pro nobis et nostris heredibus quibuslibet renunciavimus sinpliciter et expresse et presentibus renunciamus libera voluntate, promittentes nichilominus, quod dictis fratribus in possessione predictorum bonorum per nos seu nostros heredes seu eciam quoscunque inpedimentum aliquod verbis vel factis nullatenus inferemus. 1307 febr. 26.

Acta presentibus nobilibus viris domino H. comite de Nassawe jam prefato, domino Wy. comite de Wedechinsteyn, Ebirhardo milite dicto de Wilhermisdorf, Conrado de Byckene, Heydinrico dicto Schonhals, G. dicto de Achinbach, Hart. Schûzesper, militibus; Godefrido dicto de Hane, Ebirhardo dicto Surdus, Phi. de Sygene, armigeris; Heynmanno dicto Leo magistro civium in Sigin, C. dicto Muzere, Heynmanno dicto Sartor, scabinis in Sygin, et aliis quam pluribus fide dignis. In cujus rei robur et testimonium perhennale sygilla nobilium virorum dominorum H. comitis de Nassawe ac Wydekindi comitis de Wydechinsteyn una cum sygillo mei D. militis predicti ad preces meas et uxoris mee et filiorum dictorum sunt appensa huic scripto. Et nos H. et Wy. comites prefati premissis omnibus testimonium perhibemus et sygilla nostra ad instanciam Denhardi militis prefati presentibus duximus apponenda.

1) Vgl. 1, 99 nr. 122.

Datum anno m°ccc° septimo, dominica Oculi.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Auf der rückseite von der hand bruder Konrads: 'Compositio inter fratres et Deinhardum de Hundeme'. Die drei siegel beschädigt: 1) rund; reiter mit schild und lanze. 2) rund; schild, worin zwei pfähle; umschr.: S' · WIDEKINDI · COMITIS · DE · W . . . . . STEIN · 3) dreieckig; nach rechts schreitender fuchs; umschr.: S' · TIGENHARDI · D . . . . . Dabei liegt eine copie auf perg., d. d. m°ccc°xlv°, sabbato proximo ante dominicam passionis domini (märz 12.), sub sigillo Rûdulfi Schûrinslos militis. Das zerbrochene runde siegel desselben zeigt drei ringe in dreiecksstellung.

114. *Comthur und brüder des deutschen hauses zu Marburg sichern der Bertradis Zwiwelin und ihrem verstorbenen manne von den geschenkten gütern zu Kirchhain und Niederwald ein jahrgedächtniss zu.* 1307 *mai* 12.

1307 mai 12. Nos frater Henricus dictus During conmendator fratrum domus Theutonice in Marpurg ceterique fratres ejusdem domus et ordinis tenore presentium recognoscimus et publice profitemur, quod de bonis in Kyrhayn sitis ac nobis collatis in elemosinam a Bertrade dicta Zwiwelin in suorum remedium delictorum tenemur dare ac ministrare fratribus in anniversario sui mariti legittimi premortui pie memorie unam marcam pro pictanza in secunda feria post festum beati Johannis baptiste; ejusdem autem dicte Bertradis anniversarium, cum diem clauserit extremum, tercia feria post jam dictum festum Johannis, prout elegit, peragetur a fratribus, et una marca fratribus exhiberi debet pro pictanza de bonis eisdem; et tam mariti quam ejus memoria in missis ac vigiliis habebitur ac fieri debet, prout pro aliis nostris benefactoribus celebrari pie ac religiose sollempniter est consuetum. Item addidit dicta Bertradis duos agros seu pecias terre sitos in Niderwalde, quos tenet Sumer, in supplementum dictorum bonorum in Kirhain, quousque dimidiam marcam redituum bonorum emat vel assignet in aliis bonis suis nobis, ut dicte pictancie fratribus, videlicet duarum marcarum, sine omni diminutione possint et valeant ministrari. In cujus rei testimonium presentem litteram damus dicte Bertradi sigillo nostro roboratam.

Datum anno domini m°ccc°vii°, iiii° idus maji.

Aus orig.-perg. mit siegel in Marburg (deutscho.).

115. *Ritter Volpert Hobeherr und Gumpert sein brudr verkaufen dem deutschen hause bei Marburg hörige.* 1307 *jun.* 11.

1307 jun. 11. Nos Volpertus miles dictus ex Curia et Elyzabeht nostra conthoralis una cum filio nostro Gumperto ac omnibus nostris veris heredibus, nec-

non ego Gumpertus frater ipsius Volperti militis predicti una cum uxore mea Cristina et meis heredibus singulis atque universis presentibus in simul recognoscimus protestando, quod manu conmunicata et unanimi de consensu vendidimus, assignavimus sive deputavimus domo Theuthonice beate Elyzabet aput Marpurg necnon . . conmendatori et fratribus ibidem homines infra scriptos: Sehildim, Irmendrudim ejus sororem et Hermannum filium ipsius Irmendrudis; Henricum de Aspach et uxorem ejus cum eorum filiis universis; Gerhardum dictum Roden et uxorem ejus et eorum filios; Gerlacum dictum Steinkop et suum generum; Wernherum dictum Vnhogen, uxorem ejus et eorum filios; Fridericum de Selheim, uxorem ejus et filios eorundem; Helwigim relictam Waltheri et ejus pueros; Arnoldum fratrem Gerhardi dicti Roden et suos filios ad serviendum, obediendum cum omni jure dicto conmendatori et suis fratribus predicte domus, prout nobis servire hactenus consueverunt vel nostris heredibus servire deberent in futuro; renunciantes omni juri et servicio, quod nobis vendicare possemus in hominibus antedictis. Nichilominus volumus atque arbitramur, ut, si quis hominum predictorum decesserit sine liberis vel herede, ut sua rerum substancia cedat in usus et proventum dicte domus integraliter et ex toto. Testes hujus rei sunt: Volpertus miles dictus Hobherre, Fridericus de Calsmunt armiger; Ludeuuicus dictus ex Curia et Rukelo suus frater, Johannes Monetarius, Arnoldus de Gambach, scabini in Marpurg; Henricus dictus Bekere, Rudolphus ejus frater, Hermannus de Okershusen, Gerhardus de Hesele, et tota universitas villanorum in Selheim. In cujus rei testimonium nos Volpertus miles predictus sigillo nostro pro nobis et Gumperto fratre nostro, qui proprio sigillo caret, una cum sigillis Volperti militis Hobherren predicti et Friderici de Kalsmunt armigeri prescripti presentem paginam sepefato conmendatori et suis fratribus dedimus consignatam. Nos vero Volpertus miles jamdictus et Fridericus de Kalsmunt armiger pretaxatus ad rogatum Volperti militis et Gumperti fratrum predictorum et earum uxorum et heredum sigilla nostra presentibus apposuimus in testimonium veritatis.

Datum anno domini m°ccc°vii°, Barnabe apostoli.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel 1) und 2) beschädigt, 3) abgefallen.

116. *Der ritter Volpert Hobeherr und der edelknecht Friedrich von Kalsmunt verbürgen sich dem deutschen hause zu Marburg für die brüder Volpert und Gumpert Hobeherren wegen verkaufter hörigen.* 1307 *jun.* 11.

1307 jun. 11.

Nos Volpertus miles dictus Habehere, Fridericus de Kalsmunt ar-

miger presentibus profitemur nos esse fidejussorie obligatos unanimiter more bonorum fidejussorum religioso viro . . conmendatori domus Teuthonice in Martburg et suis confratribus ibidem ex parte Volperti militis et Gumperti armigeri sui fratris dictis ex Curia et pro ipsis, donec iidem duo fratres dicto . . conmendatori et suis fratribus predictis super hominibus infra scriptis, quos ipsis vendiderunt, warandiam debitam faciant et consuetam. Quorum inquam hominum nomina hec sunt: Sehildis, Irmendrudis soror ejus et Hermannus filius Irmendrudis; Heinricus de Asbach et uxor ejus et eorum filii; Gerhardus dictus Rode, uxor ejus, eorum filii; Gerlacus dictus Steinkop et suus gener; Werneherus dictus Onhagen, uxor ejus et eorum filii; Fridericus de Selheim, uxor ejus et eorum filii; Heylewigis relicta Walteri et filii ejus; Arnoldus frater Gerhardi dicti Roden et sui filii universi. In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus apposuimus in majorem evidenciam et noticiam pleniorem.

Datum Barnabe apostoli, anno domini m°ccc°vii°

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Beide siegel abgefallen, doch liegt das zweite noch bei der urkunde. Es ist dreieckig und zeigt den bekannten schrägbalken; umschr.: SIGILLVM · FR .... ICI · DE · MARPVRC ·

117. 1307 *jul.* 26.

1307 jul. 26. Ego Cûnegundis relicta quondam dicti Wyseguckel bone memorie vendidi honeste puelle Lucardi sorori mee meam partem curie site in villa Dudinhobin cum unanimi voluntate puerorum meorum, videlicet Hermanni, Petri, Walteri, Hedewigis, Alhedis, Elyzabet, Lucardis et Cunzelen, pro quadraginta et tribus marcis legalium et bonorum denariorum. Insuper cum bono consensu et favore Lucardis mee sororis antedicte curiam in villa Kynzinbach sitam vendidi, et loco illius curie prefata Lucardis in villa predicta Kynzinbach quartum dimidium maldrum siliginis et duo maldra avene, item in Grozinlindin tria maldra avene et unum maldrum siliginis, item in molendino juxta novam civitatem Gyzin unum maldrum siliginis, item in villa Huchilheim novem solidos denariorum levium et unum fertonem in villa Atspach perpetue recipiet annuatim, renuncians una cum pueris sepedictis omni juri michi atque pueris meis in bonis omnibus prius dictis conpetente. Hujus autem renunciacionis et warandie debite faciende predicte Lucardi hos constituo fidejussores de bonis omnibus supradictis, videlicet Hermannum et Synandum fratrem suum milites dictos de Buchesecke. Testes: Synandus senior de Buchesecke, Cûno dictus Halbir, Hermannus et Synandus frater suus dicti de Buchesecke et Eckehardus dictus Slune, milites; Reyn-

hardus dictus de Svalbach et Synandus filius Synandi senioris predicti, armigeri; Ludewicus pistor et Gerlacus filius suus, scabini. Ex rogatu parcium utriusque sigilla civitatis Gyzin et Eckehardi dicti Slune militis presentibus sunt appensa.

Datum anno domini m°ccc°vii°, in crastino beati Jacobi apostoli.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel 1) zerbrochen, 2) abgefallen.

118. *Der Mainzische notar Burkard verkauft dem deutschen hause zu Marburg seine güter zu Willershausen.* 1307 *aug.* 14.

Ego Burkardus sancte Moguntine sedis notarius recognosco et con- 1307
stare cupio universis presentium per tenorem, quod bona mea sita in villa aug. 14.
Willereshusen, que quidem bona emeram erga Hettam beckinam et Hyldewicum clericum filium ejus cum universis pertinentiis suis, videlicet pratis, pascuis, campis, silvis et aquarum decursibus, vendidi justo venditionis titulo . . conmendatori ceterisque fratribus domus in Marpurg pro quindecim marcis denariorum Coloniensium, quas michi recognosco datas et numeratas et acceptas integre et conplete, jure hereditario seu proprietario cum omni felicitate perpetuo possidenda, resignans ea in manus et potestatem dictorum fratrum faciensque ipsos veros dominos dictorum bonorum et legittimos possessores ad habendum et possidendum ea, locandum et disponendum de eis, prout ipsis conpetit jure de communi. Insuper recognosco una cum Ludewico dicto ex Curia proconsuli et Arnoldo de Gambach scabinis in Marpurg, quod predicta Hedewigis et filius ejus ore et manu conmunicata precise et simpliciter renunciaverunt de predictis bonis et promiserunt de eisdem facere plenam gwarandiam prescriptis fratribus in omnibus locis oportunis. In cujus rei testimonium presentem litteram dedi et contuli prelibatis fratribus et petivi sigilli universitatis in Marpurg munimine conmuniri cum testimonio Ludewici ex Curia et Arnoldi de Gambach scabinorum et aliorum quam plurium fide dignorum. Et nos scabini recognoscimus ad preces Hetten beckine, Hildewici filii sui et Burchardi predicti sigillum nostre universitatis presentibus appendisse.

Datum et actum anno domini m°ccc°vii°, in vigilia assumptionis beate virginis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

119. 1307 *aug.* 21.

Nos Fridericus dictus Hals et Elizabet cives Wetflarienses, conjuges 1307
legitimi, quandam ordinacionem super bonis nostris inter pueros nostros aug. 21.

fecimus, volentes, ut Ludewicus et Katerina pueri quondam Hermanni dicti Hane, privigni mei Friderici predicti, matre eorum predicta defuncta sex jugera ex bonis nostris proprietariis in villa de Laufdorf et in confinio ejusdem ville sitis percipiant pre aliis pueris nostris quibuscunque, videlicet agrum dictum Volperttis echer situm in Vdenwesen, continentem circa tria jugera, et unum jugerum situm supra pomerio, et unum pratum sub villa an dem werde, et unam sadelam an dem Heymbecher wege, et agrum unum an dem Steinnec, unumque agrum dictum anwendere of dem Kellerre, et duo jugera zů Bredenlowe. In restaurum dictorum agrorum nos obtinemus et percipiemus reliqua bona proprietaria ibidem sita tam in villa quam extra, que quondam Ludewicus dictus Selzcere habuit, que vendere possumus et alienare pro nostra voluntate, si decreverimus, sine nostrorum puerorum predictorum contradicione. Si autem ea invendita obtinemus, tunc ipsi nostri pueri predicti nobis mortuis nichil juris in eisdem habebunt, sed nostri pueri, quos pariter genuimus, ea percipient et habebunt libere et quiete. Preterea dicti nostri pueri Ludewicus et Katerina duos habent mansos, quorum unus est situs in Nuueren et attinet ad curiam advocacie ibidem, et alter in Laufdorf et dicitur Wedemehůbe, qui in ipsos ex morte patris eorum sunt devoluti. In premisse ordinacionis testimonium sigillum civitatis Wetflariensis nostris precibus litteris presentibus est appensum. Ego Arnoldus dictus Hayne, avunculus et patruus predictorum puerorum et muntburus, tutator et curator eorundem, confiteor predictam ordinacionem propter melius meorum fratruelorum (!) predictorum de mea bona fuisse voluntate. Testes: Ernestus de Nuueren, Conradus Crawe, Rulo Reye, scabini Wetflarienses.

Datum et actum anno domini feria secunda proxima post assumpcionem beate virginis Marie m°ccc°vii.

Aus orig.-perg. mit siegelrest in Marburg (deutscho.).

120. *Hartrad von Merenberg propst zu Wetzlar und die brüder des deutschen hauses zu Marburg wählen die scheffen zu Wetzlar zu schiedsrichtern in ihren streitigkeiten über die mühle zu Hausen, eine beunde vor dem Oberthor zu Wetzlar und den halben zehnten zu Dudenhofen.* 1307 *aug.* 30.

1307 aug. 30. Wir Hartrad von Merinberg probist der kirchen zů Wetflar von eyme deyle, uñ wir der kummerdure uñ dy brudere des dußis huses von Marburg von dem andirn deyle důn kunt allen den, dy desen brif sehent, daz wir der sachen, dy̆ tushen uns ist gewest biz here, umme daz uns der probist zů sprichet umme del der molen zů Husen, daz wir dar ane

gekauft han, un umme dy bůnde, dy her Hupraid hait vor der oberin porten zů Wetflar, uñ umme dein cenden halben zů Dudinhoben, sin eymudeliche gegangen zů den ersame mannen den scheffenen zů Wetflar gemeynliche, also daz sy na unser beydir kuntschaffte, dy wir in von beydin sittin sollin vorbrengen, ir reit sprechin of dese sache tushen hỹ uñ sente[1]) Martins dage, da mide uns gnugin sal von beydin sittin ane alle vare, wande wais sy umme dese sache zů eme rechte sprechent, daz wollin wir stede uñ feste halden in alle wiz. Umme daz dit sichir sy uñ daz wir iz haldin, so han wir desen brif besigelit mit unseren ingesigelin von bedin sithen.

Dirre brif ist gescribin na godis geburt dů man zcalte drucenhundirt jar in dem sebindin jare, an dem andirn dage na sente Johannis dage so her inthobedit wart.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Beide siegel abgefallen.

121. *Die brüder Ludwig und Giselbert von Radenhausen verzichten auf eine streitige wiese und äcker auf dem Werflo zu gunsten des deutschen hauses bei Marburg.* 1307 *aug.* 30.

Nos Lůdewicus, Gyselbertus fratres dicti de Radehusen presencium inspectoribus notum esse cupimus universis, nos una cum religioso viro domino . . conmendatore domus Teuthonice apud Marpurg et suis confratribus ibidem super uno prato sito in loco qui dicitur uf den Wereflo[2]) et agris ad ipsum pratum pertinentibus fossa inplicatis et circunductis, super quibus inter ipsos ex una parte et nos ex altera actio vertebatur, esse per viros discretos reformatos amicabiliter et honeste, ita quod renuntiamus omni juri et simul actioni, quod in dicto prato habuimus vel habere possemus in futuro, et similiter in agris pernotatis, nec deinceps dictum conmendatorem aut suos confratres prefate domus in sepefato prato et agris inpetere, molestare vel inpedire debemus quoquo modo. Testes hujus ordinacionis sunt: dominus Gerhardus[3]) decanus ecclesie Fritlariensis, Gotfridus de Hotzfelt officiatus in Ameneburg, Gvntramus Schenke junior, Kump de Eysenbach, Fredericus de Suartzenberg, Fugel, milites; Adolfus, Gvntramus, Hermannus fratres de Nordecke, Wygandus de Mulne, Johannes de Auenrode, Hermannus Schenke, armigeri; Ditmarus de Silhem, Hermannus Tzane, Lůdewicus de Fronenhusen, scabini in Ameneburg; Luckeleyus ex Curia proconsul in Marpurg, et alii quam plures fide digni. Et quia propriis caremus sigillis, petivimus presens scriptum sigillo scabinorum in Ameneburg fiducialiter communiri. Nos vero scabini predicti ad rogatum dicti

1307 aug. 30.

1) 'sce' orig. 2) 'W^{s}eflo' orig. 3) 'Gh^{s}' orig.

conmendatoris et suorum confratrum et ipsius Lůdewici atque Gyselberti fratrum predictorum sigillum nostre civitatis presentibus apposuimus in testimonium premissorum.

Datum anno domini m°ccc° septimo, tertio kalendas septenbris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Auf der rückseite steht von einer hand des XVII. jahrh.: 'Vergleichung ..... wegen des Würffelß'. Siegel abgefallen.

122. *Ritter Volpert Hobeherr verkauft die ihm durch den tod des Sifrid Rust aus der vogtei zu Seelheim zugefallenen jährlichen einkünfte dem deutschen hause bei Marburg und bezeichnet die ihm von demselben aus der genannten vogtei jährlich zu leistenden abgaben.* 1307 *oct.* 2.

1307 oct. 2. Noverint universi hujus scripti auditores, quod nos Volpertus miles dictus Hobehere benivolo cum consensu Alberadis nunc [1]) legitime necnon omnium heredum et manu unanimi vendidimus et vendimus, deputavimus atque resignavimus religioso viro domino.. conmendatori domus Theuthonice apud Marpurg et suis confratribus ibidem universos et singulos denariorum redditus seu proventus nobis ex obitu Sifridi dicti Rust de advocacia in Selhem in presenti cedencium vel qui ex obitu suo nobis cedere poterunt in futuro. Nichilominus recognoscimus per presentes, ut quidquid idem conmendator et fratres predicti de eadem advocacia apud nostros coheredes emerunt in presenti vel emere aut ex dacione contrahere sive conparare sibi poterunt in futuro, nostro esse cum consensu et nostrorum heredum prescriptorum, nec in hoc eundem conmendatorem aut suos fratres pretaxatos inpetere vel inquietare volumus neque nostri heredes debent quoquo modo. Preterea prefatus conmendator et sui fratres singulis annis dabunt atque solvent de eadem advocacia nobis et nostris heredibus redditus infra scriptos: in die beati Michaelis quinque solidos denariorum Marpurgensium; in crastino beati Martini triginta solidos denariorum ejusdem monete, duo maldra siliginis et unum maldrum tritici; hec nobis de manibus eorum ministrabunt; item in crastino epiphanie domini tres solidos denariorum et quindecim denarios de manso Manen; in crastino beati Bonifacii triginta denarios de bonis dicti Springel; iii solidos de precaria, xv denarios de manso Manen. Testes hujus rei sunt: Sifridus sacerdos vicarius in Ameneburg, Hartmannus Clette scabinus in Ameneburg, Ludewicus dictus Rauuensten, Wigandus armiger dictus de Martorpf, Conradus rector scolarium

1) So im orig. statt 'mee'.

in Ameneburg. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Datum anno domini m°ccc° septimo, feria secunda post festum beati Michaelis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

123. *Papst Clemens V. beauftragt den abt des Schottenklosters zu Erfurt, das deutsche haus in Marburg vor raub und sonstigen benachtheiligungen zu schützen. Poitiers* 1307 *oct.* 5.

Clemens episcopus servus servorum dei dilecto filio .. abbati monasterii Scotorum in Erfordia Maguntine diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Pium esse dinoscitur, ut gloriantibus in malicia per nos taliter obsistatur, quod repressis eorum insultibus vacantes divino cultu liberius possint in observancia mandatorum domini delectari. Cum itaque dilecti filii . . comendator et fratres domus sancte Marie Theotonicorum Jerosolimitane in Marpurg Maguntine diocesis a nonnullis, qui nomen domini recipere in vacuum non formidant, gravibus, sicut asserunt, affligantur injuriis et jacturis, nos eorundem comendatoris et fratrum providere quieti et malignancium maliciis obviare volentes, discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus dictis comendatori et fratribus contra raptorum, predonum et invasorum audaciam efficaci presidio defensionis assistens, non permittas eos in personis et bonis suis a talibus molestari, molestatores hujusmodi per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo, attencius provisurus, ne de hiis, super quibus lis est forte jam mota, seu que cause cognicionem exigunt, vel que personas et bona hujusmodi non contingunt, te aliquatenus intromittas, nec in episcopum aliosve superiores prelatos excommunicacionis vel suspensionis aut in universitatem aliquam seu collegium interdicti sentencias promulgare presumas. Nos enim, si secus presumpseris, tam presentes litteras, quam eciam processum, quem per te illarum auctoritate haberi contigerit, omnino carere viribus ac nullius fore decernimus firmitatis. Hujusmodi ergo mandatum nostrum sic sapienter et fideliter exequaris, quod ejus fines quomodolibet non excedas.

1307 oct. 5.

Datum Pictauis, iii. nonas octobris, pontificatus nostri anno secundo.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). In der linken ecke unter dem umgelegten unteren rande steht: '—^{s}—' und gleich darunter: 'P. Marg.', auf demselben in der rechten ecke: 'Pascalis' und am oberen rande der rückseite: 'Nicolaus de Aquamunda'. Die bleibulle hängt an hanfschnur.

124. *Der vorsteher der Minoriten zu Wetzlar überweist dem deutschen hause in Marburg ein haus zu Herborn.* 1308.

1308. Universis, ad quos presentes pervenerint, innotescat, quod ego Hermannus de Vlmene procurator fratrum Minorum in Wetflaria de consensu et beneplacito fratrum eorundem contuli et confero in hiis scriptis conventui fratrum domus Theutonice in Marpurch domum quandam in Herberyn, quam Benigna bechyna de Munzenbach inhabitat, ita videlicet, quod dicta bechyna inhabitabit eandem ad vite sue tempora pacifice et quiete, post mortem vero ipsius ad fratres prefatos libere devolvetur. In cujus donacionis testimonium sigillum meum et fratrum Minorum supradictorum in Wetflaria presentibus sunt appensa. Hujus rei testes sunt: Gerlacus dictus Zymmerman, Heynmannus filius quondam Gerberti, scabini, et Berno de Mynzenberch, et alii fide digni.

Acta sunt hec anno domini m°ccc°viii°

Aus orig.-perg. in Wiesbaden (Dillenburger archiv). Siegel 1) bis auf ein bruchstück abgefallen. 2) dreieckig; im schild ein sparren, in den drei ecken des schildes je ein stern; umschr. nicht mehr lesbar.

125. *Das deutsche haus bei Marburg sichert der begine Geludis von Schweinsberg für einige dem hospital geschenkte grundstücke zu Oberwald ein malter korn jährlich auf lebenszeit zu.* 1308 *jan.* 3.

1308 jan. 3. Frater Henricus de Varila conmendator ceterique fratres domus sancte Marie Theutonicorum apud Marpurg omnibus, ad quos hujus scripti series pervenerit, salutem et pacem in domino sempiternam. Universitati vestre notum esse volumus, quod Geludis bechina dicta de Suenesperg quatuor agros cum dimidio sitos in Oberhinwalde, quos emit et conparavit pro sex talentis Marpurgensium denariorum, dedit et contulit in puram elemosinam hospitali infirmorum ad sustentacionem egenorum et omnium indigencium salutarem, hac tamen adjecta condicione et interposita, quam diu predicta Geludis bechina vixerit, magister predicti hospitalis, qui tunc pro tempore fuerit, in reconpensationem predictorum agrorum in festo beati Martini singulis annis maldrum unum siliginis de granario hospitalis non obstante aliquo inpedimento ministrabit; ipsa autem defuncta domino annuente predicta annona hospitali predicto cedet libere et solute. Et ne dubium super hiis temporis successu possit suboriri, presentem litteram ipsi contulimus sigillo nostro roboratam.

Datum anno domini m°ccc°viii°, in octava beati Johannis evangeliste.

Aus orig.-perg. mit schön erhaltenem siegel in Marburg (deutscho.).

126. *Heinrich von Willershausen verkauft seine güter zu Willershausen dem deutschen hause bei Marburg.* 1308 *jan.* 6.

Nos Henricus, Mezza mea conthoralis dilecta necnon Henricus filius meus dicti de Willereshusen recognoscimus et constare cupimus universis presencium per tenorem, quod deliberato animo, bona et libera voluntate, ore et manu conmunicata vendidimus vendicione simplici et legittima bona nostra sita in villa Willereshusen cum universis pertinenciis suis, videlicet pratis, pascuis, silvis, campis ac aliis pertinenciis quibuscunque, viris religiosis . . conmendatori ceterisque fratribus domus Theotunice apud Marpurg jure proprietario perpetuo possidenda, transferentes in eos omne jus et dominium dictorum bonorum, prout ad nos spectabat, renunciantes quoque omni juri et actioni, que nobis seu nostris heredibus cedere potest et poterit nunc vel in futurum, et hoc de consensu et bona voluntate dominorum nostrorum, videlicet nobilis viri domini Henrici comitis dicti de Westerburg necnon domicelli nostri Johannis comitis dicti de Spanhem, licet tamen in predictis bonis nichil juris habebant, quia nostra propria bona fuerunt, utpote per omnes villanos prenominate ville plenius fuerat et est verificatum. Et nos Henricus et Johannes comites predicti recognoscimus de nostra certa sciencia predictam vendicionem esse factam et eandem de nostro favore et consensu admittimus in hiis scriptis. In cujus rei testimonium presentem litteram damus atque dedimus sigillo nobilis viri domini Henrici comitis predicti consignatam cum testimonio testium subscriptorum, videlicet Bertrami, Alberti, Gumperti, Thilemanni villani in villa Lare, et alii quam plures fide digni.

1308 jan. 6.

Datum anno domini m°ccc°viii°, ipso festo epiphanie domini.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

127. *Volpert Maldirleip bürger zu Wetzlar verkauft dem deutschen hause zu Marburg eine getreidegült von den mühlen zu Hausen vor Wetzlar.* 1308 *jan.* 7—13.

Noverint universi presentium litterarum perceptores, quod ego Volpertus dictus Maldirleip civis Wetflariensis conmunicata manu Cristine uxoris mee legitime et de consensu et voluntate Aleydis begine, filie Cristine uxoris mee supradicte, mee privigne, vendidi, dedi, vendo et do juste venditionis titulo in hiis scriptis religiosis viris . . conmendatori et fratribus domus Theutonice apud Marburg unum maldrum annue pensionis pro parte dimidia tritici et pro parte altera siliginis ex tota parte hereditaria molendinorum juxta murum civitatis Wetflariensis in Husen

1308 jan. 7—13.

sitorum Aleydim privignam meam predictam ex morte Ide socrus mee et ejus ave contingente et ex mea parte dictorum molendinorum ratione uxoris mee predicte contingente persolvendum in festo pasche pensionis nomine annuatim pro sex marcis denariorum numerate pecunie michi tradite penitus et pagate. In cujus rei testimonium et robur sigillum civitatis Wetflariensis meis et uxoris mee et Aleydis privigne mee supradicte precibus litteris presentibus est appensum. Hujus facti testes sunt: Hermannus Selege, Conradus de Kazcenvort, Gerlacus Cimmerman, Johannes Beyir, scabini, et alii quam plures fide digni.

Datum anno domini m°ccc° septimo, infra octavam epiphanie domini ejusdem.

Aus orig.-perg. mit siegelrest in Marburg (deutscho.).

128. 1308 *jan.* 9.

1308 jan. 9. Ego Methildis begina, filia quondam Isendrudis dicte Ditthere, lego .. conmendatori et fratribus domus Theutonice in Winheim sex maldra puri siliginis mensure Wetflariensis annue pensionis ex bonis meis in villa de Beldirsheim sitis, in me ex morte matris mee predicte devolutis, post mortem meam tollenda, in salutem anime mee et ut provide dicti .. conmendator et fratres mei meorumque parentum habeant in suis devotis orationibus memoriam et ut nostri dies anniversales per ipsos annis singulis fideliter peragantur. In cujus mee legationis testimonium sigillum civitatis Wetflariensis meis precibus litteris presentibus est appensum. Testes: Hermannus Selege, Gerlacus Madirsele, scabini civitatis predicte, et alii quam plures fide digni.

Datum anno domini m°ccc° septimo, feria secunda post epiphaniam domini ejusdem.

Aus orig.-perg. mit zerbrochenem siegel in Marburg (deutscho.).

129. *Genannte bürger zu Gudensberg verkaufen dem deutschen hause bei Marburg ihre güter zu Oberndorf.* 1308 *jan.* 13.

1308 jan. 13. In nomine domini, amen. Nos Henricus sacerdos, Conradus et Gerbertus, Hedewigis, Gertrudis et Cvnegundis, quondam liberi Goswyni bone memorie civis in Godensberg, Degenhardus et sue filie, Goswynus filius Helwici, Conradus, Degenhardus, Reynhardus et Henricus fratres, cives in Godensberg, omnibus presens scriptum visuris et audituris volumus esse notum, quod nos animo deliberato ac consensu omnium nostrorum accedente heredum legitimorum vendidimus honorabilibus viris .. commendatori et fratribus domus Theutonice apud Marpurg omnia

illa bona nostra, que pariter in villa Ouerendorp et in terminis ibidem habuimus, videlicet curtibus, domibus, areis, ortis, pratis, pascuis, campis, sive cultis sive incultis, et cum suis aliis universis adtinentiis et obventionibus, que ex ipsis bonis haberi poterunt, pro viginti et septem talentis Fritslariensium denariorum justo tytulo proprietatis perpetuis temporibus possidenda, renuntiantes una cum nostris heredibus dictis bonis, obligantes nos ad prestandum warandiam, prout justum fuerit et consuetum. In quorum omnium testimonium et robur perpetuum presentem litteram sigillo civium in Godensberg dedimus roboratam. Testes hujus venditionis sunt: dominus Johannes dictus de Osterhusen plebanus in Godensberg, Thidericus de Elbene, Hermannus de Godenburg et Gerlacus de Griffede, milites, Hermannus de Holthusen [1]), Thilemannus et Otto dicti de Elbene, armigeri, et quam plures alii fide digni. Preterea nos Mynkel, Rodegerus de Thusen, Thetmarus Scyndelef, Henricus Parvus, Hermannus Cynke, Arnoldus Raptor, Conradus de Tylia et Johannes Wickendrut, scabini in Godensberg, publice recognoscimus, quod ad preces predictorum nostrorum civium et suorum heredum in signum venditionis predictorum bonorum sigillo nostre civitatis roboravimus istam cartam.

Datum anno domini m°ccc° octavo, in octava ephifanie.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

130. *Johann Münzer bürger zu Wetzlar verkauft dem deutschen hause bei Marburg ein malter korn jährlich von einem hofe zu Lützellinden.* 1308 *febr.*

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod ego Johannes dictus Munzere civis Wetflariensis de consensu et voluntate communicataque manu Katerine mee uxoris legitime vendidi, dedi, vendo et do juste ac vere proprietatis titulo in hiis scriptis . . conmendatori et fratribus domus Theutonice apud Marburg unum maldrum puri siliginis mensure Wetflariensis annue pensionis, quod habere dinoscebar in curia Rukeri de Bubelingishusen in villa de Luzillinde sita, quam possidet Gerhardus dictus Snabil, quod vero maldrum conparavi erga predictum Rukerum et Gudam ejus uxorem, tollendum, percipiendum et habendum in perpetuum cum omni jure michi vel meis heredibus in eadem pensione dicti maldri siliginis conpetente, pro sex marcis denariorum numerate pecunie michi tradite penitus et pagate. In cujus mee venditionis testimonium et robur sigillum civitatis Wetflariensis mee et uxoris mee precibus litteris 1308 febr.

1) Oder 'Holchusen' orig.

presentibus est appensum. Hujus facti testes sunt: Hermannus Selege, Heynemannus Gerberti, Conradus Crawe, Conradus de Kazcenvort, Rulo Reye, Gerlacus Cimmerman, scabini civitatis predicte, et alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc° septimo, mense februario.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

131. *Heinrich Zöllner von Marburg bürger zu Wetzlar gibt seine zustimmung zu dem verkaufe von gütern zu Willershausen an das deutsche haus bei Marburg.* 1308 *febr.* 5[1]).

1308 febr. 5. Ego Henricus dictus Zollennere civis Wetflariensis recognosco et universis presens scriptum intuentibus cupio constare, quod venditionem factam per Henricum cognominatum Fruman de Willereshusen, Methildim uxorem ejus legittimam et Henricum filium eorundem in bonis eorum propriis sitis in villa Willereshusen viris religiosis . . conmendatori ceterisque fratribus domus Theotunice apud Marpurg, licet in eisdem modicum vel nichil juris haberem, ex certa sciencia admitto et de bona et libera voluntate eandem admisisse recognosco et eidem consentio in hiis scriptis. Volensque jam dictos fratres de hoc cerciorare sive certos reddere, ipsis do et confero, dedi atque contuli presentem litteram sigilli proprii munimine conmunitam.

Datum et actum anno domini m°ccc°viii°, nonis februarii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Auf dem kleinen dreieckigen siegel ein nach rechts schreitender bär; umschr.: S · HENRICI · TOLNERI (?) · DE · MARBORCH.

132. *Ludwig von Bollstädt verkauft dem deutschen hause bei Marburg einkünfte von gütern zu Mornshausen.* 1308 *febr.* 15.

1308 febr. 15. Noverint universi presencium inspectores, quod ego Ludewicus de Boilstede una cum Margareta uxore mea legitima vendidimus conmunicata manu et voluntate libera religiosis et honestis viris . . conmendatori et fratribus domus Teuthonice aput Marpurg dimidiam marcam redditum, videlicet in Moroldeshusen de bonis, que Windrudis vidua ibidem possidet, septem solidos cum dimidio cedentes, aucam quoque unam et pullum cum eisdem, item decem et octo denarios cedentes de bonis, que Bertha vidua ibidem possidet. Vendidimus inquam dictos redditus ipsis fratribus quiete et pacifice proprietatis titulo in perpetuum possidendos,

1) Obwol der aussteller bürger zu Wetzlar ist, kann man in dieser urk. nicht den Trierischen jahresanfang voraussetzen, weil sie dadurch von nr. 126 zeitlich zu weit abgerückt wird.

renunciantes simpliciter et precise omni juri, quod nobis in dictis redditibus posset nunc vel in posterum quocunque modo conpetere seu deberet, promittentes eciam memoratis fratribus de predictis redditibus sive bonis facere warandiam debitam et consuetam. In cujus rei testimonium ipsis presentem litteram dedimus sigillo civitatis civium in Marpurg, quod apponi rogavimus, roboratam. Nos quoque scabini et cives predicti recognoscimus ad preces predictorum, scilicet Ludewici et Margarete uxoris sue, nostrum sigillum presentibus apposuisse in testimonium omnium premissorum. Testes sunt: Ludewicus ex Curia, Rukelo senior, Rukelo Angeli, Eckehardus dictus Koil, et quam plures alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc°viii°, xv° kalendas marcii.

Aus orig.-perg. mit zerbrochenem siegel in Marburg (deutscho.).

133. *Bischof Philipp von Eichstädt gibt den besuchern der grabstätte der heiligen Elisabeth in Marburg vierzig tage ablass.* *Marburg* 1308 *febr.* 22.

Frater Philippus dei gracia Eystetensis episcopus, sancte Maguntine sedis cancellarius, universis Cristi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Cupientes quoslibet Cristi fideles quibusdam illectivis muneribus, indulgenciis scilicet et remissionibus, ad pietatis opera diligencius invitare, quo magis divine reddantur gracie aptiores, omnibus cristiani nominis professoribus vere penitentibus et confessis, qui locum sepulture sanctissime Elizabeth in Marburch Maguntine dyocesis causa devotionis accesserint suorum ibidem delictorum veniam [petituri], singulis diebus, quibus id fecerint, de omnipotentis dei misericordia, beatorum apostolorum ejus Petri et Pauli, sancte Marie et sancti Willibaldi egregii confessoris atque pontificis cristiani, patroni nostri, meritis, necnon quam dominus nobis contulit auctoritate confisi, quadraginta dies de injuncta sibi penitencia misericorditer in domino relaxamus, dummodo ad id diocesani voluntas accesserit et consensus. 1308 febr. 22.

Datum apud ipsum locum Marburch, anno domini millesimo ccc° octavo, viii. kalendas marcii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

134. *Gisela von Falkenstein wittwe des grafen Reinbold von Königsberg und ihre söhne genehmigen den verkauf von gütern zu Willershausen an das deutsche haus bei Marburg.* 1308 *märz* 1.

Noverint universi presencium inspectores et auditores, quod nos Gysele de Valkinstein relicta quondam Reinboldi comitis de Koningesberg, 1308 märz 1.

Philippus, Reynboldus et Reynboldus liberi nostri recognoscimus: vendicionem, quam Conradus dictus Frûman fecerat in bonis suis sitis in villa Willershusin viris religiosis . . conmendatori ceterisque fratribus domus Theutonice apud Marpurg, ex nostra certa sciencia, bona et libera nostra voluntate admittimus et favora[bi]liter admisisse recognoscimus in hiis scriptis. Et ne in posterum dicti fratres per nos seu per aliquem nomine nostro in eisdem bonis inpediantur quoquo modo, ipsis damus atque dedimus presentem litteram sigillo nostro proprio consignatam.

Datum anno domini m.ccc.viii., kalendis marcii.

Aus nr. 39 des copialbuchs C in Marburg (deutscho.). Gedr.: Justi Hessische Denkwürdigk. 4, 1, 393.

135. *Otto jüngerer landgraf von Hessen bestätigt den verkauf eines achtels des hofes zu Hassenhausen an das deutsche haus zu Marburg.* 1308 *märz* 5.

1308 märz 5. Nos Otto dei gratia junior terre Hassie lantgravius tenore presentium recognoscimus publice profitendo, quod Mengotus de Badelogehusen et Gerhardus dictus Grawe sororius ejusdem coadunata manu suarum conjugum legittimarum, ultronea voluntate, suorum heredum promiscui sexus, quorum ad id consensus exstitit requirendus, beneplacito et mera renunciatione accedentibus vendiderunt octavam partem curie in Hozzinhusin site viris religiosis dominis domus Theutonice in Marpurg cum omnibus suis usucapiis perpetuo possidendam, nullius impedimenti obstaculo retardante. Quem quidem emptionis et venditionis hinc inde contractum ratum approbantes et gratum, ad ampliorem premissorum efficatiam nostrum sigillum duximus presentibus apponendum.

Datum anno dominice incarnationis m°ccc° octavo, iii° nonas martii. Testes etiam facti sunt: Ludewicus ex Curia magister civium in Marpurg, Eckehardus dictus Coil, Johannes Monetarius, Rukelo gener quondam Ludewici de Vronehusen, et alii scabini opidi memorati.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel rund; nach rechts aufgerichteter gekrönter und gestreifter löwe; umschr.: S · ' OTTO... .....RAUII · TERRE · HASSIE.

136. *Godefried und Godebert gebrüder von Diedenshausen genehmigen die von ihrem vater dem deutschen hause zu Marburg gemachte schenkung zweier höfe zu Reddighausen und Oberallendorf.* 1308 *märz* 9.

1308 märz 9. Noverint universi et singuli tam presentes quam futuri presencium inspectores, quod nos Godefridus miles et Godebertus famulus fratres

dicti de Dedinshusen cum bona voluntate et unanimi de consensu nostrarum conthoralium, videlicet Luckardis et Adele, et omnium nostrorum heredum admittimus et admisimus donacionem et assignacionem, quam pater noster fecit in duabus curiis, unam sitam in villa Redinchusen et aliam minorem in superiori Aldendorf, domui in Marpurg pro elemosina et pro remedio anime sue et omnium parentum nostrorum, sine causa, dolo vel ingenio, juris vel facti ratihabicione simpliciter et expresse perpetuo possidendas. Promisimus eciam dicte domui de nominatis bonis litem vel brigam non inferre nec alicui inferenti consentire. In cujus rei evidenciam et in testimonium renunciacionis sigilla nostra apposuimus huic scripto.

Datum et actum anno domini m°ccc°viii°, vii. idus marcii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Beide siegel abgefallen.

137. *Ritter Guntram der jüngere Schenk von Schweinsberg spricht als obmann in einem streite zwischen dem deutschen hause bei Marburg einerseits und den gebrüdern Meingot und Rupert von der Nuhne und Dammo von Ebsdorf andrerseits über einen hof zu Heskem diesen dem genannten hause zu.* 1308 *märz* 14.

In nomine domini dei eterni, amen. Ego Guntramus miles junior pincerna de Sweynsberg recognosco tenore presentium publice protestando, quod in causa orta inter viros religiosos . . conmendatorem et fratres ordinis Theutonicorum Jerosolimitani domus prope Marpurg ex una, et strennuos viros Mengotum et Rupertum fratres de Nuene ac Dammonem de Ebystorf cognatum eorundem ex altera parte super quibusdam bonis, videlicet una curia sita in Heystenkem cum universis bonis et juribus ad eandem pertinentibus, legaliter in arbitros vel arbitratores seu amicabiles compositores fuit compromissum. Arbitri vero super hoc electi fuerunt: dominus Hartmûdus miles dictus Szussesper et dominus Gerlacus miles de Linne ex parte conmendatoris et fratrum predictorum, et . . dictus Sweme de Hoinburg ac Wigandus de Mulne ex parte adverse partis, et ego ex consensu parcium hinc inde superadjunctus fui quintus. Discordantibus autem predictis quatuor arbitris et quibuslibet duobus pro sua parte pronunciantibus, ego super hoc habito et requisito omni consilio debito discretorum et instructione consueta nobilium et seniorum et cognita causa in toto, ipsam curiam cum omnibus bonis, juribus et universis pertinentibus ad eandem ad conmendatorem et fratres predictos vel eorum ordinem sive domum auctoritate arbitraria de jure pertinere judico et pronuncio in nomine domini in hiis scriptis, cum eandem cum eisdem bonis Wigandus olim de Hoyngen beate memorie

1308 märz 14.

cum omni jure legittima donatione inter vivos, dum adhuc ipsam quiete possideret, pro salute anime sue et suorum progenitorum transtulerit ad eosdem. Verum quia sigillo proprio careo, presens scriptum sigillis honorabilis viri domini Gerhardi de Selhem decani ecclesie Frislariensis, domini Gotfridi militis de Hatsfelt et domini Wolperti militis dicti Howehere de Minori Castro petivi et procuravi roborari in testimonium hujus mei judicii et arbitrarie pronunciationis. Nos vero Gerhardus decanus predictus, Gotfridus miles de Hatsfelt scultetus in Ameneburg ac Volpertus miles predicti recognoscimus nos huic pronunciationi interfuisse et audivisse et ipsam huic scripto insertam ad petitionem prefati domini Guntrami militis junioris pincerne de Sweynsperg nostris sigillis duximus roborandam. Testes hujus pronunciationis sunt: dominus Fridericus miles de Swarzenberg, dominus Volpertus miles de Eruershusin et dominus Crafto miles dictus Rode; item Ludewicus ex Curia magister civium in Marpurg, Ekehardus de Velsperg, Ekehardus de Bůchain et Hartmannus de Mulne, ac alii quam plures fide digni.

Datum et actum anno domini m°ccc°viii°, pridie idus marcii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel: 1) oval; zwei heilige im brustbilde, darunter ein kniender geistlicher; umschr.: S ·' GERARDI · D ·' SEILH ·' D'CANI · ECLĪE · FRISLĪS · 2) abgefallen. 3) das bekannte siegel VOLPERTI · EX · CVRIA · DE · PARVO · MONTE ·

138. *Das deutsche haus bei Marburg überlässt der begine Hedwig von Holzhausen den achten theil des ertrages des hofes zu Hassenhausen auf lebenszeit.* 1308 *märz* 18.

1308 märz 18. Nos frater Henricus dictus de Varila conmendator ceterique fratres domus Theutonice apud Marpurg recongnoscimus publice per presentes, quod porrigere, dare et ministrare tenemur et debemus Hedewigi filie Marcquordi bechine de Holzhusen octavam partem omnium reddituum, fructuum et obvencionum et proventuum, qui nobis cedere possunt de curia nostra in villa Hotzenhusen singulis annis, quam diu vixerit, contradicione qualibet non obstante, in reconpensacionem et restaurum, quia dictam partem curie pro xii marcis Coloniensium denariorum erga Mengotum et Gerhardum dictum Grauwen suum sororium conparavit. Condictum est eciam, quod, postquam domino volente diem clauserit extremum, predicti redditus et obvenciones cedent et cedere debent pro consolacione et pitancia fratribus universis in remedium anime sue et ut ipsius anniversarius in missarum decantacione et ceteris operibus pietatis singulis annis apud fratres perpetuo peragatur. In cujus rei testimonium et robur omnium premissorum damus predicte Hedewigi bechine presentem litteram nostro sigillo conmunitam.

Datum anno domini m°ccc°viii°, in crastino beate Gertrudis virginis, xv° kalendas aprilis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

139. *Der deutschmeister und das deutsche haus zu Marburg beurkunden, dass königin Agnes von Ungarn dem genannten hause für 55 mark silber eine jährliche rente von 10 pfund heller von einem hause zu Wetzlar erworben habe, und versprechen diese rente halb zu der heiligen Elisabeth und halb zu der geberin und ihres verstorbenen gemahls Andreas gedächtnissfeier zu verwenden.* 1308 *märz* 21.

Nos frater Eberhardus de Sulzberg ordinis sancte Marie Theutonicorum Jerosolimitani per Allemanniam preceptor, frater Heinricus de Varila conmendator in Marpurg ac ceteri fratres ejusdem domus et ordinis tenore presencium recongnoscimus et constare volumus universis, quod cum illustris et serenissima domina Agnes regina Vngarie ex pio affectu et sancta devocione, quam ad ordinem nostrum et specialiter ad domum nostram Marpurg habuit, ob amorem gloriose virginis Marie et reverenciam beate Elyzabet patrone ejusdem domus quinquaginta quinque marcas puri argenti in puram elemosinam contulerit simpliciter propter deum et cum dicto argento redditus annuales videlicet decem librarum hallensium de domo dicta Reygen sita in Wetflaria cedentes conparaverit in perpetuum duraturos, nos inclite regine predicte beneficiis grato affectu occurrere cupientes, promisimus et per presentes nos firmiter obligamus, quod dictarum decem librarum hallensium quinque libras hallensium in festo obitus beate Elyzabet annis singulis fratribus tunc presentibus et in divino officio laborantibus nomine pyctancie ad consolacionem eorundem fratrum tenebimur distribuere et in perpetuum ministrare, residuas vero quinque libras ad anniversarium predicte domine regine eo tempore quo evenerit, necnon felicis recordacionis serenissimi domini Andree quondam regis Vngarie, mariti sui dilecti, cum vigiliis et missis perpetuis temporibus sollempniter celebrandum ad refectionem et consolacionem fratrum tunc presencium convertemus ad jugem eorundem memoriam apud domum et fratres indelebiliter permanendam. Preterea, ut tam sollempnis elemosina in vigore debito apud nos et nostros posteros perpetuari valeat et inviolabilis perseveret, nos preceptor et conmendator predicti sigilla nostra presentibus apposuimus in perpetuam memoriam rei geste. 1308 märz 21.

Datum et actum anno domini millesimo trecentesimo octavo, duodecimo kalendas aprilis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Beide siegel abgefallen. Gedr.: Gudenus Codex 4, 1003.

140. *Schiedsspruch der scheffen zu Wetzlar zwischen Hartrad von Merenberg propst zu Wetzlar und dem deutschen hause zu Marburg über den halben zehnten zu Dudenhofen, einen theil an der mühle zu Hausen und eine beunde zu Wetzlar.* 1308 *märz* 28.

1308 märz 28. Wir dy scheffenen der staid zů Wetflar irkennen uns uñ důn kunt allen den, dȳ desen brif horent odir sehent, daz umme solichin krig also waiz tussen dem edelin manne unserme herren her Hartrade von Merinberg dem probiste von Wetflar von eyme dele uñ tůssen den geistlichen luden dem commendure uñ den brudere des duzchen hůsis von Marburg von dem andirn dele, mit namen umme den halbin cendin zů Dudinhobin, uñ umme eyn del gudis, daz dy brudere haittin gekauf an der molen zů Husen, uñ umme eynen echer, den man nennit dy buinde, dy her Huprait ubit zů Wetflar, des sy zů uns sint gegangen von bedin sittin, daz wir na kuntschaffen unser reit dar obir sprechin. Des sprechin wir, also wir uns irvaren hain an briven uñ an kuntschaffen, zů eyme reitthe: ist, daz der halbe cende zů Dudinhobin rurit von dem riche, daz her danne der brudere von Marburg ist uñ daz sy in wol behaldin mogent. Umme daz sy an der molen zů Husen haint gekauf, sprechin wir, daz sy daz bilche kauften. Umme dy buinde sprechin wir, sint sy dar inne geseizchin haint ein jar, sveich, drů, seizhe odir cehinne, daz sy sy bilche behaldin of den heylegin selb sebinde, daz sy ere sy, dan sy in yeman in pure. Umme daz dit sichir sy, so han wir ingesigele der staid von Wetflar an desin brif důn henkin.

Dirre brif wart gescribin na godis geburt dů man czalte drucenhundirt jar in dem eytthin jare, an dem neistin dunrsdage na unser vrowen dage so ir goid gekunt wart.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

141. *Die eheleute Eberhard von Hörnsheim und Hedwig theilen mit dem deutschen hause bei Marburg die güter des verstorbenen Kraft Uden.* 1308 *apr.*

1308 apr. Omnibus ac singulis presencium perceptoribus innotescat, quod nos Ebirhardus de Herlisheim et Heydewigis conjuges cum religiosis viris.. conmendatori et fratribus domus Theutonice apud Marburg nomine Hermanni nostri sororii et fratris, eorum confratris, super bonis quondam Craftonis dicti Vden fecimus divisionem legitimam racionabiliter in hunc modum; ita videlicet, quod ipsis . . conmendatori et fratribus bona infra scripta cesserunt ex legitima divisione: scilicet unum maldrum siliginis ex molendino dicto Ludenmolen et unum denarium sabbato, quando

cantatur 'Intret', et in villa de Leitgesteren tria maldra siliginis, anserem, pullum auptumpnalem [1]) et pullum carnisprivialem cum jure suo et pertinenciis; item in villa de Drumpmershusen duo maldra siliginis cum eorum pertinenciis et jure, de quibus . . dictus Knibe et sui heredes solvunt unum maldrum et Gerlacus filius Heynemanni et sui heredes reliquum; item Hermannus de Derenbach ipsis tenetur duos solidos denariorum Coloniensium solvere, et Ecklo unum solidum Coloniensium denariorum, et . . dictus Sundach vi denarios Colonienses et iii pullos carnispriviales, et Kusa Gruzeren viii denarios Colonienses et pullum carnisprivialem et quartam partem nucum accrescencium in duabus arboribus in bonis, de quibus hujusmodi census solvitur, plantatis; item Engilbertus ibidem unum denarium et pullum in festo pasche; item Guda v denarios; Sunche [2]) piscator dimidium maldrum annone, cujuscunque seminis super bonis, de quibus tenetur solvere, accreverit; Conradus Kringe modium annone modo consimili; Guda relicta Ernesti modium annone, prout supra; Henricus dictus Rekop de Herveren solidum Coloniensem et perticem [3]); Froquinus vii denarios Colonienses; Sorge de Volkinkirchen x denarios Colonienses; ex domo Azcelonis xxi denarii Colonienses et medietas census de monte Hegelinbach derivantis et ejusdem montis reliqua medietas in restaurum bonorum, que nobis cesserunt, cum medietate ejusdem montis census et reliqua medietate, sicut in litteris nobis super hoc ex peticione dictorum . . conmendatoris et fratrum datis sub sigillo civium de Wetflaria plenius continetur. In premissorum testimonium petivimus hanc litteram sigilli munimine civitatis Wetflariensis fideliter conmuniri. Hujus rei testes sunt: Hartradus de Hirlisheim, Rulo Reye, scabini civitatis predicte, et alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc°viii°, mense aprili.

Aus orig.-perg. mit siegelbruchstück in Marburg (deutscho.). Auf der rückseite steht von gleichzeitiger hand: 'Donacio fratris Hermanni dicti Lythinsteynis'.

142. 1308 *apr.* 5.

1308 apr. 5.

Ego Mengotus dictus Kolbe necnon Meccla uxor mea dilecta recognoscimus, quod . . prepositus, . . abbatissa et conventus sanctimonialium cenobii in Georgenberge apud Frankenberg debent recipere de bonis nostris sitis in villa Anzenvar quinque maldra frumenti, videlicet novem modia siliginis et xi modia avene, singulis annis. In cujus rei testimonium prelibato conventui damus presentem litteram universitatis in Marpurg sigilli munimine sigillatam, cum testimonio Ludewici ex Curia pro-

1) 'aupt.' orig. 2) Kann auch 'Smithe' gelesen werden.

3) perdix, rebhuhn.

consulis, Arnoldi de Gambach, Luczonis dicti Zan, scabinorum in Marpurg.

Datum et actum anno domini m°ccc°viii°, nonas aprilis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

143. *Hermann von Ulmen bürger zu Wetzlar vermacht dem deutschen hause bei Marburg einen acker auf dem Werde und eine wiese vor dem Lahnberg bei Wetzlar.* 1308 *apr.* 11.

1308 apr. 11. In dei nomine, amen. Cum varii rerum eventus et inopinati casus hominibus multociens soleant accidere, nec qui hodie vivit incolumis, cras se sanum poterit estimare, nos igitur Hermannus de Olmene et Heydindrudis legitimi conjuges, cives Wetflarienses, tale quid sollicite premeditantes et animabus nostris deo annuente salubriter providere cupientes, notum facimus presencium litterarum perceptoribus universis, quod dedimus et damus dono elimosine pure propter deum religiosis viris . . conmendatori et fratribus domus Theutonice apud Marburg Maguntine dyocesis agrum nostrum dictum daz gemeinweyde, situm offe dem werde, apud quem iidem . . conmendator et fratres unum agrum habent situm, et pratum nostrum situm ante montem Loinberg zů Krage, percipiendum et habendum post mortem nostram pleno jure. Addictum est autem, quod uno nostrum[1]) de medio sublato alter qui supervixerit agrum et memoratum pratum debet possidere sue vite temporibus pacifice, de eisdemque dare dimidiam marcam denariorum usualium ad refectorium predictorum . . conmendatoris et fratrum pro consolacione eorundem annis singulis, ita ut proinde dies anniversalis mortui fideliter peragatur et devote. Nobis autem ambobus defunctis et viam universe carnis ingressis, tunc volumus et ordinando irrevocabiliter statuimus, ut semper de eodem agro et prato cedat integra marca ad refectorium . . conmendatoris et fratrum predictorum specialiter pro nostris diebus anniversalibus peragendis fideliter, et hanc marcam pro consolacione habebunt annuatim; volentes hujusmodi legacionem testamentariam, eam si unanimiter consensu mutuo et uno ore revocaverimus, non valere. In cujus rei testimonium et robur hanc petivimus litteram sigillo civitatis Wetflariensis et obtinuimus fideliter conmuniri. Hujus facti testes sunt: Conradus de Kazcenvort, Gerlacus Cimmerman, Johannes Beyir, scabini civitatis predicte, et alii quam plures fide digni.

Datum anno domini m°ccc°viii°, in cena domini ejusdem.

Aus orig.-perg. mit siegelbruchstück in Marburg (deutscho.).

---

1) 'nostro' orig.

144. *Die schwestern Hedwig und Lukard von Fronhausen versprechen ihrem verwandten Dietrich Schutzbar, ihre güter in keiner weise zu veräussern, ausgenommen die güter zu Ebsdorf, welche sie dem deutschen hause bei Marburg schenken wollen.*

1308 *mai* 5.

Nos Hedewigis et Luchardis sorores dicte de Vroynhusen tenore presencium recognoscimus universis et singulis, quibus presentes exhibite fuerint, liquidius profitentes, quod maturo infra nos habito consilio et unanimi voluntate una cum assensu et consensu honorabilium virorum dominorum conmendatoris et ceterorum fratrum Theutunicorum domus prope Marpurg Theodorico dicto Schútzper filio quondam Ludowici de Vronhusen nostro consangwineo promisimus et promittimus bona fide, quod universa et singula bona nostra et que nostra fuerint quocumque modo, quicumque, in quibuscumque locis et terminis sita, qualicumque vocentur nomine, mobilia vel inmobilia, sibi per nostros progenitores et parentes seu per nostram liberam et voluntariam donacionem vel per nostrum obitum et mortem cedencia et derivatura quoquomodo ab ipso auferre nec aligenare nec dictis dominis conmendatori ceterisque fratribus dicte domus aut personis aliis quibuscumque ecclesiasticis vel mundanis jure hereditario vel proprietatis titulo non debemus vel valemus quomodolibet concedere vel elargiri, per quod Theodorico suisque heredibus legitimis inpedimentum, subtractio, alienacio vel gravamen aliquod posset in posterum aliqualiter suffragari; preterea specialiter, ut predictus Theodoricus ad donacionem quorundam bonorum in villa Ebisdorf et in ejus terminis sitorum prefatis dominis Theutonicis per nos faciendam, ut proponimus, suum consensum benivolum adhibeat et expressum. Nos eciam conmendator ceterique fratres domus prescripte recognoscimus, quod nobis seu nostre ecclesie bona quecumque Hedewigis et Luchardis predictarum, bonis in Ebisdorf dumtaxat exceptis, abstrahere vel alias usurpare non volumus nec debemus ullo modo, protestantes omnia et singula Theodorico suisque veris heredibus predictis per nos perpetuis temporibus inviolabiliter observari. Et in hujus rei testimonium et robur debitum nos Hedewigis et Luchardis predicte dedimus predictis Theodorico suisque heredibus presens scriptum sigillo conmendatoris et fratrum prefatorum nostris precibus cum ipsorum consensu firmiter conmunitum, quod nos conmendator ceterique fratres dicimus publice esse verum. Hujus facti testes sunt: frater Heinricus de Rubach, Heinricus dictus Zulnere, Ludewicus de Gambach, et alii quamplures fidedigni.

1308 mai 5.

Datum anno domini m°ccc°viii°, dominica proxima post diem beate Walpurgis virginis.

Aus dem in der urk. v. 17. oct. 1322 erhaltenen transsumpt eines von schultheiss, burgmannen und scheffen der stadt Giessen angeblich nach dem besiegelten orig. gefertigten undatirten vidimus. Auch noch in einem zweiten transsumpt aus derselben quelle in der urk. v. 19. dec. 1321 vorhanden. Die urk. wurde vom deutschen hause zu Marburg in dem mit ritter Dietrich Schutzbar 1321 entstandenen prozesse als unecht angefochten und vom Coblenzer official zurückgewiesen (s. die betr. stücke).

145. *Gosmar bürger zu Amöneburg verkauft dem deutschen hause bei Marburg seine güter zu Eilo.* 1308 *mai* 8.

1308 mai 8. Ego Gosmarus civis in Ameneburg presentibus recongnosco, quod una cum uxore mea Gerthrude et benivolo consensu omnium heredum meorum vendidi religioso viro domino . . commendatori domus Theuthonice beate Elyzabeth apud Margburg et suis confratribus ibidem bona mea sita in Eylon eodem jure, quo dicta bona habui hucusque et possedi, cum omnibus usufructibus titulo proprietatis perpetuo possidenda; ita tamen, ut idem . . commendator et sui confratres predicti quolibet anno in vigilia penthecostes quatuor denarios Marpurgensis monete et unum pullum in carnisprivio domino Volperto dicto ex Curia militi et Gumperto suo fratri nomine pensionis conferant[1]) et ministrent. Nos vero Volpertus et Gumpertus fratres predicti recongnoscimus, quod nichil juris magis nisi predictos quatuor denarios et pullum bonis habemus in eisdem. Nichilominus ego Gozmarus predictus astringo me sepefato commendatori et fratribus predictis debitam warandiam et consuetam infra diem et annum pre omnibus, qui justicie contenti esse voluerint, facere de bonis memoratis. Testes hujus facti sunt: Wigandus de Marthorf, Wigandus et Folcnandus fratres dicti de Moln, castrenses; Henricus de Fronhusen, Ditmarus de Selheim, Wigandus sub Tilia, Hupertus Amelungi, scabini in Amenburg, et alii quam plures fide digni. Et quia proprio careo sigillo, petivi presens scriptum sigillo scabinorum in Ameneburg fideliter communiri. Nos vero scabini predicti ad rogatum ipsius Gosmari et commendatoris predicti sigillum nostre universitatis presentibus appendimus in testimonium premissorum.

Datum anno domini m°ccc°viii°, feria quarta post dominicam Jubilate.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Auf der rückseite steht von hand des XVI. jahrh.: 'Güter im Eylo, liegen im Eülerfeldt zu Kleinseelheim'. Siegel abgefallen.

146. *Ludwig von Seelheim verkauft dem deutschen hause bei Marburg seinen antheil an dem Fronhof zu Grossrossdorf.* 1308 *mai* 19.

1308 mai 19. Noverint hujus scripti auditores, quod ego Lůdewicus natus quondam Gvntheri de Silhem benivolo de consensu conthoralis mee dicte

1) 'comferant' orig.

Fygen et matura deliberatione prehabita vendidi religioso viro domino .. conmendatori domus Teuthonice beate Elizabet apud Marpurg et suis confratribus ibidem pro quinquaginta duabus marcis portionem curie mee site in majori Rostorpf dicte Fronhopf eodem jure, quo portionem meam ipsius curie habui et possedi et ad me jure hereditario existit devoluta, in silvis, pratis, pascuis et aquarum decursibus, cum omnibus usufructibus libere et solute perpetuis temporibus titulo proprietatis pacifice possidendam, promittens nichilominus eidem .. conmendatori ac suis confratribus predictis super dicta venditione pre omnibus, qui justitie in figura judicii domini .. archiepiscopi Maguntini contenti esse voluerint, warandiam debitam facere et consuetam. Insuper recognosco dictam pecuniam esse integraliter persolutam. Testes hujus rei sunt: Henricus et Lůdewicus de Fronenhusen, Petrus Jacobi, Hupertus Amelungi, Gerlacus de Geyzen, Wygandus sub Tilia, Hermannus Tzane, Hartmannus Clette, Ospertus, scabini in Ameneburg, Ditmarus sculthetus, Thepelo de Silhem, et alii quam plures fide digni. Et quia proprium non habeo sigillum, petivi presens scriptum sigillo scabinorum in Ameneburg conmuniri. Nos vero scabini predicti ad rogatum ipsius Lůdewici et Fygen sue uxoris ac domini conmendatoris et suorum confratrum predictorum sigillum nostre civitatis presentibus appendimus in testimonium premissorum.

Datum anno domini m°ccc°viii°, xiiii° kalendas junii.

Aus orig.-perg. mit beschädigtem siegel in Marburg (deutsche.).

147. *Abt Heinrich von Fulda gestattet dem Johann von Ehringshausen eine vom stift Fulda zu lehen gehende hube zu Reprode gegen eine dem deutschen hause in Marburg gehörige hube zu Ehringshausen zu vertauschen.* 1308 *jul.* 9.

H. dei gracia Fuldensis ecclesie abbas recognoscimus, quod Johannes de Yringishusin in nostra presencia constitutus bona sive hubam sitam in Ripperode, quam ejus nomine .. filius Cunradi de Ingerode nunc possidet in agris, campis, pratis, pascuis et nemoribus, quam hubam idem Johannes a nobis et ecclesia nostra predicta hactenus tenuit in feudum, nobis et ipsi nostre ecclesie sponte et libere resignavit. Quibus bonis ab eo receptis nos meliora prospicientes et cum tractatu atque consensu dilectorum in Cristo filiorum Marquardi decani et tocius nostri conventus id eligentes, quod non est dubium ipsi nostre ecclesie profuturum, de eorundem decani et nostri conventus assensu dicto Johanni bona prefata sub modis, pactis et condicionibus infrascriptis presentibus donamus et tradimus proprietatis titulo pacifice possidenda, videlicet si

1308 jul. 9.

religiosi viri . . conmendator et fratres ordinis sancte Marie Theutonicorum domus in Marburg omnia bona sua in Yringishusin, videlicet hubam, quam ibidem eorum nomine Henricus dictus Jachin possidet in agris, campis, nemoribus, pascuis atque pratis, cum eodem Johanne pro dictis bonis in Ripperode legittime conmutarint, et ut idem Johannes prefata bona in Yringishusin, ut premittitur, conmutata, postquam fuerit eorum possessionem adeptus, nobis et nostre ecclesie prelibate rite donet et tradat in restaurum premissorum bonorum in Ripperode sibi per nos antea donatorum, que quidem bona in Yringishusin eidem Johanni loco prescriptorum bonorum in Ripperode postmodum in feudum libere concedemus. In quorum omnium testimonium nostrum et dicti nostri conventus sigilla presentibus sunt appensa.

Datum anno domini m°ccc°viii°, vii° idus julii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Beide siegel abgefallen.

148. *Die grafen Gerhard und Marquard von Königsberg genehmigen den verkauf von gütern zu Willershausen an das deutsche haus bei Marburg.* 1308 *aug.* 5.

1308 aug. 5. Nos Gerhardus et Marquardus comites, filii quondam Reynboldi comitis de Koningesberg, recognoscimus et constare cupimus universis presentium per tenorem, quod venditionem factam viris religiosis . . commendatori ceterisque fratribus domus Theotunice apud Marpurg per Henricum dictum Fruman[1]) et suos heredes in bonis sitis in villa Willereshusen ex nostra certa scientia et bona nostra voluntate favorabiliter in honorem beate Elyzabeth admittimus et admisisse recognoscimus in hiis scriptis, renunciantes omnibus questionibus, actionibus et exceptionibus, que nobis in dictis bonis conpetebant seu conpetere poterant nunc vel in futurum. In cujus rei testimonium presentem litteram damus atque dedimus prelibatis fratribus sigilli Gerhardi comitis munimine communitam.

Datum et actum anno domini m°ccc°viii°, nonis augusti.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen. Gedr.: Gudenus Codex 4, 1004.

149. *Der official des propstes von st. Stephan zu Mainz befiehlt dem pfarrer zu Marburg, diejenigen, welche ansprüche auf den patronat der pfarrkirche zu Gossfelden erheben, zu deren nachweisung vor ihm, dem official, aufzufordern, widrigenfalls er den vom deutschen hause bei Marburg präsentirten geistlichen Heinrich Imhof von Marburg als pfarrer zu Gossfelden einsetzen werde.* 1308 *aug.* 26.

1308 aug. 26. Officialis domini . . prepositi ecclesie sancti Stephani Moguntine . .

1) 'Frumam' orig.

plebano in Marpurg salutem in domino. Cum Heinricus clericus, natus Ludewici ex Curia de Marpurg, nobis ad vacantem ecclesiam parrochialem in Goßuelden per mortem quondam magistri Cunradi ejusdem ecclesie rectoris a fratre Heinrico de Pharela conmendatore et fratribus domus Theutonice prope Marpurg, asserentibus se patronos predicte ecclesie, existat legitime presentatus, vobis sub pena suspensionis precipimus firmiter et mandamus, quatinus predictam ecclesiam personaliter accedentes, ibidem auctoritate nostra proclamationem faciatis publice generalem, ut omnes et singuli, qui sua crediderint interesse, super jure patronatus ipsius ecclesie Goßueldin feria tercia proxima post nativitatem beate Marie virginis[1]) conpareant coram nobis, de suo interesse legitime ostensuri. Alioquin dictum H. vel suum procuratorem ejus nomine de cura prelibate ecclesie investiemus, sicut de jure fuerit faciendum. Reddite litteras sigillo vestro sigillatas in signum executionis mandati.

Datum anno domini m°cccviii°, vii° kalendas septembris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Beide siegel abgefallen.

150. *Der von dem deutschen hause bei Marburg für die erledigte pfarrei Gossfelden präsentirte geistliche Heinrich Imhof von Marburg ersucht den official von st. Stephan zu Mainz um seine einsetzung sowie um abweisung seines mitbewerbers Friedrich Vogel.*

1308 *sept.* 7.

Coram vobis domino . . officiali domini prepositi ecclesie sancti Stephani Maguntine dicit et proponit in jure Heinricus clericus, natus Ludewici dicti ex Curia, contra Fredericum dictum Vogel sacerdotem et omnes alios, qui sua crediderint interesse, super ecclesia in Goßuelden, quod cum ipse ad eandem ecclesiam in Gosfelden vacantem per mortem quondam magistri Cunradi ejusdem ecclesie rectoris a . . conmendatore et fratribus domus Theutonice apud Marpurg, ipsius ecclesie veris patronis, qui sunt et fuerunt in possessione vel quasi juris presentandi rectorem ad prefatam ecclesiam, vobis pro rectore existat legitime presentatus, petit idem H., quatenus ipsum de cura ipsius ecclesie in Goßuelden investiatis et in possessionem ejusdem corporalem inducatis, adhibitis circa hoc sollempnitatibus debitis et consuetis, non obstante presentatione, si qua dicitur esse facta de Frederico predicto a Cunrado dicto Vogel, Heinrico et Gumperto fratribus suis ad eandem ecclesiam ac aliorum quorumcunque, cui et quibus super ipsa ecclesia perpetuum silentium petit imponi. Hec dicit et petit cum expensis in lite factis et faciendis, 1308 sept. 7.

1) Septemb. 10.

salvo tamen jure addendi, minuendi, mutandi, corrigendi etc., protestans, quod non astringit se ad probandum omnia et singula premissa, set ad ea tantum, que sibi sufficiunt pro sua intentione fundanda.

Huic . . . . . [1]) respondebitur feria tercia proxima post festum omnium sanctorum [2]), et fuit petitus anno domini m°ccc°viii°, vii° (?) ydus septembris.

Aus dem durch moder sehr beschädigten perg. in Marburg (deutscho.). Dem schlusssatz nach nicht die orig.-eingabe, sondern copie des officials. Siegel abgefallen.

151. *Hermann Zöllner verkauft seinen antheil an einem hofe zu Weimar dem pfarrer zu Marburg.* 1308 *oct.* 8.

1308 oct. 8. Universi presencium conspectores et auditores dinoscant evidenter, quod ego Hermannus dictus Zolnere et Elizabet conjuges cives in Gruneberg conmunicata manu ob nostram utilitatem pro nobis et nostris liberis vendidimus et in presentibus vendimus justo vendicionis titulo nostram partem curie vulgariter dicte der Acherere hoff site in villa Wimere plebano in Marburg perpetue possidendam et habendam. Renunciavimus eciam omni juri et dominio dicte curie, sicut ad nos hactenus liquebat pertinere, omnibus exceptionibus [3]), fraude et dolo penitus exclusis in premissis. Ne autem ulla ambiguitas in posterum a quoquam eveniat vel emergat, sigillum universitatis in dicto opido Gruneberg ad nostras preces presentibus est annexum. Testes ad hoc vocati sunt: dominus Gerwicus plebanus ibidem; dominus Mengotus de Croneberg miles; Johannes Angeli, Th. dictus Dunebir et Conradus Yrmingardis, scabini opidi sepefati.

Datum anno domini m°cccviii°, in vigilia beati Dionisii sociorumque ejus.

Aus dem verblassten orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

152. *Der official des propstes von st. Stephan zu Mainz transsumirt das gesuch des priesters Friedrich Vogel, bewerbers um die pfarrstelle zu Gossfelden, um abweisung seines mitbewerbers Heinrich Imhof zu Marburg und bestimmt beiden parteien einen termin.* 1308 *dec.* 20.

1308 dec. 20. Officialis domini . . prepositi ecclesie sancti Stephani Moguntine. Datum per copiam.

1) vermuthlich 'libello'. 2) nov. 5. 3) 'exp̃nibꝫ' orig.

Coram vobis domino . . preposito ecclesie sancti Stephani Moguntine et vestras in hac parte vices gerente ex parte Friderici dicti Vogel sacerdotis contra Heinricum filium Ludewici de Curia oppidani in Marpurg et ejus intentum excipiendo peremptorie proponitur et dicitur breviter, quod idem H. non est audiendus seu admittendus aliqualiter ad inpediendum eum seu ad opponendum se eidem aut cum eo aliqualiter procedendum coram vobis super ecclesia in Gosfelden vestri archidyaconatus, ad quam ipse Fridericus est pro rectore legitime presentatus, prout in libello suo coram vobis exhibito continetur, et hoc ex eo, quia ipsa ecclesia est curata et parrochialis, ipse quoque H. minor viginti quinque annis, immo, quod plus est, minor sedecim annis existit, propter quod, etiam si a veris patronis presentatus esset pro rectore ad ipsam, quod tamen non est verum, talis presentatio sive collatio sibi facta viribus careret et nulla esset ipso jure, ut probatur extra de electione c. 'licet cano.' li. vi° cum suis concordantiis. Unde cum ipse Fridericus ad ipsam ecclesiam sit ydoneus moribus, scientia et etate, concluditur, quod et supra, et petitur suo nomine, ut pronuntietis, prefatum H. ex causis premissis non esse aliqualiter admittendum seu audiendum ad inpediendum eum seu opponendum se eidem, prout superius est narratum, nec eum ullatenus audiatis, sed potius repellatis, condempnantes sibi eundem H. ratione temere vexationis legitimis in expensis. Offert quoque se predictus Fridericus premissa probaturum et ad probandum petit se humiliter admitti, non astringens se ad probandum omnia et singula premissa, sed ad ea tantum, que sibi sufficere videbuntur.

Ad replicandum autem contra exceptiones predictas feriam quintam proximam post octavam epiphanie domini [1]) ipsis partibus pro termino presentibus assignamus.

Actum anno domini m°ccc°viii°, xiii° kalendas januarii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

153. *Vereinigung zwischen bruder Richolf pfarrer zu Herborn und der gemeinde Breitscheid hinsichtlich der neu gebauten kapelle daselbst und ihres verhältnisses zur kirche von Herborn.* 1309.

Universis presencium inspectoribus innotescat, quod inter nos fratrem Rycholphum plebanum de Herberen ac universitatem ville de Breytscheyt super structura capelle ibidem mediantibus viris subscriptis est in hunc modum concordatum: videlicet quod illi de Breytscheyt sacerdotem 1309.

1) Jan. 9.

apud se tenere poterunt divina celebrantem, si hic erit requisito consilio plebani de Herberen assumendus, ecclesia de Herberen in jure suo in dicta universitate ante structuram capelle hujusmodi habito salva per omnia permanente, nisi forte propter aure distemperanciam seu loci distanciam vel aliud incumbens incommodum petita licencia plebani de Herberen funus ibidem tumuletur. Insuper dicta capella x denarios in recongnitionem obediencie et universitas ibidem maldrum avene solvet annis singulis ecclesie de Herberen memorate. Ceterum ecclesia de Herberen dimidietatem legacionum recipiet infra limites parrochie de Herberen prefate capelle legatarum, nisi plebanus de Herberen ex gracia id dimittat. Huic ordinacioni interfuerunt: frater Otto socius in Herberen, dominus Johannes plebanus in Sconnenbach, dominus Brûno plebanus in Heyrsberg et Fredericus de Mylin canonicus ecclesie Wetflariensis, in quos extitit de dicta ordinacione facienda plenarie conpromissum. Ut autem hec ordinacio firma permaneat et perpetue memorie conmendetur, hanc litteram super ea confectam sigillo opidi Herberen petivimus cum instancia roborari. Nos scabini ac magister opidanorum de Herberen profitemur ad peticionem religiosi ac honesti viri fratris Rycholphi plebani nostri in Herberen ac universitatis ville de Breytscheyt sigillum nostrum nos presentibus appendisse.

Actum et datum anno domini m°ccc°ix.

Aus orig.-perg. mit beschädigtem siegel in Marburg (deutscho.). Das perg. hat eine eigenthümliche, fast dunkelbraune farbe.

154. *Fragment eines zeugenverhörs über das recht des deutschen hauses in Marburg auf den patronat der kirche zu Gossfelden.* 1309 *jan.* 17.

1309 jan. 17. . . . . comendator et fratres contulerunt dicto Cûnrado ecclesiam in Goßueldin et quod nomine dictorum . . comendatoris et fratrum dictus C. hujusmodi ecclesiam ad tempora vite sue pacifice possedit. Hoc scit ex eo, quia fuit parrochianus suus. Dicit etiam, quod dicti . . comendator et fratres reputantur ab omnibus hominibus ville Goßueldin pro patronis veris dicte ecclesie. Requisitus, qualiter habeant jus presentandi dicti . . conmendator et fratres, dicit se nescire. Dicit etiam, quod temporibus suis, et est quinquaginta annorum, nunquam aliquis ad dictam ecclesiam fuit presentatus, nisi dictus C. mortuus et ipse Heinricus clericus nunc vivens. De fama nichil loquitur requisitus. Dicit se non subornatum, non collatum nec instructum nec munere corruptum etc. negat.

Item Heinricus dictus Kellenbechere quintus testis, juratus et requisitus super primo articulo, dicit ipsum esse verum, quia novit ipsum

C. et scit, quod fuit verus rector ecclesie, et dicit ipsum esse mortuum. Item requisitus super secundo articulo dicit ipsum esse verum ex communi fama. Item requisitus super tertio articulo dicit ipsum esse verum. Requisitus, qualiter dicti . . conmendator et fratres habeant jus hujusmodi, dicit, ex eo, quia Hartradus de Goßueldin habuit quedam bona et judicium in Goßueldin, quibus jus patronatus est annexum, et ille Hartradus dedit eadem bona dictis . . conmendatori et fratribus et reddidit se ordini ipsorum et postmodum dicti . . comendator et fratres intromiserunt se de jure patronatus dicte ecclesie et adhuc sunt in possessione ipsius. Item requisitus super quarto, quinto et sexto articulis dicit ipsos esse veros ex eo, quia vidit, quod prefatus C. nunc mortuus ductus fuit in possessionem ipsius ecclesie et scit pro vero, quod ex presentatione ipsorum . . comendatoris et fratrum predictorum, quia id communiter dicebatur. Vidit eciam predictum C. ad tempora sue vite possidere pacifice dictam ecclesiam bene viginti septem annis. Item requisitus super septimo et octavo articulis dicit eos esse veros, sicut jacent, quia scit pro vero, quod ipse C. tenuit . . comendatorem et fratres pro patronis veris et quod communiter habeantur adhuc pro patronis dicte ecclesie in locis in articulis expressis. Item requisitus super nono et decimo articulis dicit esse publicam vocem et esse notoria ea, que predixit. In dictis locis dicit se esse colonum . . conmendatoris et fratrum predictorum. Dicit se non subornatum etc. negat.

Item Arnoldus sextus testis juratus et requisitus concordat per omnia cum Hermanno fratre suo, teste secundo.

Habitis itaque attestationibus premissis pro publicatis ad excipiendum autem [1]) in dicta testium et personas prescriptas feriam quintam proximam post dominicam Letare [2]) ipsis partibus pro termino presentibus assignamus.

Actum anno domini m°ccc°ix°, xvi° kalendas februarii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Letztes blatt eines längeren rotulus. Siegel abgefallen.

155. *Der priester Friedrich Vogel und der geistliche Heinrich Imhof wählen schiedsrichter zum austrag ihres streites über die pfarrei Gossfelden.* 1309 (*nach jan.* 17).

Nos Fridericus dictus Fogil sacerdos et Henricus clericus, natus Ludewici ex Curia magistri civium in Marpurg, ad universorum tam presencium quam futurorum litteras presentes inspiciencium noticiam cupimus pervenire, quod [cum] inter me Fridericum ex una et me Henricum 1309 (nach jan. 17).

1) 'aut℣' orig. 2) März 13.

ex parte altera super ecclesia in Gosfelden coram honorabili viro domino . . officiali domini . . prepositi ecclesie sancti Stephani Moguntine questio seu discordia verteretur, nos accedente consensu et bona voluntate nostrorum patronorum in religiosos viros fratrem Volpertum plebanum in Marpurg et fratrem Gobulonem conmendatorem ordinis hospitalis sancte Marie Jerosolimitani, in fratrem Ludewicum de Frankenberg et fratrem Bertholdum de Kassele ordinis Minorum in Marpurg tanquam in arbitros, arbitratores seu amicabiles conpositores super hujusmodi questione et discordia conpromisimus et tenore presentium conpromittimus in hunc modum: ita videlicet, quod predicti arbitri, arbitratores seu amicabiles conpositores nos super ecclesia prefata omni loco et tempore, diebus feriatis vel non feriatis, stando vel sedendo concordare et conplanare possint et debeant in jure, patronorum nostrorum juribus ante omnia inquisitis; promittentes invicem bona fide, quidquid predicti arbitri, arbitratores seu amicabiles conpositores inter nos super questione seu discordia prefata ecclesie in Gosfelden pronunciaverint, statuerint, ordinaverint seu fuerint arbitrati, nos firmiter tenere, conplere et sub fide, quam loco juramenti invicem dedimus, inviolabiliter observare. In quorum omnium testimonium sigilla discretorum virorum domini . . plebani in Marpurg, . . gardiani et scabinorum ibidem apponi procuravimus huic scripto. Et nos frater Volpertus plebanus predictus, frater Bertoldus gardianus et nos scabini universitatis in Marpurg recognoscimus ad preces et rogatum predictorum Friderici et Henrici sigilla nostra presentibus appendisse in testimonium validum omnium premissorum. Hujus rei testes sunt: Crafto dictus Rode miles, Widekindus de Kalderen, Gunpertus frater ejus, Ludewicus de Gosfelden, Hermannus de Walgeren; Ludewicus ex Curia, Arnoldus de Gambach, Rudegerus senior, Ruclo Angeli, Johannes Monetarius, Echardus Kol, Hartungus Brvningi et Lucco dictus Zan, scabini in Marpurg, et alii quam plures fide digni.

Datum et actum anno domini m°ccc°ix°

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Die drei siegel stark beschädigt.

156. *Genannte schiedsrichter in dem streite zwischen dem priester Friedrich Vogel und dem geistlichen Heinrich Imhof wegen der pfarrei Gossfelden bestimmen, dass letzterer die pfarrei erhalten, ersterer aber sein vicar sein solle.* 1309 (*nach jan.* 17).

1309 (nach jan. 17). In nomine domini, amen. Nos Folpertus plebanus in Marpurg, Gobulo conmendator in Stedebach fratres ordinis sancte Marie hospitalis Iherosolimitani domus prope Marpurg, Ludewicus de Vrankenberg et Bertoldus de Cassele fratres ordinis Minorum ibidem, arbitri, arbitra-

tores seu amicabiles conpositores in causa, que inter dominum Fridericum dictum Fogil sacerdotem ex una, et Henricum clericum, natum Ludewici ex Curia magistri civium in Marpurg, ex parte altera coram honorabili viro domino . . officiali domini . . prepositi ecclesie sancti Stephani Moguntine hactenus vertebatur, a Friderico et Henrico predictis de consensu et bona voluntate eorum concorditer electi, tam presentibus quam futuris litteras has inspecturis cupimus fore notum, quod nos visis et consideratis diligentius juribus parcium predictarum ex vigore conpromissi in nos sponte suscepti arbitramur et pronunciamus declarando de scitu et bona voluntate tam Friderici quam Henrici ipsum Henricum nunc presentatum ad ecclesiam in Gosfelden investiendum esse per . . officialem antedictum de cura ecclesie prelibate, dicto Friderico, Henrico, Gumperto et Conrado necnon heredibus eorum [super] jure presentandi de cetero rectorem ad ipsam ecclesiam in Gosfelden perpetuum silencium inponentes; qui Henricus, Conradus et Gumpertus coram nobis constituti omni juri presentandi ad ecclesiam antedictam, si quod eis conpetiit vel conpetere potuit ac eorum heredibus, renunciaverunt et renunciant precise in hiis scriptis. Item arbitrando pronunciamus virtute conpromissi predicti memoratum Fridericum esse debere vicarium Henrici sepedicti in ecclesia in Gosfelden, quamdiu bene et laudabiliter se tenuerit et quousque idem Henricus ad ordinem sacerdocii promotus fuerit vel residenciam in predicta ecclesia facere voluerit personalem. Insuper arbitrando pronunciamus sepedictum Henricum decimam agnellorum, qui pascuntur in curia predictorum Henrici, Conradi et Gumperti, colligere et percipere debere et eandem, quamdiu prefatus Fridericus suus vicarius fuerit in ecclesia antedicta, jam dictis suis fratribus reddere et presentare debere sine prejudicio ecclesie memorate. In cujus rei testimonium et in evidenciam prescriptorum pleniorem presentem litteram damus atque dedimus sigillorum . . plebani, . . gardiani atque universitatis in Marpurg munimine sigillatam cum testimonio Craftonis dicti Roden militis, Widenkindi et Gumperti fratris sui de Kalderen, Ludewici de Gosfelden armigeri, Hermanni de Walgeren; Ludewici ex Curia magistri civium, Rudegeri senioris, Ruclonis Angeli, Arnoldi de Gambach, Echardi Koles, Johannis Monetarii, Hartungi Brvningi, Lucconis dicti Zan, et aliorum quam plurium fide dignorum.

Datum et actum anno domini m°ccc°ix°

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel: 1) stadt Marburg. 2) oval; priester am altar, einen kelch emporhebend; umschr.: SIGILLVM · PLEBANI · IN · MAR . . . 3) oval; Maria mit dem kinde; umschr.: S ·' FRATRVM · MINORVM · IN · MARBVRG ·

157. 1309 (1310) *märz.*

1309 (1310) märz. Ego Syfridus dictus Kozcil pistor, civis Wetflariensis, conmunicata manu Gysele mee uxoris legitime vendidi Henrico dicto de Lempe, Demudi sue uxori civibus Wetflariensibus dimidiam marcam denariorum annui census usualis monete et duos pullos carnispriviales ex domo mea propria sita infra muros Wetflarienses in curia dicta der Orenhob, quondam matris mee hereditati et domui mee ibidem site et domui quondam Gernandi pellificis in medio contigua, in die beati Martini persolvendam annuatim pro novem marcis preter dimidiam marcam denariorum numerate pecunie. Pro quo censu sane solvendo obligavi prenominatis conjugibus duos solidos Coloniensium denariorum annui census ex domo et hereditate mea quam nunc possideo predicta pro subpignore, quod undirpant volgariter nuncupatur. In cujus rei testimonium et robur sigillum civitatis Wetflariensis meis et uxoris mee precibus litteris presentibus est appensum. Testes: Ernestus de Nuueren, Gerlacus Cimmerman, scabini civitatis predicte.

Datum anno domini m°ccc°ix°, mense marcio.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

158. *Der official des propstes von st. Stephan zu Mainz beauftragt den pfarrer zu Oberwalgern, den ihm von dem deutschen hause bei Marburg präsentirten und von ihm investirten geistlichen Johann in die pfarre zu Hassenhausen einzuführen.*

1309 *märz 12.*

1309 märz 12. . . Officialis domini . . prepositi ecclesie sancti Stephani Moguntine . . plebano in superiori Walgeren salutem in domino. Cum Johannes clericus nobis ad ecclesiam parrochialem in Hoßenhusen a veris ipsius ecclesie patronis, scilicet . . conmendatore et fratribus domus Teuthonice prope Marpurg, legittime [sit] presentatus, eundem premissa proclamacione investiverimus, et nunc sic ipsum presentibus investimus, mandantes vobis, quatenus eum a nobis, ut premisimus, investitum ducatis in possessionem ipsius ecclesie corporalem, facientes sibi a fructibus, redditibus et obvencionibus tamquam vero rectori integraliter responderi, adhibitis circa premissa sollempnitatibus debitis et consuetis.

Datum anno domini m°ccc°ix°, iiii° idus marcii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel rund; heiliger, welcher gesteinigt wird; umschr.: S ·’ OFFIC · PPTI · ECCE · S · STEPHI · MAGVNT ·

159. *Bertradis wittwe des Marburger bürgers Rudolf von Rüdigheim schenkt dem deutschen hause bei Marburg ihren hof in Kölbe.* 1309 *märz 12.*

Quia in brevi tempore humana labitur et transit memoria, idcirco 1309
de hiis, que coram modernis aguntur, ne oblivionem intercidant, publica märz 12.
fieri permittimus instrumenta. Hinc est, quod ego Bertradis relicta Rudolpi dicti de Rudinkeim quondam civis in Marpurg una cum filia mea Bertradi legitima tenore presencium publice profitemur et constare volumus universis, quod ex deliberacione matura prehabita, saluti animarum nostrarum consulere volentes ac incertam horam mortis certa rerum nostrarum disposicione cupientes juxta sapientis consilium salubriter prevenire, ad honorem dei omnipotentis et gloriose virginis matris ejus Marie et beate Elyzabet, in remedium ac salutem animarum nostrarum damus et dedimus irrevocabiliter donacione inter vivos honestis et religiosis viris . . conmendatori et fratribus domus Teuthonice apud Marpurg bona nostra seu curiam nostram in Kulbe sitam in puram et perpetuam elemosinam pure et simpliciter propter deum proprietatis titulo quiete et pacifice in perpetuum possidendam cum omni eo jure et dominio, quo ad nos dicta bona seu curia fuerat ex porcione hereditaria devoluta, accedente ad hoc consensu benivolo et voluntate magistri Ludewici medici de Batthenuelt fratris mei et ipso nobiscum renunciante dictis bonis simpliciter et expresse, quod et ego magister Ludewicus jam predictus fateor esse verum. Transtulimus quoque et transferimus in hiis scriptis in jam dictos fratres quidquid juris in proprietate, possessione et dominio in dictis bonis habuimus usque modo, renunciantes eciam omni ordinacioni vel inmutacioni, quam circa predicta bona vellemus vel possemus facere in futurum. In cujus rei testimonium memoratis fratribus presentem litteram dedimus et eandem petivimus sigillo civitatis civium in Marpurg firmiter roborari. Nos quoque scabini et cives in Marpurg predicti recognoscimus, ad preces predictorum, videlicet Bertradis et Bertradis sue filie ac eciam ipsius magistri Ludewici, nostrum sigillum presentibus [1]) appendisse in testimonium premissorum. Testes sunt: Ludewicus ex Curia magister civium, Rukelo senior, Rukelo Angeli, Johannes Monetarii, Ekehardus Kol, Hartungus Bruningi, Ludewicus Dens, scabini, et quam plures alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc°ix°, iiii° idus marcii.

Aus dem beschädigten orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

---

1) 'duximus' folgt hier im orig.

160. 1309 *märz* 29.

1309 märz 29. Ego Conradus Crawe scabinus Wetflariensis conmunicata manu Gude mee legitime uxoris vendidi Ebirhardo de Herlisheim, Elizabet sue uxori, Henrico fratri ejus, Cristine uxori sue, Conrado de Dudinhoben suo sororio, Luchardi ejus uxori, pueris et heredibus quondam Ebirhardi de Herlisheim, viginti solidos Coloniensium denariorum annui redditus et census ex domo quondam Henrici dicti Crawe mei sororii in der Loingazcen sita, quam nunc Irmendrudis relicta quondam predicti Ebirhardi de Herlisheim, mater et socrus predictorum emptorum, possidet, persolvendos cum duobus pullis carnisprivialibus annis singulis, [marc]am videlicet in nativitate domini et octo solidos Coloniensium denariorum in annunciacione beate virginis Marie annuatim, pro triginta marcis et duabus marcis denariorum numerate pecunie. In cujus rei testimonium et robur sigillum civitatis Wetflariensis meis et uxoris mee precibus litteris presentibus est appensum. Testes: Ernestus de Nuueren, Hartradus de Herlisheim, Johannes Beyer, scabini civitatis predicte.

Datum anno domini m°ccc°ix°, in vigilia pasche.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

161. *Johannes Wilhelmi verkauft dem deutschen hause zu Marburg seine güter zu Niederwald.* 1309 *jun.* 1.

1309 jun. 1. Noverint hujus scripti auditores, quod ego Johannes Wilhelmi cum consensu filii mei Johannis necnon aliorum heredum meorum omnium vendidi . . comendatori domus Teutunice in Marcbûrch necnon fratribus universis et conventui ibidem bona mea sita in villa que dicitur Nyderenwalde eodem jure, quo dicta bona habui et possedi et ad me existunt devoluta, titulo proprietatis cum omnibus usufructibus perpetue possidenda. Nichilominus constituo ipsis Hermannum dictum Walth et Deytmarum dictum de Selheym cives in Ameneburch pro fidejussoribus, quod ceteri pueri mei, qui adhuc sunt minores annorum, cum ad annos maturos pervenerint, ut omni juri, quod in dictis bonis sibi vendicare possent, renuncient contradictione qualibet non obstante. Quod si non fecerint, iidem fidejussores arbitrati sua pignora, dum requisiti fuerint super defectu hujusmodi, ministrare [debent]. Testes hujus rei sunt: Gerlacus miles de Linne, Adolfus, Hermannus, Guntramus de Nordecken, castrenses in Ameneburch; Henricus de Fronhusen, Hupertus Amelungi, Hartmannus Clette, Ospertus, Petrus de Selhem, scabini in Ameneburch. Et quia proprio careo sigillo, petivi presens scriptum sigillo scabinorum in Ameneburch fideliter communiri.

Datum anno domini m°ccc°ix°, kalendis junii.

Aus orig.-perg. mit siegel in Marburg (deutscho.).

162. *Ritter Brandan von Kalsmunt verkauft dem deutschen hause bei Marburg einkünfte zu Bruningsberg und einen acker bei Altenstädten.* 1309 *jul.*

Omnibus hanc litteram visuris seu audituris innotescat, quod ego 1309 jul.
Brandanus miles de Kalsmunt conmunicata manu Methildis mee uxoris legitime vendidi, dedi, vendo et do vere proprietatis titulo in hiis scriptis viris religiosis . . conmendatori et fratribus domus Theutonice apud Marburg unum maldrum tritici annue pensionis et duos pullos carnispriviales et sex solidos denariorum levium preter iiii denarios cedentes in villa de Bruningisberg, de qua pensione sive censu Hartmannus filius Hezcechini solvere tenetur dimidium maldrum et iiii solidos cum pullo carnispriviali, et Guntramus solvit dimidium maldrum et viginti denarios cum uno pullo carnispriviali. Item vendidi prenominatis . . conmendatori et fratribus agrum unum situm sub villa Aldinstedin habendum et colendum percipiendumque cum predicta pensione in perpetuum pro decem et octo marcis denariorum numerate pecunie michi tradite penitus et pagate. In cujus rei testimonium et robur sigillum civitatis Wetflariensis meis et uxoris mee precibus litteris presentibus est appensum. Hujus facti testes sunt: Conradus de Kazcenvort, Rulo Reye, Gerlacus Cimerman, scabini, et alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc°ix°, mense julio.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

163. *Giselbert Imhof zu Herborn nimmt vom pfarrer daselbst güter des deutschen ordens auf zwölf jahre in pacht.* 1309 *sept.* 21.

Nos Giselbertus et Fige dicti in Curia cives in Herberin publice pre- 1309 sept. 21.
sentibus profitemur, quod dominus Richolfus plebanus in Herberin concessit specialiter nobis et non nostris heredibus duodecim annis, si tam diu vixerimus, bona ordinis domus Theutunice, que Heinricus Synege et Gerdrudis quondam a predicto ordine possidebant, pro tercia parte omnium frugum, qui de predictis bonis potuerint provenire; attamen, quod prenominati fruges in nostro horreo debent triturari, et ipsi R. plebano vel suo successori tercia pars predictorum frugum per mensuram debitam nostris laboribus ad ipsius domum singulis annis integraliter assignetur; hoc incluso, quod predicta bona quinquaginta plaustris fimi singulis annis fimare debemus durante termino supradicto. Cujus rei testes sunt: Johannes in Ponte et Giselbertus Rufus, magistri civium, C. dictus Zunzel, Hermannus de Gehoffte, C. de Herbach, scabini, et quam

plures alii fide digni. Nos Johannes et Giselbertus magistri civium prefati cum ceteris scabinis ad instanciam predictorum conjugum G. et F. hoc scriptum sigillo civitatis Herberin roboramus in testimonium premissorum.

Datum anno domini m°ccc°ix°, in die beati Mathei apostoli.

Aus orig.-perg. in Wiesbaden (Dillenburger archiv). Auf dem schön erhaltenen runden siegel fünf thürme, darunter ein heiliger auf einem throne, in der rechten einen schlüssel, die linke auf ein buch gestützt, ihm zu seiten zwei betende gestalten, zu deren häupten rechts WAL, links OTTO steht; umschr.: SIGILLVM · CIVITATIS · HERBERE ·

164. 1309 *sept.* 23.

1309 sept. 23. Ego Otto de Sygene canonicus ecclesie sancti Petri Maguntini (!) vendidi Johanni fratri meo rectori ecclesie in Sygene meam partem molendine (!) in Sygene una cum ceteris censibus ac bonis quibuscunque in opido Sygene et in terminis ipsius sitis ubicunque pro quadraginta quatuor marcis denariorum, tribus hallensibus pro denario quolibet conputatis. In cujus rei testimonium predicto Johanni fratri meo dedi presentem litteram meo sigillo proprio sigillatam.

Actum presentibus Ottone de Vlachte canonico ecclesie sancti Petri prefate ac Friderico de Milne canonico ecclesie Wetflariensis, anno domini millesimo ccc°ix°, feria tercia post festum beati Mathei apostoli.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel oval; st. Peter mit buch und schlüssel; umschr.: S ·' OTTONIS · CAN · ECCE · S · PET · MAGV . .

165. *Erzbischof Peter von Mainz benachrichtigt den decan zu Kesterburg, dass er auf bitten der brüder des deutschen hauses zu Marburg die errichtung eines von dem verstorbenen pfarrer Konrad von Gossfelden in der kirche daselbst gestifteten altars genehmigt habe. Amöneburg* 1309 *oct.* 12.

1309 oct. 12. P. dei gracia sancte Maguntine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius . . decano capituli in Kesterborg salutem in domino. Piis ac devotis commendatoris et fratrum Theutonicorum domus in Marcborg, quibus magister Conradus olim rector ecclesie in Gosuelde in extremis commisit execucionem sue bone et ultime voluntatis, favorabiliter inclinati supplicacionibus, assentimus auctoritate diocesana, ut in ecclesia supradicta novum altare ad honorem dei, beati Petri apostoli et beate Elizabet de bonis, que prefatus magister C. reliquisse dinoscitur, erigatur, instruatur et dotetur secundum defuncti pre-

dicti laudabilem voluntatem ac ydoneo sacerdoti per rectorem ejusdem ecclesie ad presentacionem predictorum . . commendatoris et fratrum nunc in principio faciendam absque rectoris prefate ecclesie, archidiaconi et cujuslibet juris prejudicio alicui canonice conferatur.

Datum Ameneburg, anno domini m°ccc°ix°, quarto idus octobris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

166. *Heinrich Fende von Assenheim verkauft dem deutschen hause bei Marburg güter zu Obermörlen.* 1309 *dec.* 23.

Notum sit presencium inspectoribus et auditoribus universis, quod ego Henricus dictus Fende, filius strenui militis Henrici dicti Fende de Assenheim pie memorie, recognosco in hiis scriptis coram omnibus et singulis publice profitendo, me vendidisse justo vendicionis titulo et tradidisse pro triginta et novem marcis denariorum pecunie michi numerate et solute bona mea subscripta, videlicet curiam dimidiam sitam in villa dicta obern Morle cum dimidio orto adjacente et unum mansum terre arabilis attinentem eidem curie, situm in terminis ville ejusdem, que quidem bona hactenus solvebant annuatim septem maldra siliginis, quatuor solidos legalium denariorum, unam aucam et tres pullos, religiosis viris . . conmendatori et fratribus domus Theutonice apud Marthpurg proprietatis titulo perpetuo possidenda. Testes hujus sunt: honesti viri Henricus de Dorheim et Gerwinus de Rospach, scabini; Henricus dictus Berne senior et Gobelo de Rospach, consules in Friedeberg. Ut igitur prescripta robur debite firmitatis optineant, sigillum opidanorum Friedebergensium ad preces parcium presentibus est appensum. 1309 dec. 23.

Datum anno domini m.ccc.ix., x. kalendas januarii.

Aus nr. 520 (528) des Marburger copialbuches in Wien.

167. *Der official des propstes von st. Stephan zu Mainz entscheidet einen streit zwischen den priestern Konrad von Hatzfeld und Johann von Lasphe um die pfarre zu Wehrda, zu welcher ersterer von dem deutschen hause zu Marburg, letzterer von dem landgrafen Otto von Hessen präsentirt war, zu gunsten des ersteren.* 1310 *märz* 16.

In nomine domini, amen. . . Officialis domini . . prepositi ecclesie sancti Stephani Moguntine universis Cristi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in domino. Noveritis, quod cum inter Conradum de Hatzfelt ex una et Johannem de Lasphe sacerdotes ex parte 1310 märz 16.

altera lis et questio super ecclesia parrochiali in Werde coram nobis verterentur, libellos sibi mutuo obtulerunt in hec verba:

Coram vobis domino . . officiali domini . . prepositi ecclesie sancti Stephani Moguntine dicit et proponit in jure Conradus sacerdos de Hatzfelt contra Johannem de Lasphe sacerdotem ac omnes alios, qui sua crediderint interesse, quod cum ipse Conradus ad ecclesiam in Werde ex libera resignatione Ruperti sacerdotis quondam ejusdem rectoris vacantem a veris ipsius ecclesie patronis et qui sunt et hactenus fuerunt in possessione vel quasi juris presentandi rectorem ad eandem [1]) sit vobis domino . . officiali predicto gerenti in hac parte vices domini . . prepositi antedicti canonice presentatus, petit, quatinus ipsum Conradum de cura ecclesie prelibate, prout ad vestrum spectat officium, dignemini sententialiter investire, adhibitis circa hoc sollempnitatibus debitis et consuetis, inducentes nichilominus eundem Conradum in possessionem dicte ecclesie corporalem, non obstante contradictione prefati Johannis vel aliorum quorumcunque se dicto Conrado super ipsa ecclesia indebite opponentium, quibus petit idem Conradus perpetuum silentium per vos inponi super ecclesia memorata. Hec dicit et petit cum expensis in lite factis et faciendis, salvo sibi jure addendi, minuendi, mutandi, corrigendi etc. Protestatur etiam, quod non astringit se ad probandum omnia et singula premissa, sed ad ea tantum, que sibi sufficiunt pro sua intentione fundanda.

Huic libello respondebitur feria quinta proxima post dominicam Jubilate [2], et fuit petitus anno domini m°ccc°ix°, vi° idus aprilis [3]).

Item Johannes predictus suum libellum edidit in hec verba:

Coram vobis domino . . officiali domini . . prepositi ecclesie sancti Stephani Moguntine dicit et proponit in jure Johannes de Lasphe sacerdos contra Conradum viceplebanum de Hatzfelt ac omnes alios, qui sua crediderint interesse, quod cum ipse ad ecclesiam parrochialem in Werde vacantem ex libera resignatione Ruperti de Rengershusen per dominum et nobilem virum dominum Ottonem filium quondam domini H. langravii terre Hassie sit legittime presentatus vobis domino . . officiali, ad quem de consuetudine hactenus observata institutio ad dictam ecclesiam pertinet, quare petit prefatus Johannes, quatinus ipsum ad dictam ecclesiam admittentes, ipsum investiatis de eadem et in eandem ecclesiam et ipsi curam porrigatis dicte ecclesie animarum, mittentes ipsum in possessionem dicte ecclesie corporalem, adhibitis sollempnitatibus debitis et consuetis, non obstante presentatione de

1) Vom deutschen hause zu Marburg; vgl. 1, 83 nr. 97.
2) Apr. 24. 3) Apr. 8.

dicto Conrado a non patronis facta, si presentatio dici potest; cui Conrado perpetuum silentium per vos inponi petit actor memoratus. Hec dicit — fundanda [1]).

Huic libello respondebitur feria quinta proxima post dominicam Jubilate, et fuit petitus anno domini m°ccc°ix°, vi° idus aprilis.

Lite igitur super libellis hujusmodi legittime contestata ac jurato de calumpnia et veritate dicenda a partibus hinc inde posito et responso, receptis etiam testibus juratis, quos utraque pars pro sua intentione fundanda producere voluit et produxit, ac eis examinatis diligenter et dictis eorundem testium in scriptis redactis et publicatis eisdem, propositis etiam ex parte predicti Johannis quibusdam exceptionibus peremptoriis contra Conradum predictum, quas cum in termino sibi statuto minime probaret, sibi viam de cetero probandi exceptiones hujusmodi preclusimus, ac demum concluso in dicta causa de procuratorum partium voluntate, statuto nichilominus ipsis partibus per nos termino, videlicet feria quinta proxima post purificationem beate Marie virginis [2]), ad diffinitivam sententiam audiendam et ea usque in feriam secundam post dominicam Reminiscere [3]) de die in diem prorogata, nos visis utriusque partis testium attestationibus et probationibus eisque perscriptis diligentius et intellectis, prudentum communicato consilio ac penes nos deliberatione prehabita diligenti, quia invenimus predictum Conradum intentionem suam melius fundavisse, ipsum ad dictam ecclesiam in Werde admittimus et de cura ejusdem per hanc nostram diffinitivam sententiam in nomine domini presentibus investimus, ipsi Johanni et omnibus aliis, qui se dicto Conrado super ipsa ecclesia opposuerunt, perpetuum silentium inponendo. Comdempnamus nichilominus predictum Johannem ipsi Conrado in expensis legittimis in lite factis, quarum taxationem nobis in posterum reservamus.

Lata est hec sententia anno domini m°ccc°x°, xvii° kalendas aprilis.

Aus orig.-perg. mit wohl erhaltenem siegel in Marburg (deutscho.).

168. *Klage des anwaltes des deutschen hauses zu Marburg vor dem scholasticus zu Wetzlar als dem vom papst bestimmten richter gegen Rudolf von Bentref wegen verschiedener beeinträchtigungen.* 1310 *zwischen apr. 4 und 29.*

Coram vobis domino . . scolastico ecclesie Wetflariensis judice a sede apostolica delegato dicit et proponit in jure . . sindicus seu procurator religiosorum virorum . . conmendatoris et fratrum domus Teu- 1310 zwischen apr. 4 u. 29.

1) Wie am schlusse des ersten libells. 2) Febr. 5. 3) März 16.

thonice in Marpurch contra Rûdolfum de Bentref, quod ipse fecerit dampna dictis . . conmendatori et fratribus in agris suis sitis prope villam Bentref jam per annum arando et occupando minus juste; item quod predictus R. dampna fecerit predictis . . conmendatori et fratribus in campo, qui vulgariter meineweyde nuncupatur, contra justiciam; item quod predictus R. dampna fecerit predictis . . conmendatori et fratribus in lignis suis secando et deducendo minus juste, que estimant ad quinque marcas denariorum Coloniensium, prout hec, si negata fuerint, . . sindicus prefatus se offert legitime probaturum. Quare petit, cum vobis de premissis constiterit, eundem ad satisfaciendum de predictis debitis per vos sententialiter condempnari et censura qua convenit ad id conpelli. Hec dicit et petit salvo sibi jure addendi, minuendi, mutandi, corrigendi etc. Petit eciam expensas in lite factas et protestatur de faciendis. Protestatur eciam, quod non astringit se ad probandum premissa omnia et singula, sed que probaverit sibi tantum prosint tamquam plura non fuerint proposita quam probata.

Oblatus fuit libellus consimilis parti adverse sabbato proximo ante dominicam qua cantatur Judica me [1]), cui respondebitur feria quarta proxima post dominicam Quasimodo geniti [2]), anno domini m°ccc° decimo.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Dem schlusse nach nicht das original-klaglibell, sondern transsumpt des adressaten. Siegel abgefallen.

169. *Abt und convent zu Fulda beendigen ihren streit mit dem deutschen hause zu Marburg wegen eines hauses und hofes zu Fulda in der weise, dass sie gegen verzicht auf die gehabten kosten diese besitzungen behalten.* 1310 *jun.* 16.

1310 jun. 16. Nos Heinricus dei gracia abbas necnon . . decanus et conventus ecclesie Fuldensis recognoscimus et tenore presencium publice profitemur, quod deliberacione et tractatu inter nos prehabitis, de communi consensu in causa, que inter nos ex parte una super quibusdam domo et curia, que fuerunt quondam Johannis dicti Copin, et suis pertinenciis sitis in opido nostro Fuldensi, necnon inter religiosos viros . . conmendatorem et fratres domus in Marcburg ordinis sancte Marie Theutonicorum Maguntine diocesis jam dudum ex parte altera vertebatur, nos retentis nobis domo et curia prelibatis, omnibus expensis ex parte nostra factis in causa prefata, actis et processibus quibuscunque in eadem causa coram quibuscunque judicibus ordinariis, delegatis aut subdelegatis, quacunque auctoritate fungentibus pro nobis habitis vel prolatis necnon omni juri, pe-

1) Apr. 4. 2) Apr. 29.

ticioni et actionibus nobis super dictis expensis, actis et processibus conpetentibus renunciavimus et renunciamus publice in hiis scriptis, profitentes expresse nos et omnes eos, quos ex parte nostra dicta causa seu questio contingebat vel contingere potuit, fore cum predictis . . commendatore et fratribus ac omnibus dictam causam contingentibus ex parte ipsorum amicabiliter concordatos. Testes hujus sunt: dilecti in Cristo filii Marquardus decanus ecclesie nostre predicte, Hermannus sancte Marie, Bertoldus sancti Johannis monasteriorum prope Fuldam prepositi, Bertoldus plebanus in Heinebach; religiosi viri Siffridus de Midebeke, Hermannus de Nithartshusin, Cunradus Suindelebin, fratres domus in Marcburg predicte; strennuus miles Wigandus de Lůdere; prudentes viri Gerlacus Spiser, Wigandus Tacstel et Heinricus Jordan, cives Fuldenses, et quam plures alii fide digni. In quorum omnium evidenciam et perpetui roboris firmitatem nostri Heinrici abbatis necnon conventus ecclesie Fuldensis premisse sigilla presentibus duximus appendenda.

Datum et actum anno domini millesimo ccc^{o}x^{o}, xvi. kalendas julii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Beide siegel abgefallen.

170. *Das deutsche haus bei Marburg beurkundet, dass schwester Gertrud von Fulda einkünfte zu Eilo erkauft und dem hospitale des hauses überwiesen habe. Marburg* 1310 *jun.* 30.

Nos frater Henricus de Varila ordinis domus Theutonice prope Marburg commendator ceterique fratres ibidem professionis ejusdem recognoscimus et tenore presencium publice protestamur, quod soror Gerdrudis dicta de Wlda justa racione et empcionis ac vendicionis hinc inde tytulo interveniente penes Henricum dictum Butanz de Eylo ibidem in Eilo jugeres (!) quatuor conparavit, de quibus idem Henricus eidem Gerdrudi dimidium maldrum siliginis dabit annue pensionis; insuper quatuor solidos cum una auca Mychaeli solvenda de sua curia emit; quam quidem pensionem hospitali donavit legittima donacione inter vivos, procuratorem ipsorum infirmorum corporalem ponens in possessionem ejusdem, ut eadem pensio post mortem ipsius predictis infirmis pro remedio ipsius Gerdrudis animarumque suorum progenitorum perpetue cedat pro refectione et consolacione speciali. Ut autem hec omnia et singula maneant inconvulsa, presentem cedulam sigillo nostro duximus roborandam.

1310 jun. 30.

Datum et actum in Marburg, anno domini m^{o}ccc^{o}x^{o}, ii. kalendas julii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

171. *Frankfurt* 1310 *jul.* 20.

1310 jul. 20. Nos P. dei gracia sancte Maguntine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius, Frederico clerico dicto Rausten vendendi quartam partem advocacie in Munichousen de assensu et consciencia celerarii nostri in Ameneburg liberam concedimus facultatem, ita quod non extraneo, set tantum civibus nostris opidanis in Ameneburg predicta bona vendere debeat.

Datum Franchenfort, anno domini millesimo ccc⁰ decimo, tredecimo kal. augusto (!).

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

172. 1310 *jul.* 22.

1310 jul. 22. Ego Frydericus clericus dictus Rausteyn quartam partem advocacye mee in villa Monichusen, item in eadem villa omnia bona mea cum omnibus proventibus, qui actenus me respiciebant ex morte pariter[1]) meorum jure hereditario, Hartmanno dicto Klethe et Mecthyldi sue collaterali vendidi. Ego Hartmannus et Mecthyldis mea collateralis volumus, ut post obytum nostrum predicta bona ad nullos alios nostros heredes divolvantur, set specialiter ad Rylyndym filiam nostram et suos heredes. Ad peticionem parcium predictarum nos scabyni in Ameneburg sigillum nostrum presentibus duximus adponendum. Testes: Brunwardus cellerarius domini . . Maguntini in Ameneburg; Wygandus de Marthorf, Syfridus, armigeri; Hermannus dictus Zain, Hupertus dictus Amelunc, scabyni in Ameneburg; Heinricus dictus Oleyslegere, Tithmarus filius Heinrici de Selheym, Frydericus dictus Tichtere et Arnoldus dictus Osterman.

Datum anno domini millesimo trecentesimo decimo, in die beate Marie Magdalene.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

173. *Der official des propstes von st. Stephan zu Mainz beauftragt decan und kämmerer zu Amöneburg, den geistlichen Volpert in die pfarrei Seelheim einzuführen.* 1310 *jul.* 29.

1310 jul. 29. . . Officialis domini . . prepositi ecclesie sancti Stephani Moguntine discretis viris . . decano et . . camerario sedis in Ameneburch salutem in domino. Ad ecclesiam parrochialem in Selheym vacantem ex morte quondam Wyderoldi ipsius ecclesie pastoris Volpertum clericum nobis a veris ipsius ecclesie patronis legitime presentatum de dicta ecclesia in-

1) Offenbar irrig statt 'parentum'.

vestivimus[1]) et presentibus investimus, discretioni vestre mandantes, quatenus ipsum Volpertum vel ejus procuratorem in corporalem possessionem dicte ecclesie auctoritate nostra ducatis et populo presentetis ibidem, facientes sibi in omnibus tamquam suo vero pastori exhiberi debitam reverentiam et honorem, adhibitis circa hoc sollempnitatibus debitis et consuetis. Unus vestrum alium in premissis non respiciat vel expectet.

Datum anno m°ccc°x°, iiii° kl. augusti.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Die scheidung des auf zwei zeilen stehenden datums 'm. cc̊c̊x. nij° | kl. augusti' führt wol auf 1310, nicht auf 1314. Siegel des ausstellers beschädigt.

174. *Der edelknecht Eberhard von Treisbach verkauft dem deutschen hause bei Marburg güter zu Wittelsberg.* 1310 *aug.* 5.

Ego Eberhardus de Trespach armiger recognosco et constare cupio universis presentium per tenorem, quod sana mente et corpore constitutus, de bona et libera voluntate mea vendidi, tradidi et assignavi bona mea a meo fratre Ludewico milite divisa, sita in villa Witelesberg, que quondam Waldolfus coluit et Arnoldus filius ejus, cum universis et singulis pertinenciis suis, videlicet pratis, pascuis, campis, silvis et aquarum decursibus, viris religiosis . . conmendatori ceterisque fratribus domus Theotunice apud Marpurg pro triginta et tribus marcis denariorum Coloniensium jure proprietario cum omni felicitate perpetuo possidenda, transferensque in jam dictos fratres omne jus et plenum dominium dictorum bonorum, prout ad me spectabat seu spectare videbatur jure de communi. Volens quoque ipsos de plena, firma et stabili cerciorare gwarandia, ipsis statuo subscriptos fidejussores et quemlibet eorum in solidum, videlicet Ludewicum militem dictum de Heppenberge fratrem meum, Gotscalcum de Sarnowe et Arnoldum de Wettere, qui se pro debita et consueta gwarandia fore obligatos recognoscunt in hoc scripto. Insuper recognosco me renunciasse et renuncio in hiis scriptis simpliciter et precise omnibus actionibus, questionibus, exceptionibus juris canonici et civilis, que michi in dictis bonis nunc conpetunt et in posterum possunt conpetere ullo modo, et precipue illi exceptioni de non numerata et soluta pecunia, necnon illi, per quam jam dicta, facta et scripta venditio et renunciatio aliqualiter poterit infirmari. Et ego Ludewicus predictus recognosco una cum fratre meo Eberhardo de prenotatis bonis modo consimili renunciasse. In cujus rei testimonium ipsis fratribus do atque contuli presentem litteram sigilli universitatis in Marpurg munimine sigillatam. Nos quoque scabini universitatis jam dicte recognoscimus ad preces et rogatum predicti Eberhardi et Ludewici huic scripto in eviden- 1310 aug. 5.

1) 'dictum Volpertum' folgt hier noch im orig.

ciam prescriptorum sigillum nostre universitatis inpendisse. Testes hujus rei sunt: Arnoldus de Gambach magister civium, Ludewicus ex Curia, Ruclo Angeli, Hartungus Brvningi, et alii quam plures fide digni.

Datum et actum anno domini m°ccc° decimo, nonis augusti.

Aus orig.-perg. mit beschädigtem siegel in Marburg (deutscho.).

175. *Ritter Johann Riedesel überlässt dem deutschen hause bei Marburg sein recht auf einen hof zu Otterbach.* 1310 *aug.* 17.

1310 aug. 17. Nos Johannes miles dictus Riet Esel et Hedewigis conjuges una cum liberis nostris renunciamus et presentibus nos recognoscimus sollempniter et publice renunciasse omni actioni et impeticioni, juri seu dominio, quod nobis in Otterbach in curia Gerleibi conpetebat vel conpetere videbatur, ipsum jus nostrum unanimi consensu in viros religiosos . . commendatorem et fratres domus Theutonice prope Marburg presentibus transferendo. In cujus rei testimonium presens scriptum sigillo nostro proprio duximus roborandum.

Datum anno domini m°ccc°x°, xvi° kalendas septembris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

176. *Jacob und Lucie von Seelheim verkaufen dem deutschen hause zu Marburg den vierten theil ihres hofes zu Holzhausen sowie eine wiese und einkünfte zu Grossseelheim.* 1310 *oct.* 5.

1310 oct. 5. Noverint hujus scripti auditores, quod nos Jacobus et Lucia filii quondam Gvntheri de Sylhem unanimi consensu vendidimus religioso viro domino . . conmendatori fratrum domus Teuthonice in Marpurg necnon universo conventui dicte domus ibidem quartam partem curie nostre site in villa Holtzhusen, que quondam fuerat Lůdewyci de Silhem, et unum pratum situm in Silhem majori atque redditus duorum solidorum Marpurgensium denariorum, duas aucas, duos pullos et unum pullum carnisprivialem nobis in dicta villa de domo Hermanni campanarii pro pensione annuali debentium eodem jure, prout prefata bona ad nos sunt devoluta et possedimus, titulo proprietatis cum omnibus usufructibus et pertinentiis perpetue possidendo. Nichilominus promittimus in hiis scriptis et ad hoc Hupertum Amelungi civem in Ameneburg, Fredericum clericum dictum Raustin fidejussorie substituimus ipsi . . conmendatori et suo conventui memorato super dicta venditione juxta morem patrie warandiam debitam facere et consuetam. Testes hujus rei sunt: Henricus de Fronenhusen, Wygandus sub Tilia, Hartmannus Clette, Eberhardus Gladiator, scabini in Ameneburg, et alii quam plures fide digni.

In testimonium autem premissorum dedimus ipsis presens scriptum sigillo scabinorum in Ameneburg fideliter consignatum. Nos vero scabini predicti rogati ab ipsis partibus hinc inde sigillum nostre civitatis presentibus appendimus.

Datum anno domini m°ccc°x°, feria secunda proxima post festum Michaelis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

177. 1310 *oct.* 8.

Nos Eckehardus sacerdos de Bydinkap vendidimus omnem heredi- 1310
tatem et omnia bona nostra, que nos contingebant a nostris parentibus, oct. 8.
Gumperto fratri nostro ac Alheidi uxori sue legittime civibus in Marpurg. In cujus rei testimonium presens scriptum sigillo burgensium in Bydinkap nostris precibus est munitum. Testes: Henricus de Nunnenhusen magister civium in Bydinkap, Gunterus frater suus, Ditmarus de Wysinpach et Gyso, scabini ibidem, ac Henricus de Wysinpach civis in Marpurg, et alii quam plures fide digni.

Datum anno domini m°ccc°x°, viii° idus octobris.

Aus dem beschädigten orig.-perg. in Marburg (deutscho.) mit zuziehung von copiar D nr. 73. Siegel rund; drei thürme in einer mauer, darunter ein nach rechts springender löwe; umschr.: SIGILLVM · BVRGENSIVM · IN · BIEDENCAPH.

178. *Otto von Bolanden schenkt dem deutschen hause zu Flörsheim einige hörige daselbst.* 1310 *nov.* 3.

Nos Otto nobilis domicellus et dapifer Romani inperii sive regie 1310
majestatis de Bolandia et Lorethe uxor nostra legitima domina ibidem nov. 3.
tenore presencium profitemur et notum facimus universis tam presentibus quam futuris presentem paginam audituris, visuris et lecturis, quod ex deliberacione matura prehabita, mentis nostre bene compos, unanimi consensu et libera voluntate, salutem animarum nostrarum ac omnium parentum nostrorum volentes salubriter prevenire et consulere, ad honorem dei omnipotentis et virginis Marie atque beate Elyzabet Syfridum dictum Luscum et Gezam uxorem suam legitimam omnesque pueros ipsorum, quos nunc habent vel habebunt in futurum, cujuscunque condicionis seu sexus sint, de Flersheim dicti[1]), qui nobis ac nostris heredibus in posterum jure proprietatis attinent vel attinebunt, damus in puram elemosinam religiosis viris . . commendatori et fratribus domus

1) So im orig.

Theutonice in Flersheim et donamus irrevocabiliter donacione inter vivos, inmo assignamus et assignavimus eos integraliter sine ulla revocacione omni eo jure et dominio et proprietate seu servicio, quo nos et nostri heredes ipsos actenus possedimus vel poteramus seu poterant in posterum possidere. Transtulimus quoque in jam dictos fratres et nunc transferimus pro nobis et nostris successoribus seu heredibus quibuscunque quicquit (!) proprietatis, juris, servicii in ipsis habuimus vel habemus vel in futurum habere poterimus seu poterunt (!) usque modo, renunciantes pro nobis et nostris heredibus in hiis scriptis omni juri, proprietati et dominio seu servicio, quod sive quam proprietatem in predictis Syfrido et Gezen uxore sua et pueris suis hucusque habuimus vel habere poteramus pro nobis seu habere poterant (!) heredes aut successores nostri in posterum, simpliciter et precise, et hoc pure propter deum, ut in premissis est diffinitum. Et ne predicta facta donacio per nos aut aliquos successores nostros sive heredes in futurum possit inpediri vel contradici, damus antedictis . . commendatori et fratribus presentem litteram ad majorem omnium supradictorum certitudinem et efficaciam sygillis nostris roboratam.

Acta sunt hec anno domini m°ccc°x°, tercia feria proxima post festum omnium sanctorum.

Aus orig.-perg. in Darmstadt. Beide siegel abgefallen. Gedr.: Baur Hess. Urkunden 2, 710 nr. 711.

179. *Die edelknechte Herbort von Wissmarbach und Richard von Göns verkaufen dem deutschen hause bei Marburg den hörigen Ludwig Goldrun von Seelheim.* 1310 *nov.* 22.

1310 nov. 22. Nos Herbordus dictus de Wissemarbach [1]) et Richardus dictus de Gvnse armigeri recognoscimus et constare cupimus universis presentium per tenorem, quod de libera et bona voluntate nostra manuque communicata vendimus atque vendidimus justo venditionis titulo Ludewicum dictum Goldrvn de Selhem nobis jure seu titulo servitutis attinentem viris religiosis . . conmendatori ceterisque fratribus domus Theotunice apud Marpurg cum omni jure et servitute, quemadmodum ad nos spetabat seu nobis attinere videbatur jure de communi, pro septem marcis denariorum Coloniensium cum dimidia, quas nobis datas et solutas confitemur integre et conplete, nichil penitus juris nobis [2]) seu nostris heredibus in

1) Wissmarbach, wüstung am gleichnamigen bache nahe bei Wissmar an der stelle des späteren Wissmarbacher hofes. Vgl. Abicht Kreis Wetzlar 2, 44. 214.

2) ‘nobis’ fehlt im orig.

eo reservantes. Renunciamus quoque simpliciter et precise omni juri, actioni, questioni et exceptioni, que nobis seu nostris heredibus in predicto Ludewico conpetebat et conpetere poterat nunc vel in futurum. Nichilominus recognoscimus nos more fidejussorio obligasse atque esse obligatos pro Richardo nostro cognato et coherede, quod ratam firmam jam dictam venditionem debeat habere et inviolabiliter perpetuo conservare, prenominatis fratribus de hoc litteram suam patenti sigillo sigillatam condonando. Hujus rei testes sunt: frater Volpertus plebanus in Marpurg, frater Theodericus de Scrife, dominus Hermannus plebanus in Firminnen; Guntramus advocatus de Vronhusen, Dammo de Rudenhusen; Ludewicus ex Curia, Echardus Kol, Arnoldus de Gambach, et alii quam plures fide digni. Ne vero de prescriptis in posterum ambiguitas possit insurgere aliqualis, prelibatis fratribus damus atque dedimus presentem litteram sigilli universitatis in Marpurg munimine consignatam.

Datum anno domini m°ccc° decimo, dominica proxima ante festum Katherine virginis.

Aus orig.-perg. mit zerbrochenem siegel in Marburg (deutsch.).

180. *Ritter Brandan burgmann zu Kalsmunt verkauft dem deutschen hause bei Marburg güter zu Oberaslar.* 1310 *dec.* 5.

Omnibus hanc litteram videntibus et audientibus innotescat, quod ego Brandanus de Kalsmunt miles conmunicata manu Methildis uxoris mee legitime vendidi, dedi, vendo et do vere proprietatis titulo in hiis scriptis viris religiosis . . conmendatori et fratribus domus Theutonice apud Marburg Maguntine dyocesis duas curias meas sitas in villa superiori de Asselor, quas olim possidebat quondam Anshelmus filius sculteti, et quas nunc possident Adolfus et Hermannus dictus Molener, et omnia bona mea ad easdem curias spectancia ibidem tam in agris, pratis, campis, pascuis, quam in nemoribus sita vel quocunque censeantur nomine, que predicti Adolfus et Hermannus excolunt et possident cum curiis supradictis jure colonario, nunc solvencia quatuor maldra siliginis, unum maldrum tritici et quatuor maldra avene, duas auccas, totidem pullos autumpnales et duos pullos carnispriviales, possidendas dictas curias cum omnibus bonis ad easdem spectantibus excepto uno agro, in quo molendinum construxi, vere proprietatis titulo in perpetuum cum omni jure michi vel meis heredibus in eisdem conpetente. Et item vendidi prenominatis . . conmendatori et fratribus decem denarios Colonienses annui census, quos solvere ipsis tenetur Henricus dictus Banchedere ibi- 1310 dec. 5.

dem annuatim, pro quadraginta marcis et quatuor marcis denariorum numerate pecunie michi tradite penitus et pagate. Ut premissa omnia omni tempore roboris firmitatem obtineant, sigillum concastrensium meorum de Kalsmunt et sigillum civium de Wetflaria meis et uxoris mee precibus litteris presentibus sunt appensa. Hujus facti testes sunt: Goitfridus, Hermannus Halber, milites, castrenses in Kalsmunt; Hermannus Selege, Gerlacus Madersele, scabini Wetflarienses, et alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc°x°, in vigilia beati Nicolai.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Beide siegel abgefallen.

181. *Siegfried Rosenblatt verkauft dem deutschen hause bei Marburg ein malter korn jährlich von gütern zu Laufdorf.* 1310 *dec.* 5.

1310 dec. 5. (Omnibus hanc litteram) audientibus innotescat, quod ego Syfridus dictus Rosinblait conmuni(cata manu K)aterine mee uxoris legitime vendidi, dedi, vendo et do vere proprietatis (titulo in hiis) scriptis viris religiosis . . conmendatori et fratribus domus Theutonice apud (Marpurg Mog)untine dyocesis unum maldrum puri siliginis mensure Wetflariensis annue pen(sionis, quod) michi Methildis relicta quondam Guntrami dicti Hovsten de Laufdorf et ejus (heredes) tenebantur solvere de bonis suis ibidem sitis, sicut in litteris super hoc confectis (continetur) plenius, tollendum, percipiendum cum omni jure michi in eodem conpetente (annuatim) pro sex marcis denariorum numerate pecunie michi tradite penitus et pagate. (In cu)jus rei testimonium et robur sigillum civitatis Wetflariensis meis et uxoris (mee precibus) presentibus est appensum. Hujus facti testes sunt: Conradus de Kazcenvort, (Gerlacus Ma)dirsele, scabini civitatis predicte, et alii fide digni.

Datum anno domini (m°ccc°)x°, in vigilia beati Nicolai.

Aus dem durch mäusefrass beschädigten orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Die eingeklammerten stellen ergänzt aus nr. 463 (471) des Marburger copialbuches in Wien. Siegel abgefallen.

182. *Notiz über die einweihung des altars zu Hausen bei Grieſstedt.* 1311 *febr.* 10.

1311 febr. 10. Bertoldus de Hennenberc episcopus dei gratia a domino Moguntino constitutus et a domino papa confirmatus [1]) anno domini m°ccc°xi°, in die beate Scolastice consecravit altare in Husen, et hoc promovente fratre

1) Berthold graf von Henneberg, Würzburger gegenbischof 1266, abgesetzt 1274, gestorben 1312.

Ludewico de Husen, qui tunc commendator erat in Grifstete. Quam dedicationem omni anno celebrandam instituit dominica Exurge, que est ante carni . . . . .[1]). Indulgentiam habebunt omnes advenientes, scilicet octoginta dies et duas karenas injuncte penitentie.

Um die mitte des XIV.-jahrh., anscheinend von der hand bruder Konrads, schreibers des Marburger copialbuches in Wien, geschriebene notiz auf einem später als umschlag einer Griefstedter rechnung verwandten pergamentbogen im regierungsarchive zu Erfurt. Gedr.: Anderson Geschichte der Commende Griefstedt 368.

183. 1311 *febr.* 27[2]).

Ego Fulpertus miles, filius quondam Gumperti dicti de Curia, dedi licenciam pro me et filio meo Gumperto Gumperto tectori petrarum, filio quondam Wernheri dicti des Ungesenten, opidano Wetflariensi, vendendi ac in suam utilitatem convertendi quoquo modo ipsius G. ac Hille uxoris ejusdem omnia bona sita in villa Heystenkem, que ipse G. ac H. conjuges predicti a me et fratre meo Gumperto dicto de Selhem actenus jure hereditario possederunt; hoc tamen adjecto, ne jus nostrum, quod in dictis bonis singulis annis habemus, nobis nullo modo minuetur. In cujus rei testimonium sigillum meum duxi presentibus appendendum. Testes: Conradus filius quondam Harperni, Conradus dictus Beringer ac Willemannus carnifex, opidani Wetflarienses. 1311 febr. 27.

Actum et datum anno domini m°ccc° undecimo, sabbato ante dominicam Invocavit me.

Aus orig.-perg. mit beschädigtem siegel in Marburg (deutscho.).

184. *Der edelknecht Gumpert von Seelheim genannt Hobeherr verkauft dem deutschen hause zu Marburg güter zu Heskem und, in gemeinschaft mit seinem bruder dem ritter Volpert, einkünfte von gütern des pfarrers Günther zu Bauerbach.* 1311 *märz* 5.

Nos Gumpertus de Selhem dictus ex Curia famulus necnon Cristina ejusdem conthoralis legitima recongnoscimus unanimiter profitentes, quod Volperti fratris mei ac Volperti de Minori Castro consanguinei mei Gumperti jamdicti militum voluntate et consensu accedentibus, honorabilibus viris dominis et fratribus domus Teutunice in Marburch vendidimus proprietatis titulo bona nostra, que sita sunt in Heystyncheym, cum omni juris sui integritate, ut puta campis, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, 1311 märz 5.

1) Sehr verblasst, wol carnisprivium.

2) Obgleich diese urk., den zeugen nach zu urtheilen, zu Wetzlar ausgestellt ist, habe ich doch wegen des gleichen betreffs der folgenden nr. bei reducirung des datums nicht den Trierer jahresanfang vorausgesetzt.

quemadmodum in longitudinem et latitudinem se proportant, perpetue possidenda, renunciantes eisdem plane, simpliciter et precise. Pro quorumque bonorum warantizacione ipsis fratribus per nos facienda fide mei Gumperti jamdicti primitus obligata Volpertum fratrem meum militem pretactum, Guntramum de Nordecken et Rupertum dictum de Nona famulos constituimus fidejussores apud dominos domus Teutunice supradictos. Qui fratres si, quod tamen absit, pro dictis bonis a quoquam fuerint impulsati, iidem fidejussores nostri civitatem Marcbûrch intrabunt, inde nullatenus egressuri, ni inpedimentum hujusmodi totaliter dissecetur eisdemque fratribus ipsorum bonorum warandia fiat debita et consueta. Ceterum nos Volpertus miles et Gumpertus famulus fratres dicti ex Curia prenotati profitemur publice per presentes nos fratribus sepedictis tres denarios legalis monete et pullum, qui de bonis ad Guntherum plebanum in Burbach ac ejus coheredes pertinentibus dari solent, nomine annue pensionis proprietatis titulo vendidisse. Testes horum sunt: Guntherus plebanus prefatus, Gyselbertus de Nordecken, clerici; Lotwicus de Fronhusen, Hermannus dictus Dens, Petrus de Selheym, Wigandus sub Tilia, Hupertus Amelungi, Lotwicus de Selheym, scabini in Ameneburch, et quam plures alii fide digni ad hoc vocati pariter et rogati. In majus quoque presencium robur firmitatis presentes sigillo civitatis in Ameneburch petivimus et obtinuimus confirmari. Nos eciam scabini in Ameneburch protestamur sigillum universitatis nostre ad preces utriusque predicte partis presentibus appendisse.

Actum et datum anno domini m°ccc°xi°, feria sexta proxima ante festum beati Gregorii pape.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

185. *Rudung von Hörgern bürger zu Friedberg verkauft dem deutschen hause in Marburg zwei huben zu Melbach.* 1311 *märz* 27.

1311 märz 27. Noverint universi et singuli tam presentes quam futuri presencium inspectores, quod ego Rudûngus dictus de Hergern civis in Frydeberg et Elyzabet uxor mea legitima recognoscimus in hiis scriptis, nos unica manu et pari consensu religiosis viris domino . . conmendatori totique conventui domus Theutonice in Marpurg duos mansos sitos in terminis ville dicte Melpach justo vendicionis titulo vendidisse et tradidisse cum consuetis et debitis renunciacionibus et resignacionibus ad hoc necessariis pro centum et viginti marcis denariorum legalium et bonorum pecunie nobis numerate et tradite et solute mere proprietatis titulo perpetuo possidendos, corporalem possessionem tam juris quam facti eorundem bo-

norum, videlicet mansorum et omnium attinencium ipsis tradentes auctoritate presencium litterarum, et renunciamus omni juris auxilio canonici vel civilis, per que hujusmodi vendicio nostra posset in posterum impugnari, obligantes nichilominus in solidum prefatis dominis prudentes viros Henricum dictum Berne seniorem et Henricum dictum von der Zyt concives nostros pro debita et conpleta warandia ipsis facienda per annum et diem juxta jus et consuetudinem hujus terre mansorum prefatorum. Huic contractui interfuerunt: predicti duo fidejussores, Henricus de Dorheim, Gerlacus dictus Rychter et Gerwinus de Rospach, scabini in Frideberg, et plures alii fide digni. Dantes sepedictis dominis in testimonium predictorum omnium has litteras sigillo civium in Frydeberg firmiter roboratas.

Datum anno domini millesimo trecentesimo undecimo, vi° kalendas aprilis.

Aus orig.-perg. in Darmstadt. Siegel zerbrochen. Gedr.: Baur Hess. Urkunden 1, 322 nr. 458.

186. *Die söhne und ein enkel des verstorbenen Rudolfus Osperti verkaufen dem deutschen hause zu Marburg güter und einkünfte in Holzhausen, Weidenhausen bei Marburg und Kirchhain.*

1311 *mai* 13.

Noverint universi tam posteri quam presentes presentium inspectores, quod nos Ospertus, Walpertus et Johannes fratres, filii quondam Rûdolfi Osperti, necnon Johannes filius Osperti supradicti deliberatione bona, matura prehabita et ferventi, conmunicata manu honorabilibus viris dom'nis . . conmendatori fratrum domus Teutunicorum in Marburch ac fratribus domus ejusdem vendidimus omnia bona nostra infra scripta pro annuis pensionibus annis singulis eisdem dominis ministrandis proprietatis titulo in perpetuum possidenda. Et sunt ista, ut puta in villa Holtzhusen quindecim solidi, due auce, duo pulli, sex panum denariate, duo pulli in carnisprivio ministrandi; item in Wydenhusen prope Marburch de domo . . dicti Kestencorn quintus dimidius solidus Marpurgensis; item in villa Kerchayn de domo Eckehardi dicti apud Viam tres solidi Marpurgenses, due auce, duo pulli, item duo pulli carnispriviales; ex curia Hermanni dicti super Celarium tres solidi, due auce, duo pulli, item duo pulli carnispriviales, sex denariate panum; item de area prope Valvam duo solidi, tres metrete papaveris et duo prata sita ibidem cum omnibus juribus nostris, que cum preexpressis bonis et qualitercunque ipsa videbamur hactenus possedisse. Pro quorum nichilominus bonorum omnium warantizatione ipsis fratribus per nos, si necesse habuerint, 1311 mai 13.

facienda Jacobum viceplebanum in Selheim sacerdotem, Deytmarum de Selheim, Hermannum Dentem et Lotwicum de Selheim fidejussores nostros constituimus apud fratres domus et dominos supradicte. Nos quoque Jacobus sacerdos, Deytmarus, Hermannus et Lotwicus jam dicti recongnoscimus nos apud sepedictos dominos pro warandia jam dicta presentibus fidejussorie promisisse. Quorum quoque omnium testes sunt: Deytmarus camerarius in Ameneburg, Jacobus Gladiator, Hupertus Amelungi, et quam plures alii fide digni ad hoc vocati pariter et rogati. In premissorum etiam evidentiam firmiorem nos Ospertus, Walpertus, Johannes et Johannes supradicti petivimus et obtinuimus sigillo universitatis in Ameneburg presentes litteras conmuniri. Nos quoque Henricus et Deytmarus dicti de Selheim, Hupertus Amelungi, Hermannus Dens et Eberhardus Gladiator, hujus rei testes, scabini civitatis Ameneburg, protestamur sigillum nostre [civitatis] presentibus appendisse.

Datum anno domini m°ccc°xi°, proxima feria quinta ante dominicam Vocem jocunditatis.

Aus orig.-perg. mit wenig beschädigtem siegel in Marburg (deutscho.).

187. *Volpert Hobeherr von der Wenigenburg verkauft dem deutschen hause zu Marburg den vierten theil seiner güter zu Grosselheim.* 1311 *mai* 25.

1311 mai 25. Nos Volpertus de Minori Castro dictus ex Curia necnon Alfradis ejusdem legitima collectalis publice recongnoscimus per presentes, quod pari ac mutua voluntate partem quartam bonorum in remotiori Selhem [1]) sitorum, que una cum Hermanno Thelonario quondam possedimus, honorabilibus viris . . conmendatori et fratribus domus Teutunicorum in Marburg vendidimus cum universis suis pertinentiis, ut puta pratis, pascuis, silvis, nemoribus atque omni alia sui juris integritate, ut ea hucusque habuimus, titulo libertatis ac proprietatis perpetuo possidendam. Pro quorum bonorum warandia ipsis per nos ex debito facienda Wigandum de Moln et Hermannum de Nordecken nostros constituimus fidejussores apud fratres et dominos prenotatos. In quorum omnium cautelam petivimus et obtinuimus sigillo civitatis in Ameneburch presentem paginam roborari. Nos quoque Henricus et Deytmarus dicti de Selheym, Hupertus Amelungi, Her. dictus Dens, Wigandus sub Tilia et Eberhardus dictus Gladiator, scabini opidi Ameneburch prefati, omnium etiam premissorum testes, profitemur, quod ad preces utriusque partis supradicte sigillum civitatis nostre apposuimus huic carte.

1) Von dem ausstellungsort Amöneburg ist Grossseelheim weiter entfernt als Kleinseelheim.

Datum anno domini m°ccc°xi°, feria tertia ante festum pentecostes.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Auf der rückseite von der hand bruder Konrads: 'Emptio quarte partis curie in majori Selheim'. Siegel abgefallen.

188. *Ritter Eckard Schlaun burgmann zu Giessen verkauft dem deutschen hause bei Marburg seinen hof zu Okarben.* 1311 *jul.* 11.

Fidelis est litterarum custodia, que rerum actiones inconcussa serie loquitur et emergentibus calumpniis firma prebet obstaculum veritate. Hinc est, quod ego Echardus dictus Sclûn miles castrensis in Gyzcen conmunicata manu Elizabet mee uxoris legitime vendidi, dedi, vendo et do vere ac juste vendicionis titulo in hiis scriptis viris religiosis ac honorabilibus . . conmendatori et fratribus domus Theutonice apud Marburg Maguntine dyocesis curiam meam in villa de Akarbin sitam et omnia bona mea ad eandem curiam spectancia tam in villa quam extra villam sita sive in campis, pratis, pascuis, agris, nemoribus, sive in aliis bonis cultis vel incultis in confinio ejusdem ville sitis, quocunque censeantur nomine, michi attinencia, circa tres mansos et dimidium continencia, possidenda, colenda, habenda, percipienda et in usus proprios divertenda in perpetuum cum omni jure et dominio michi vel meis heredibus in eisdem conpetente pro certa summa pecunie, videlicet pro quolibet manso quadraginta marcis et quinque marcis denariorum numerate pecunie michi tradite penitus et pagate. Ut autem premissa eciam omni tempore roboris firmitatem obtineant, sigillum concastrensium meorum et opidanorum in Gyzcen meis et uxoris mee precibus litteris presentibus est appensum. Hujus facti testes sunt: Senandus junior, Johannes de Kinzcenbach, milites, Amelius, Conradus dictus Milchelinch, Franko de Linde, Gerhardus de Kinzcenbach, castrenses, Gerlacus dictus Monich armiger; item Echardus, Reynerus, Gerlacus filius pistoris, scabini, Conradus dictus of dem Keller opidanus in Gyzcen, et alii quam plures fide digni. 1311 jul. 11.

Datum anno domini m°ccc°xi°, in die dominica ante festum beate Margarete.

Aus orig.-perg. mit siegelrest in Marburg (deutscho.).

189. *Lise wittwe des Berthold Grosse verkauft dem deutschen hause zu Marburg ihre güter in Niedermörlen.* 1311 *aug.* 9.

Tenore presencium omnibus innotescat, quod Lysa relicta quondam Bertoldi dicti Grosse cum consensu et expressa voluntate ac debita, con- 1311 aug. 9.

pleta et perfecta renunciacione Wortwici filii sui et Alheydis filie sue vendidit justo vendicionis titulo religiosis viris domino . . conmendatori et fratribus domus Theutonice in Marpurg omnia bona sua in agris et aliis rebus sita in terminis ville dicte Nydernmorle proprietatis titulo perpetuo possidenda, et nichilominus Johannem dictum Rodechin et Johannem de Ascaffimburg suos consanguineos obligavit fidejussores in solidum pro renunciacione facienda per Eckehardum puerum predicte Alheydis, postquam ad annos pervenerit discrecionis. Testes hujus sunt: prudentes viri Henricus Berno senior, Johannes de Wonnecken, Henricus dictus von der Zyt, scabini; Henricus Engel, Wenzelo dictus Byche et Hartmannus notarius in Frideberg, et alii plures fide digni.

Actum et datum sub sigillo opidanorum Fridebergensium ad preces predictarum parcium, anno domini millesimo trecentesimo undecimo, v° idus augusti.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

190. *Irmgard Waldin von Bechtheim setzt den deutschen häusern zu Marburg und Flörsheim genannte einkünfte zu Westhofen zum unterpfand dafür, dass ihr sohn der deutschordensbruder Walt nach seiner entlassung aus der haft dem orden keinen schaden zufüge.* 1311 *nov.* 25.

1311 nov. 25. Sicut dicit sapientis auctoritas, oportet[1]) ea, que ordinantur et statuuntur, scriptis auttenticis roborari, ut mortalium deficiente memoria scriptura testimonium perhibeat veritati. Itaque noverint universi et singuli tam presentes quam futuri presencium inspectores, quod ego Yrmele dicta Welden de Bercheim matura et multiplici deliberacione prehabita ac de consilio meorum amicorum obligo et pono universos et singulos redditus meos aut pensionem meam, quos vel quam habeo et habui usque huc, videlicet lx maldra siliginis, carratam vini et plaustrum feni in villa Vesthoben, a religiosis viris comendatore et fratribus in Marpurg annis singulis, pro captivitate fratris Waldonis ejusdem professionis sancte ordinis domus Theutonice, filii mei legitimi, antedictis religiosis viris comendatori in Marpurg et aliis fratribus ibidem, in Flersheim ac ordini universo, quod, si frater Walt antedictus ordinis predicti umquam, quod absit, comendatorem et fratres seu ordinem jam dictum molestaverit aut dampnum fecerit spolio, incendio, furto[2]) aut verberibus circa fratres vel familiam eorum indebite, quod probabile extiterit seu manifeste probari poterit, ipsi comendator et fratres antedicti sive ordo sine offensa mea

1) 'opportet' orig. 2) 'furtu' orig.

aut amicorum singulorum ac heredum pensionem pervocatam aut redditus ad se resument et accipient et cum ipsa pensione vel redditibus facere poterunt quitquit eorum fuerit voluntatis contradictione qualibet non obstante; tali condicione adjecta, si de molestia et dampno comendatori, fratribus et ordini facto infra tres menses inmediate molestia et dampno facto subsequentes per me aut meos amicos non fuerit satisfactum in toto et integraliter. Si autem satisfactum fuerit secundum taxacionem dampni illati aut molestie, antedictam pensionem vel redditus michi ministrabunt comendator et fratres sepedicti singulis [1], ut tenentur. Quociens autem frater Walt contra comendatorem, fratres et ordinem Theutonice domus fecerit in premissis, tociens comendator, fratres et ordo jam dictam pensionem vel redditus ipsis attribuere vel usurpare poterunt et debent, quousque satisfactum fuerit plenarie comendatori predicto, fratribus et ordini, ut in premissis est diffinitum. Preterea est ordinatum, ut, si antedictus frater Walt sine licencia et contra statuta ordinis et regule aposteraret vel maliciose ab ordine abiret seu recederet ordinique in locis quibuscumque violenciam dampnumque non inferret neque faceret, michi dicte Yrmelin pensionem pretactam seu redditus comendator et fratres de Marpurg dabunt et dare tenentur annis singulis, sicut actenus fecerunt usque modo benivole et discrete. Insuper noveritis, quod reverendus dominus Henricus comes de Sphaenheim et strennui milites Helfridus Walt de Bolandia, Gebo de Bercheim, Helfridus frater domine Yrmelin de Bercheim, Wader de Kyrcheim, Henricus de Morsphac, Steben de Heppelensheim, Henricus dictus Holderbri et dictus Niger, Weldekint armiger de Ebersheim comendatori et fratribus in Marpurg, in Flersheim ac universo ordini fide data promiserunt et se obligaverunt, quod, si frater Walt comendatori, fratribus aut ordini umquam in prenotatis, scilicet incendio, spolio, furto [2], verberibus, molestiam vel dampnum fecerit, ipsum habebunt pro inimico, sicut nos fratres, et ipsi insidiari volunt et promittunt cum diligencia, ac si eis esset factum in bonis propriis et personis, et ad captivitatem, a qua absolvitur, pro suis viribus reddere spondent [3], si possunt modo ullo. Quod nos predicti comes et milites cum armigero firmiter in hiis scriptis profitemur et ad predicta nos obligamus cum fidei dacione, ut est superius prelibatum. Ut autem antedicta omnia rata et firma permaneant, ego Yrmele predicta ad majorem certitudinem singulorum predictorum do religiosis viris comendatori et fratribus in Marpurg et in Flersheim ac toto ordini Theutonice domus presentem litteram sygillis domini Henrici comitis de Spahenheim predicti et Helfridi de Bolandia Waldis strennui militis roboratam et com-

1) Ergänze: 'annis'. 2) 'fruen' orig. 3) 'spospondent' orig.

munitam. Et nos predicti comes et Helfridus Walt recognoscimus ad peticionem sepedicte Yrmelin ac amicorum suorum sygilla nostra ad majorem confidenciam presentibus apposuisse omnium premissorum.

Datum et actum anno domini m°ccc°xi°, in die beate Katherine virginis et martiris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Die beiden runden siegel beschädigt: 1) schachbrettartig gewürfeltes feld; umschr.: SIG . . . . . HEINRICI · DE · SPAINHE . . 2) reiter mit getheiltem schild, worin oben drei sterne neben einander; umschr.: S · ' H . . . . . TIS · WALD · D . . . . . A ·

191. *Der official des propstes von st. Stephan zu Mainz beauftragt den pfarrer von Fronhausen, den vom deutschen hause in Marburg für die pfarre in Walgern präsentirten geistlichen Gunther in sein amt einzuführen.* 1311 *dec.* 29.

1311 dec. 29. Officialis domini prepositi ecclesie sancti Stephani Moguntine viro discreto . . plebano in Fronhusen salutem in domino. Guntherum sacerdotem nobis a . . conmendatore ceterisque fratribus ordinis fratrum domus Teutonice in Marporg ad ecclesiam parrochialem in Walgere ad presens vacantem ex morte Ernesti sacerdotis bone memorie ordinis ipsorum presentatum legitime litteris presentibus investimus de cura ecclesie memorate, mandantes vobis sub pena suspensionis officii vestri districtius injungendo, quatinus ipsum Gvntherum, si infra hinc et diem dominicum proximum post octavam epyphanie nullus, qui aliquid racionabile contra hoc opponat, conparuerit, in possessionem ducatis dicte ecclesie corporalem sibique faciatis a suis parrochianis ibidem tamquam vero rectori debitam obedienciam et reverenciam in omnibus exhiberi necnon de juribus, redditibus et proventibus ecclesie integraliter responderi, adhibitis circa hoc sollempnitatibus debitis et consuetis.

Actum anno domini m°ccc°xii°, in die beati Thome Cantuariensis.

Aus orig.-perg. mit siegel in Marburg (deutscho.).

192. *Die stadt Friedberg überlässt dem deutschen hause bei Marburg den hof Johanns von Limburg in Friedberg zu gleichem rechte, wie andere geistliche leute höfe daselbst besitzen, und will die brüder gleich ihren bürgern schirmen.* 1312 *jan.* 5.

1312 jan. 5. Nos . . scabini, . . consules et . . universi opidani in Frydeberg ad cunctorum noticiam volumus pervenire, quod sana deliberacione prehabita ob dilectionem dilectorum nobis in Cristo . . domini commendatoris et fratrum domus Theutonice apud Marpurg Moguntine dyocesis

ipsis pro sua honestate curiam sitam in Frideberg cum edificiis attinentibus ad eam, que quondam fuit Johannis dicti de Lympurg, donamus et conferimus in omni jure et consuetudine, quibus alii religiosi suas curias apud nos sitas possident, possidendam perpetue et habendam, tali condicione et pacto interpositis, quod alia universa et singula predictorum fratrum bona, que habebunt vel acquirent deinceps et inantea in terminis parrochie nostre, quocunque modo sive titulo ea obtinuerint, exactiones, precarias et sturas, sicut et nos de nostris bonis, solvere et contribuere non obstante contradictione aliqua teneantur. Ceterum . . fratres predictos in concives seu coopidanos nostros recipimus et nos recepisse recognoscimus, promittentes, quod eos tamquam alios nostros coopidanos fideliter et efficaciter, ubi debemus et possumus, defendemus. In cujus rei testimonium et robur sigillum predicti opidi nostri presentibus duximus litteris appendendum cum testimonio subscriptorum testium, quorum nomina hec sunt: Henricus Bern senior, Henricus filius suus, Henricus dictus Engel et Angelus frater ipsius, consules in Frideberg, et quam plures alii fide digni.

Datum et actum anno domini millesimo trecentesimo duodecimo, nonis januarii.

Aus orig.-perg. in Darmstadt. Auf dem wohlerhaltenen runden siegel ein adler mit ausgespannten flügeln; umschr.: SIGILLVM · CIVITATIS · IN · FRIDEBERC · Gedr.: Baur Hess. Urkunden 1, 324 nr. 463.

193. *Das kloster Altenberg verzichtet gegen geldentschädigung zu gunsten des deutschen hauses bei Marburg auf seine hälfte des hauses Johanns von Limburg zu Friedberg.* 1312 *jan.* 13.

Nos . . prior, magistra totusque conventus monasterii in Aldinburch ordinis Premonstratensis Treverensis dyocesis tenore presencium recognoscimus et presentibus publice profitemur, quod cum religiosi viri commendator et fratres domus Theutonice apud Marcburch nobis duas marcas denariorum annuorum redituum assignaverint, videlicet pro dimidietate domus Johannis de Lympurch sita in Frideberg, que dimidietas post obitum ipsius Johannis nobis primo dinoscitur attinere et non ante, ex nunc dictos commendatorem et fratres pro dicta dimidietate domus dicimus per omnia liberos et solutos, ita quod dicti fratres soli predictam domum integram possideant absque omni nostra contradictione pacifice et quiete. Renunciamus eciam omni juri, quod nobis in eadem domo ex quacunque causa conpetebat, eisdem donantes et in eos transferentes jus proprietatis, possessionis et dominii, quod nobis conpetebat et nunc conpetit vel conpetere possit in futurum. In cujus rei testimo- 1312 jan. 13.

nium predictis commendatori et fratribus presentem litteram dedimus sigillis scilicet nostre magistre et ipsius conventus firmiter roboratam.

Datum et actum anno domini m°ccc°xii°, in octavis epyphanie.

Aus orig.-perg. in Darmstadt. Von den beiden siegeln hängt noch das ovale erste zerbrochen an. Darauf eine heilige, zu welcher zwei kleine kniende gestalten beten; umschr.: . . . . . CL'IE · DE · ALDENBVRG · Gedr.: Baur Hess. Urkunden 1, 324 note z. nr. 463 extr.

194. *Die erben des Friedberger schultheissen Kuno verkaufen dem deutschen hause bei Marburg ihre güter zu Westhausen.* 1312 *jan.* 30.

1312 jan. 30. Tenore presencium universis et singulis innotescat, quod ego Albertus dictus Schultheyze, Kůnzela uxor mea, Gerwinus de Grunenberg, Hitzega uxor mea, Heilmannus dictus Riche, Kunzela uxor mea, Conradus filius Gys. dicti Rode, Guda uxor mea, Rudulfus de Wizele, Elyzabeht uxor mea, Wernherus frater predicte Gude, Lysa et Alheidis bekine, sorores ejusdem Wernheri, heredes prudentis viri Cononis quondam sculteti in Frideberg, recognoscimus et constare cupimus universis, quod nos unanimiter vendidimus et tradidimus ac testimonio presencium vendimus et damus religiosis viris . . conmendatori et fratribus domus Theutonice prope Marpurg omnia et singula bona nostra sita in terminis ville dicte Westhusen cum curia attinente sita in eadem villa, quorum bonorum mediam partem possident pueri Nycolai dicti Berne, mere proprietatis titulo perpetuo possidenda; renunciantes excepcioni pecunie non tradite nec solute, beneficio restitucionis in integrum et omni juris auxilio canonici et civilis, per que posset hujusmodi vendicio impugnari. Huic presentes erant: Heinricus Berne, Henricus de Dorheim et Henricus Berne junior, consules in Frideberg. Et nos quidem scabini et consules in Frideberg ad preces parcium prefatarum sigillum nostri opidi huic littere appendimus in testimonium omnium prescriptorum.

Datum anno domini m°ccc°xii°, iii° kalendas februarii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

195. *Der edelknecht Friedrich von Kalsmunt erlaubt dem hospital bei Marburg, von seinem hörigen Heinrich Budanz güter zu Eilo zu kaufen.* 1312 *märz* 1.

1312 märz 1. Ego Fridericus armiger dictus de Kalsmunt recognosco, quod generaliter omnia bona, agros et quidquid magister seu procurator infirmorum domus hospitalis apud Marpurg emerat vel emere intendit erga Henricum

cognominatum Bvdanz in villa Eloe, meum hominem tytulo servitutis michi attinentem, de mea certa scientia admitto et de bona mea voluntate admisisse recognosco in hiis scriptis. Ne vero prenominatus procurator a me vel a meis successoribus in predictis bonis vel agris in posterum valeat vel possit aliqualiter impediri, presentem litteram ipsi do et confero sigilli universitatis in Marpurg munimine, dedi atque contuli sigillatam.

Datum anno domini m°ccc°xii°, kalendis marcii. Testes hujus rei sunt: Ludewicus dictus Zan magister civium, Echardus Kol, Arnoldus de Gambach, Henricus Zollere, Henricus Herbist, et alii quam plures fide digni.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Auf der rückseite steht von gleichzeitiger hand: 'Super bonis in Eylo'. Siegel abgefallen.

196. *Br. scholasticus von st. Johann zu Mainz, stellvertreter des erzbischofs von Mainz in geistlichen angelegenheiten, beauftragt die pfarrer zu Marburg und Bottendorf, ihre amtsbrüder zu Viermünden und Wehrda, welche ihre stellen getauscht haben, in ihre neuen pfarreien einzuführen. 1312 märz 15.*

Br. scolasticus ecclesie sancti Johannis Moguntine, gerens vices in spiritualibus reverendi in Cristo patris ac domini sui domini P. archiepiscopi sancte Moguntine sedis, discretis viris in Marpurch et in Boppentorph plebanis salutem in domino. Ex parte dilectorum in Cristo . . abbatisse totiusque collegii ecclesie in Wettere necnon conmendatoris ceterorumque fratrum domus Tevtunice apud Marpurch, patronorum parrochialium ecclesiarum in Vyrmynne et in Werde, post petitionem ipsis factam a dictarum ecclesiarum plebanis nobis extitit supplicatum, ut ad permutacionem, quam in suis jamdictis beneficiis predicti plebani ad invicem ordinarunt, assensum nostrum apponere curaremus. Ipsorum itaque supplicantium, dummodo in primo et proximo predicti domini nostri . . archiepiscopi adventu ab ipso domino nostro prefate permutationis obtineatur confirmatio, favorabiliter precibus inclinamus, mandantes vobis auctoritate nobis a prefato domino nostro archiepiscopo commissa, quatenus prius provide considerato, quod nil intercesserit symoniace pravitatis, vos plebane in Marpurch plebanum in Vyrmynne in possessionem ecclesie in Werde, vos quoque plebane in Boppentorph plebanum in Werde in possessionem ecclesie in Vyrmynne ducatis corporalem, facientes ipsis hincinde de ipsarum ecclesiarum fructibus integre responderi necnon a subditis suis ibidem reverentiam et honorem debitos ex- 1312 märz 15.

hiberi, contradictores et rebelles, si qui fuerint, per censuram ecclesiasticam provide conpescendo.

Datum anno domini m°ccc°xii°, ydus marcii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

197. *Erzbischof Peter von Mainz beauftragt den decan zu Fritzlar und den pfarrer zu Marburg, die versetzung der pfarrer zu Viermünden und Wehrda, welche ihre stellen unter einander vertauschen wollen, falls dieses gesuch begründet ist, vorzunehmen.*

Mainz 1312 mai 6.

1312 mai 6. P. dei gracia sancte Moguntine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius, discretis viris . . decano Fritzlariensi et plebano in Martpurg salutem in domino. Ex parte Hermanni plebani in Vermen et Cunradi plebani in Werde Moguntine diocesis, cupiencium predicta sua beneficia adinvicem ex causis racionabilibus, ut asserunt, permutare, nobis est humiliter supplicatum, ut desiderate permutacioni eorum auctoritate ordinaria pium prebeamus assensum. Nos hujusmodi supplicacionibus favorabiliter annuentes, vestre discrecioni committimus et mandamus, quatenus, si dicte permutacioni causas legittimas interesse cognoveritis, de quo vestram conscienciam habere volumus oneratam, vos ipsis predicta sua beneficia commutetis adinvicem vice nostra et personas predictas de loco ad locum transferatis hinc et inde, facientes ipsis de ipsorum beneficiis taliter permutatis a subditis obedientiam et reverentiam debitas exhiberi et de fructibus, juribus et proventibus integraliter responderi, contradictores et rebelles, si qui fuerint, per censuram ecclesiasticam racione previa compescendo.

Datum Moguntie, anno domini m°ccc°xii°, ii. nonas maji.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

198. *Der decan zu Fritzlar und der pfarrer zu Marburg beauftragen die pfarrer zu Bottendorf und Bauerbach, die plebane zu Viermünden und Wehrda, welche ihre pfründen unter einander tauschen wollen, in ihre neuen pfarreien einzuführen.*

1312 mai 17.

1312 mai 17. Ger. decanus Frislariensis ecclesie necnon frater Volpertus plebanus in Marpurge viris providis ac discretis plebanis in Bopendorf ac in Burbach salutem in domino. Noverit vestra discretio, quod ex parte Hermanni plebani in Wirmynnen et Conradi plebani in Werde Moguntine

diocesis, cupiencium predicta beneficia sua ad invicem ex causis racionabilibus, prout affirmabant, permutare, reverendo domino nostro P. archiepiscopo Moguntino ab eisdem plebanis extitit humiliter supplicatum, ut desiderate permutacioni eorum auctoritate ordinaria pium preberet assensum. Qui eorum supplicationi non solum annuendo, sed eorum permutacioni pium prebuit assensum, nobis insuper in hac parte conmisit firmiter et mandavit, quod, si dicte permutacioni causas legittimas cognicione seu inquisicione prehabita inveniremus interesse, ipsis eorum beneficia adinvicem deberemus conmutare auctoritate ac eciam vice sua et personas ipsorum de loco ad locum transferremus hinc et inde, faceremus eciam ipsis de ipsorum beneficiis taliter permutatis a subditis et plebibus eorum obedienciam et reverenciam debitas exhiberi et de fructibus et proventibus integraliter responderi. Nos vero super hoc non solum testimonio, sed eciam inquisicione habita diligenti, invenimus eas racionabiles, et quod uterque dictorum plebanorum se utilius ac amplius in loco alterius potest ac valet exercere, maxime ecclesiarum utilitate hoc suadente, utrumque de loco suo ad locum alterius seu de ecclesia ad ecclesiam alterius transferimus auctoritate suffulti reverendi jam dicti domini archiepiscopi Moguntini. Utrumque eciam ipsorum absolvimus a cura et sollicitudine, qua obligatus extitit et tenebatur ecclesie sue priori, unicuique ipsorum ecclesiam alterius conmittendo, permutacionem adinvicem veram et plenariam in hoc de personis et beneficiis sepedictis facientes. Quare mandamus vobis plebano in Boppendorf, quatenus Conradum antea plebanum in Werde in possessionem ecclesie in Wirminnen corporalem inducatis, et vos de Burbach Hermannum antea plebanum in Wirmynnen in possessionem ecclesie in Werde corporalem auctoritate nobis conmissa inducatis faciatisque ipsis uterque vestrum de ipsorum beneficiis taliter permutatis a subditis obedienciam et reverenciam debitas exhiberi et de fructibus, juribus et proventibus integraliter responderi. Rebelles vero, si qui fuerint, nobis referatis, quos per censuram ecclesiasticam nobis conmissam, prout tenemur, intendimus cohercere.

Datum anno domini m°ccc°xii°, feria quarta proxima post pentecosten.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel: 1) zerbrochen, 2) abgefallen.

199. *Die brüder Volpert und Gumpert Hobeherren, ihre frauen und söhne verkaufen dem deutschen hause bei Marburg einige hörige.* 1312 *jun.* 1.

Nos Volpertus miles, Gumpertus famulus fratres dicti ex Curia, Elizabeth, Cristina uxores legitime eorundem, necnon Gumpertus, Johannes, 1312 jun. 1.

Volpertus, Volpertus et Gumpertus filii fratrum predictorum presentibus publice profitemur, quod unanimi consensu ac ferventi deliberatione prehabitis hinc et inde, honorabilibus viris dominis . . conmendatori et conventui fratrum domus Tevtunice apud Marpurg Lotwicum et Henricum et Lotwicum fratres, Juttam sororem ipsorum, filios quondam Gosmari de Boppenhusen, necnon uxores ac liberos ipsorum, homines nostros, vendidimus eo jure, quo ipsos hactenus habuimus, in perpetuum possidendos, proviso tamen hominibus eisdem, quod nec nobis nec dominis domus predicte ad pensionem duarum scapularum, quas nobis huc usque ministrarunt pro annua pensione, debent a modo aliqualiter obligari; renunciantes eisdem hominibus atque juri, cujus ad ipsos respectum habuimus quoquo modo. Hujus rei testes sunt: Adolfus de Nordecken, Wigandus de Moln, Guntramus de Lare, armigeri; necnon Hupertus Amelungi et Gerlacus Dregefleysch, ac alii fide digni. Ad majorem quoque cautelam sigillum meum ego Volpertus miles predictus, rogatus a fratre, uxore et filiis meis predictis, apposui huic scripto, quo sigillo nos alii venditores supradicti utimur et pariter contentamur.

Actum et datum anno domini m°ccc°xii°, kalendis junii.

Aus orig.-perg. mit siegel in Marburg (deutscho.).

200. *Johann und Dietrich gebrüder grafen von Solms genehmigen den verkauf eines von ihnen zu lehen gehenden hörigen durch Richard von Göns und seine miterben an das deutsche haus bei Marburg.* 1312 *jun.* 16.

1312 jun. 16. Nos Johannes et Theodericus fratres carnales comites de Solmese coram universis publice profitemur, quod donacionem et vendicionem factam per Rychardum de Gůnse et suos coheredes religiosis et honestis viris . . conmendatori et fratribus domus Teuthonice aput Marpurg pro Ludewico dicto Golderun, qui quondam advocacie in Lare attinebat, quem idem Rychardus et sui coheredes a nobis in feudo tenuerunt, eandem donacionem et vendicionem tenore presencium confirmamus, videlicet ob reverenciam gloriose virginis Marie et beate Elyzabet matrone ibidem, volentes ipsam donacionem et vendicionem tenere ratam in perpetuum atque gratam. Et nichilominus promittimus in hiis scriptis, quod ipsam domum Marpurg et prefatum Ludewicum promovere volumus, ubicunque nostri indiguerint, cum omni diligencia, qua possumus et debemus. In cujus rei testimonium uno sigillo contenti presentem litteram dedimus nostri scilicet Johannis comitis supradicti sigilli munimine roboratam.

Datum anno domini m°ccc°xii°, xvi° kalendas julii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel rund; rechtsum aufgerichteter, mit schindeln umgebener löwe; umschr.: S · ' IOHANNIS · COMITIS · DE · SOLMISSE ·

201. *Johann von Aschaffenburg verkauft dem deutschen hause bei Marburg eine korngült zu Niederrosbach.* 1312 *jun.* 22.

Tenore presencium omnibus innotescat, quod Johannes dictus de Asschaffimburg et Hedewigis uxor sua legitima unica manu et pari consensu cum renunciacione debita et conpleta religiosis viris domino . . commendatori et fratribus domus Theuthonice prope Marpurg vendiderunt justo vendicionis titulo novem octalia siliginis annue pensionis Frydebergensis mensure in bonis suis sitis in terminis ville dicte Nydernrospach, que jam longo tempore quidam dictus der blynde vot coluit et colit, proprietatis titulo perpetue possidenda. Et nos . . scabini et . . consules in Frydeberg ad preces parcium hinc et inde sigillum nostri opidi huic littere appendimus in testimonium prescriptorum. 1312 jun. 22.

Actum presentibus honorabilibus viris Henrico Berne, Johanne de Wonneckin, Rudungo de Hergern et Ditwino de Ostheym, scabinis in Frideberg, anno domini millesimo trecentesimo duodecimo, x° kalendas julii.

Aus orig.-perg. in Darmstadt. Siegel abgefallen. Gedr.: Baur Hess. Urkunden 1, 325 nr. 466.

202. *Hildegund wittwe des metzgers Konrad zu Wetzlar verkauft dem deutschen hause bei Marburg ihre äcker bei Aslar.* 1312 *jun.* 28.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod ego Hildegundis relicta quondam Conradi carnificis dicti vir Greden sûn civis Wetflariensis de consensu et voluntate Marquardi de Laufdorf, Luchardis ejus uxoris, Conemanni, Lûzche ejus uxoris, Werneri, Heydewigis ejus uxoris, Luzche uxoris Wygandi dicti Richen et Hermanni, puerorum, generorum et nuruum meorum, vendidi, dedi, vendo et do vere proprietatis titulo in hiis scriptis viris religiosis . . conmendatori et fratribus domus Theutonice apud Marburg agros meos apud villam Asselor sitos hinc inde, circa quinque jugera terre arabilis continentes, colendos, possidendos et habendos in perpetuum cum omni jure michi vel meis heredibus in eisdem conpetente, pro viginti et quatuor marcis denariorum numerate pecunie michi tradite penitus et pagate. Nos Hildegundis, Marquardus, Luchardis, Conemannus, Luzche, Wernerus, Heydewigis, Luzche uxor Wy- 1312 jun. 28.

gandi dicti Riche et Hermannus venditores agrorum predictorum omnes ac singuli confitemur, quod fidejussimus et nos in solidum et fidejussorie obligavimus in perpetuum pro Wygando dicto Riche, ut dicte nostre vendicioni, cum ad partes redierit[1]), consentiat[2]) et suam voluntatem adhibeat liberam et sic eciam dictis . . conmendatori et fratribus de hujusmodi agris semper fiat sine omni inpeticione justa gvarandia vera, debita et consueta. Alioquin exolvemus in hospicio Wetflarie conmessorie, moniti si fuerimus provide, tam diu, donec dicti . . conmendator et fratres ab hujusmodi inpeticione gvarandia prehabita penitus exemantur. In premissorum testimonium omnium et evidens robur sigillum civitatis Wetflariensis nostris precibus presentibus litteris est appensum. Hujus facti testes sunt: Hermannus Selege, Heynemannus Gerberti, Hartradus de Hirlisheim, scabini civitatis predicte, et alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc°xii°, in vigilia beatorum Petri et Pauli apostolorum.

Aus orig.-perg. mit zerbrochenem siegel in Marburg (deutscho.).

203. *Johann von Limburg bürger zu Mainz schenkt seine güter zu Wetzlar, Dornholzhausen, Grossenlinden, Gambach, Friedberg und Niedererlenbach dem deutschen hause in Marburg und dem kloster Altenberg.* 1312 *sept.* 28.

1312 sept. 28. Noverint universi, ad quos presentes littere pervenerint, quod cum ego Johannes dictus de Limpurg civis Moguntinus bona mea immobilia infrascripta, videlicet in oppido Wetphlariensi tredecim solidos Colonienses de domo Gerdrudis de Goßelnshusen, decem solidos Colonienses an der Goltsmytten, unam marcam Coloniensem de domo inter macella, unam marcam de domo sita apud Conradum dictum Waltsmyt; item octo solidos Colonienses de molendino in Durenholtzhusen annui census; item in Großenlinden curiam, quam inhabitat Heinricus dictus Gyßener; item curiam in Gambach cum quatuor mansis ad ipsam pertinentibus; item in Frideberg curiam et domum contiguas domui Angeli de Frideberg; item inferiori Erlebach septem octalia cum dimidio siliginis annue pensionis Fridebergensis mensure de decima ibidem tradiderim et donaverim liberaliter ac pure et simpliciter propter deum religiosis viris . . commendatori et fratribus ordinis Theutonicorum domus in Marpurg necnon . . priori, magistre et conventui monasterii in Aldenburg, nec propter metum corporis et rerum, qui potest cadere in constantem, et propter inimicitias, quas habet civitas Moguntina, audeam per terras ambulare

1) 'redigerit' orig. 2) 'consentiet' orig.

secure ista vice, Hermannum dictum Mvnzer oppidanum Wetflariensem meum facio, ordino et constituo presentibus procuratorem et nuncium specialem ad resignandum meo nomine bona suprascripta predictis . . commendatori et fratribus ac . . priori, magistre et conventui in judicio seculari et ubicunque fuerit necesse, ac assignandum et tradendum eisdem vacuam et liberam possessionem bonorum eorundem et ad petendum eos mitti per judices seculares in ipsorum possessionem ac omnia et singula faciendum, que circa resignationem, assignationem et traditionem bonorum hujusmodi fuerint oportuna, ratum et gratum habiturus quidquid idem Hermannus meo nomine fecerit in premissis seu aliquo premissorum, et hec omnibus, quorum interest vel interesse poterit, sub sigillo honorabilium dominorum judicum sancte Moguntine sedis cupio fore nota. Nos quoque judices sancte Moguntine sedis predicti ad rogatum prefati Johannis sigillum nostrum presenti procuratorio duximus appendendum in testimonium premissorum.

Datum et actum anno domini m°ccc°xii°, iiii° kalendas octobris.

Aus orig.-perg. in Darmstadt. Siegel abgefallen. Gedr.: Baur Hess. Urkunden 1, 326 nr. 468.

204. *Scheffen und rath zu Friedberg beurkunden die übergabe eines hofes daselbst an das deutsche haus bei Marburg.* 1312 *oct.* 19.

Nos scabini et consules in Friedeberg recognoscimus in hiis scriptis, quod prudens vir Hermannus dictus Monzer opidanus Wetflariensis a Johanne dicto de Limpůrg cive Moguntino missus et pleno suffultus mandato per litteras patentes sigillo honorabilium virorum dominorum judicum sedis Moguntine sigillatas[1]) coram nobis nomine dicti Johannis toti curie site juxta domum Henrici dicti Engil ante et retro cum suis pertinenciis. Quam curiam Heilmannus noster scultetus accipiens a dicto Hermanno ipsam ulterius religioso viro fratri Gerberto nomine et vice . . conmendatoris et fratrum domus Theutonice prope Marthpurg consuetudine et jure ad hoc requisiti[2]) porrexit, dedit et tradidit, ita quod iidem fratres prefatam curiam proprietatis titulo perpetue debeant possidere. Huic facto presentes erant: Henricus de Dorheim, Henricus dictus von der Zit, Heilmannus filius suus, scabini; Henricus dictus Berne, Albertus dictus Schůltheize, Johannes de Ashaffinburg et Eckelo de Massinheim, opidani in Friedeberg. In cujus rei testimonium sigillum nostri opidi presentibus est appensum. 1312 oct. 19.

Datum anno domini m.ccc.xii., xiiii. kalendas novembris.

Aus nr. 518 (526) des Marburger copialbuches in Wien.

1) 'renunciavit' fehlt hier im copialbuch.

2) So im copialbuch; sollte wol 'requisitus' heissen.

205. *Richter und scheffen zu Wetzlar beurkunden, dass Mechtild wittwe Rulo Welkers, bürgerin zu Wetzlar, dem deutschen hause bei Marburg $\frac{3}{16}$ der walkmühle zu Hausen bei Wetzlar verkauft habe.* 1312 *oct.* 20.

1312 oct. 20. Nos judices et scabini Wetflarienses tenore presencium confitemur et publice protestamur, quod Methildis relicta quondam Rülonis dicti Welkere, nostra concivis, coram nobis constituta in figura judicii comprobavit, quod propter debita solvenda, que una cum marito suo predicto contraxerat, hoc declarando suo juramento et per sentencias a nobis juste latas obtinuit, quod propter solucionem dictorum debitorum et sui victus sustentacionem de bonis suis ad summam quinquaginta marcarum vendere posset licite et deberet, quod adjudicavimus fore faciendum. Vendidit igitur religiosis viris domino . . commendatori et fratribus domus Theothonice apud Marcburch octavam partem et medietatem octave partis, quas habuit a predictis . . commendatore et fratribus in molendino sito in Husen apud Wetflariam, videlicet an der walcmolen, jure hereditario, que provenerunt[1]) a quondam dicto . . Manegolt, possidendas dictas partes cum amelioratione et omni jure competente sibi in perpetuum et habendas in eisdem pro decem et novem marcis denariorum memorate pecunie sibi tradite penitus et pagate. Super quam vendicionem in[2]) testimonium et robur evidens premissorum dedimus hanc litteram sigillo nostre civitatis fideliter communitam. Huic autem facto intererant et presentes fuerant: Conradus de Catzenfort, Hermannus Selege, Conradus Crawe, Heynemannus Gerberti, Hartradus de Hirlishem, Rulo Reya, Gerlacus Cymmerman, predicte nostre civitatis scabini, et alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc°xii°, in vigilia undecim milium virginum.

Ipsique . . commendator et fratres de predictis bonis dabunt exactiones, prout cives de suis dabunt tempore oportuno. Datum ut supra.

Aus orig.-perg. mit beschädigtem siegel in Marburg (deutscho.).

206. 1312 *oct.* 23.

1312 oct. 23. Nos Rychardus et Johannes fratres, filii quondam strennui militis Richardi dicti de Gûnse, omagio et toti juri, quibus Ludewicus dictus Golderûn nobis astrictus erat, accepta quadam summa pecunie ab eodem renunciavimus simpliciter et in totum harum litterarum testimonio sigillo civium in Frideberg munitarum.

Datum anno domini m°ccc°xii°, x° kalendas novembris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel rund; gekrönter adler mit ausgespannten flügeln; umschr.: SIGILLVM · CIVITATIS · IN · FRIDEBERC.

1) 'pervenerunt' orig. 2) 'et' orig.

207. *Cina wittwe Ludwigs von Fronhausen verkauft dem hospital des deutschen hauses bei Marburg güter zu Bellnhausen.* 1312 *oct.* 30.

Noverint universi presencium inspectores, quod ego Cyna relicta bone memorie quondam Ludewici de Vronhusen vendidi liberaliter et voluntarie honorandis viris . . commendatori et fratribus domus Teuthonice aput Marpurg et hospitali infirmorum ibidem bona mea in Badelingehusen sita cum omnibus et singulis suis pertinenciis, videlicet aquis, pratis, lignis, pascuis et aliis juribus quibuscunque pro decem marcis minus quinque solidis ipsis fratribus et predicto hospitali quiete et pacifice proprietatis titulo in perpetuum possidenda, Conradi, Cristine, Ludewici, Berthe et Osperti puerorum meorum ac aliorum heredum meorum consensu voluntario liberaliter accedente et ipsis mecum renunciantibus coram discretis viris Ludewico ex Curia, Conrado de Bydenkap et Syfrido dicto de Bydenkap, scabinis in Marpurg, simpliciter et expresse omni juri et actioni, quod vel quam habebant seu habere poterant in bonis jam predictis. Et promisi nichilominus, quod faciam et facere teneor predictis . . commendatori et fratribus sive hospitali ibidem de predictis bonis warandiam debitam et consuetam. Preterea ego predicta Cyna una cum filio meo Conrado et Cristina pueris meis senioribus promisimus fide prestita pro Bertha, Ludewico et Osperto, quod ipsam vendicionem ratam tenebunt nobiscum, cum ad annos debite etatis pervenerint, in omnibus atque gratam. In cujus rei testimonium sepedictis fratribus et hospitali presentem litteram dedimus et eandem petivimus sigilli civitatis civium in Marpurg munimine roborari. Et nos scabini et cives in Marpurg predicti recognoscimus ad rogatum predictorum, scilicet Cyne et puerorum suorum, nostrum sigillum presentibus apposuisse in testimonium omnium premissorum.

1312 oct. 30.

Datum anno domini m°ccc°xii°, iii° kalendas novembris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

208. *Richter und scheffen zu Wetzlar beurkunden, dass Mechtild wittwe Rulo Welkers, bürgerin zu Wetzlar, dem deutschen hause bei Marburg ein fünftel der walkmühle zu Hausen bei Wetzlar verkauft habe.* 1312 *nov.* 8.

Nos judices — faciendum [1]). Vendidit igitur religiosis viris domino . . commendatori et fratribus domus Theothunice apud Marcpurch Moguntine dyocesis quintam partem molendini siti in Husen apud Wet-

1312 nov. 8.

1) Wie in nr. 205.

flariam, quam habuit an der walcmolen ex racione hereditaria mariti sui predicti et progenitorum suorum in ipsam devolutam, habendam et possidendam cum omni jure sibi in eadem parte molendini competente pro viginti et octo marcis denariorum sibi traditorum penitus et pagatorum. Hanc vendicionem fecit de consensu Marquardi de Nuferen et Conradi Monceres et Alberti de Lynden consororiorum, quorum dicta pars molendini fuit et extitit obligata. Super quam — fide digni [1]).

Datum anno domini m°ccc°xii°, feria quarta ante festum beati Martini episcopi.

Ipsi enim — supra [2]).

Aus orig.-perg. mit beschädigtem siegel in Marburg (deutscho.).

209. 1312 *nov.* 26.

1312 nov. 26. Nos Ospertus dictus Zan et Obe conjuges accedente consensu Ludewici dicti Zanes ac Alheydis sue conthoralis coheredum nostrorum vendidimus . . abbatisse totique conventui ecclesie sancti Georgii prope Frankenberg annuos et perpetuos redditus videlicet quatuor maldrorum siliginis et avene cum una auca et uno pullo de curia nostra seu de parte ejusdem nobis cedente in villa Eychen sita. Ne vero de predictis in posterum insurgere valeat ambiguitas aliqualis, presentem litteram damus sigilli universitatis in Marpurg munimine sigillatam cum testimonio Ruclonis proconsulis, Hartungi Brvningi, Alberti ex Curia, Echardi dicti Kolis.

Datum anno domini m°ccc°xii°, sexto kalendas decembris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

210. *Ludwig und Hubert scheffen zu Amöneburg beurkunden, dass Heyno Steppach von Mardorf seine güter daselbst für schuldige gerichtskosten dem deutschen hause in Marburg verpfändet habe.* 1312 *dec.* 10.

1312 dec. 10. Nos Ludewicus et Hubertus scabini in Ameneburg recongnoscimus in hiis scriptis publice protestantes, quod Heyno dictus Steppach de Martorph in nostra presencia constitutus cum consensu et bona voluntate Cunegundis, Hille, Reynh. et Gotsonis suorum filiorum, animo deliberato, absque dolo, causa vel ingenio, honorabilibus viris et religiosis conmendatori totique conventui domus Theutonice in Marpurg pro debitis suis, videlicet quatuordecim libris hallensium, de dampnis et interesse, que in causa in judicio Maguntino desuper sibi mota accrevisse noscuntur, bona

1) Wie in nr. 205.

2) Wie in nr. 205.

sua sita in terminis ville Martorph in agris, pratis et proventibus denariorum, que ibidem habere dinoscitur, tytulo pignoris obligavit, fructibus in sortem annorum quolibet conputandis.

Acta sunt hec presentibus Ludewico et Huberto antedictis necnon Deytmaro sculteto, Hermanno Hobeman et Heynone dicto Gossenere cum quam pluribus aliis fide dignis. Ad preces igitur Heynonis antedicti et filiorum suorum predictorum sigillum nostre universitatis apposuimus huic scripto.

Datum anno domini m°ccc°xii°, quarto idus decembris.

Aus dem etwas verblassten orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

211. *Hermann Zöllner bürger zu Grünberg verkauft dem deutschen hause in Marburg ein drittel seines hofes in Seelheim.* 1313 *febr.* 11.

Ne factorum modernorum que digna sunt memoria posterum[1]) frustrentur ignorancia, decet et expedit ea sigillorum et scripti munimine vivoque testimonio perhennari. Hinc est, quod ego Hermannus Theolendinarius civis in Gronenberg et Elizabet mea legitima conthoralis notum esse cupimus presencium inspectoribus et audituris universis et tenore presencium publice confitemur ac eciam recognoscimus, quod de bono et pleno consensu et spontanea voluntate cum solempnitatibus omnibus ad hoc debitis et consuetis, et eciam inter nos contrahentes hoc pacto expresse, quod de presenti contractu presens fieret instrumentum, vendidimus et vendimus per presentes viris religiosis . . conmendatori ceterisque fratribus domus Theutonice in Marpurg Maguntine dyocesis terciam partem nostre curie in villa Selheym, quam nunc colit Rudulfus dictus Stelenhemere, in edificiis, in agris, pratis, pascuis et in omnibus aliis pertinenciis pro xxv marcis denariorum legalium, xviii solidis pro marca qualibet conputatis, Marpurgensis monete, possidendam et in perpetuum habendam et ut ad usus predictorum fratrum absolute et libere devolvatur. Confitemur eciam precium curtis nobis esse numeratum, traditum integraliter et solutum a fratribus antedictis. Promisimus eciam eisdem fratribus secundum jus et consuetudinem terre prestare warandiam debitam et consuetam. Renunciamus et renunciavimus omni juri, quod in dicta curia habemus et habere potuimus, et empcionis contractum firmum et ratum habere, disbrigare et auctorizare et contra inpetentem defendere vel aliquid attemptare vel attemptari procurare, quod nobis posset prodesse et dictis religiosis obesse, arte, dolo, causa vel ingenio sim-

1313 febr. 11.

1) ‘poste4’ orig.

pliciter et expresse. In cujus rei testimonium nos Hermannus et Elizabet nominati in evidenciam premissorum et firmius testimonium sigillum universitatis in Gronenberg apponi rogavimus huic scripto. Nos vero Henricus senior filius Volperti de Sassen, Theodericus dictus Dunneber, Conradus Monetarius, Con. frater domine Elizabet dicte Wrstebenlen, scabini in Gronenberg, et alii quam plures fide digni protestamur et recognoscimus omnia et singula esse vera, et quod ad preces predictarum parcium contrahencium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Acta sunt hec anno domini m°ccc°xiii°, iii° idus februarii in crastino beate Scolastice virginis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

212. *Die söhne des ritters Zabel von Vers verkaufen ihre güter zu Oberweimar an Siegfried von Biedenkopf bürger zu Marburg.* 1313 *febr.* 17.

1313 febr. 17. Nos Ernestus plebanus ecclesie in Radehem, Zabulo et Philippus fratres carnales, liberi quondam Zabulonis militis dicti de Verse, recognoscimus et ad universorum noticiam cupimus pervenire, quod maturo amicorum nostrorum consilio prehabito, de bona et libera voluntate nostra manuque communicata vendidimus et assignavimus vendictione simplici et legittima justoque vendicionis tytulo bona nostra sita in villa Oberwimere, que Ernestus nomine nostro possedit, de quibus singulis annis loco seu nomine omnium aliorum proventuum inde proveniencium viginti solidi denariorum nomine census annui persolvuntur, cum universis juribus atque attinenciis eorum quibuscumque, videlicet pratis, pascuis, campis, silvis, aquarum decursibus, Syffrido dicto de Bidenkap civi in Marpurg, Mecclen uxori ejus legittime et eorum heredibus pro quindecim marcis denariorum Coloniensium jure proprietario ad habenda, possidenda cum omni felicitate perpetue, pacifice et quiete, transferentes in eos omne jus et plenum dominium dictorum bonorum, prout ad nos spectabat et spectare videbatur jure de communi. Renunciamus quoque et renunciasse nos profitemur simpliciter et precise de jam dictis bonis et emolumentis eorum necnon omnibus actionibus, questionibus, excepcionibus juris canonici et civilis, que nobis in jam dictis bonis nunc conpetunt vel in futurum conpetere poterunt ullo modo, et precipue illi excepcioni de non data et non soluta pecunia. Nichilominus renunciamus principaliter illi excepcioni, qua mediante jam dicta, facta et scripta vendicio in posterum per nos vel per aliquem nomine nostro posset aliqualiter infirmari. Ne vero de predictis aliqua ambiguitas insurgere valeat in futurum, predictis Syffrido, Mecclen uxori ejus et heredibus

eorum damus et contulimus presentem litteram in validum robur omnium prescriptorum sigilli universitatis in Marpurg munimine sigillatam cum testimonio testium subscriptorum, quorum nomina sunt hec: Crafto dictus Rode miles; Ernestus, Henclo Wiglo, Albertus ex Curia, scabini; Wicherus, Mengotus Bruwere, Syffridus de Gindernahe, et alii quam plures fide digni. Nos quoque scabini et consules universitatis in Marpurg recognoscimus ad preces et ad rogatum predictorum Ernesti et fratrum suorum sigillum nostre universitatis huic scripto appendisse.

Datum anno domini m°ccc°xiii°, undecimo kalendas marcii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

213. *Volpert Maldirleip bürger zu Wetzlar und Alheidis wittwe des Wetzlarer bürgers Herfrid verkaufen dem deutschen hause bei Marburg einkünfte von der mahl- und von der walkmühle zu Hausen vor Wetzlar.* 1313 (1314?) *märz.*

1313 (1314?) märz.

Noverint universi, quod ego Fulpertus dictus Maldirleyp civis Wetflariensis communicata manu Cristine uxoris mee vendidi et dedi vere proprietatis tytulo in hiis scriptis religiosis viris dominis . . commendatori et fratribus domus Theotonice apud Marburch Maguntine dyocesis unum maldrum puri siliginis Wetflariensis mensure annue pensionis persolvendum in festo beati Michaelis ex quinta parte quarte partis molendini dicti malemole siti in Husen prope muros Wetflarienses. Item ego Fulpertus predictus communicata manu uxoris mee predicte ac de consensu et voluntate Alheydis relicte quondam Herfridi vendidi vendicionis tytulo . . commendatori et fratribus domus predicte fertonem denariorum annui census in festo beati Michaelis persolvendum ex molendino ibidem in Husen sito dicto walcmole, quem erga ipsam Alheydim empcionis tytulo comparavi. Preterea ego Alheydis prefata relicta quondam Herfridi civis Wetflariensis sana deliberacione maturoque consilio prehabitis, de voluntate et consensu Fulperti et Cristine conjugum predictorum vendidi et vendo juste vendicionis tytulo per presentes . . commendatori et fratribus sepedictis similiter unum maldrum puri siliginis Wetflariensis mensure annue pensionis ex quinta parte quarte partis molendini dicti malemole siti in Husen sepedicto michi ex porcione hereditaria contingente percipiendum in festo beati Michaelis annuatim, possidendum in perpetuum et habendum pro certa summa denariorum numerate pecunie nobis tradite penitus et pagate. Et nos . . commendator et fratres domus Theotonice predicte publice recongnoscimus tenore presencium litterarum, quod tenemur solvere de prelibatis bonis exactiones seu sturas do-

mino nostro . . Romanorum imperatori, cum dande fuerint, una cum civibus Wetflariensibus tempore oportuno. In premissorum testimonium sigillum civitatis Wetflariensis ad nostras preces hinc inde litteris presentibus est appensum. Hujus facti testes sunt: Conradus de Catzenfürt, Johannes Beyr, scabini, et alii fide digni.

Actum et datum anno domini m°ccc°xiii°, mense marcio.

Aus orig.-perg. mit siegelbruchstück in Marburg (deutscho.).

214. *Das deutsche haus bei Marburg verspricht seinem pförtner Heinrich drei malter korn jährlich sowie wohnung in einem häuschen gegenüber der scheune und eine gedächtnissfeier nach seinem tode.* 1313 *märz* 3.

1313 märz 3. Universis presentes litteras visuris et audituris nos frater Renoldus conmendator ceterique fratres domus Theutonice apud Marpurg notum esse cupimus et tenore presencium publice profitemur, quod Henrico famulo nostro portario dabimus et dare tenemur tria maldra siliginis pagabilis et mensure Marpurgensis de nostro granario sive domo singulis annis, quamdiu vixerit, nulla occasione obstante, pro annua pensione. Assignamus eciam eidem H. dimidiam domunculam, in qua nunc habitat, sitam contra nostrum horreum, sub eodem tytulo et nomine, ut premissum est, libere possidendam. Postquam vero diem clauserit extremum domino disponente, de jam dicta annona sive siligine ministrabimus et solvemus redditus unius marce fratribus pro remedio anime sue ad consolacionem et pitanciam, ita ut anniversarius ejus post obitum ipsius in decantatione missarum et vigiliarum secundum consuetudinem jam dudum hic observatam perpetuo peragatur. In cujus rei evidenciam et firmius testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum.

Datum anno domini m°ccc°xiii°, quarto idus marcii in die beati Gregorii pape.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

215. *Ritter Konrad von Hohenfels überlässt dem deutschen hause zu Marburg einen hörigen zu Kirchhain.* 1313 *märz* 6.

1313 märz 6. Noverint universi et singuli tam posteri quam moderni presencium inspectores, quod nos Cunradus dictus de Hohenuels miles et Irmedrudis legitima nostra una cum omnium heredum nostrorum consensu, scilicet Cunradi, Godfridi et Eckardi filiorum nostrorum, donavimus et donamus et, sicut moris est, cum manu et cum veste, quod dicitur mit deme orde,

presentavimus et porreximus honestis viris domino . . commendatori et fratribus domus Theutonice in Marburg Johannem fabrum in Kirchayn morantem, filium Rudolfi de Mvnichusen, nostrum hominem, omni jure et modo, quibus nos ipsum hactenus habuimus, possidendum et habendum perpetuo pacifice et quiete. Et nos Cunradus predictus, Cunradus et Godfridus filii nostri necnon Cunradus de Bardinhusen dictus cyntgrebe promisimus et fidejussimus pro warandia, que dicitur vulgariter werschaph, consueta et debita facienda. Hujus rei testes sunt: discreti viri dominus Rupertus plebanus in Kirchayn, dominus Hiltwinus de Elminsdorf, sacerdotes; dominus de Hepenberg, dominus Mengotus Cnybe, milites; Ludewicus dictus Stints magister opidanorum in Wettere, Gerhardus Kanthe scabinus ibidem, Petrus opilio, et quam plures alii fide digni. Nos quoque Cunradus et Irmedrudis, non habentes sigillum proprium, ad majorem evidenciam hanc litteram antedictis . . commendatori et fratribus tradidimus sigillo civitatis in Wettere communitam.

Datum anno domini m°ccc°xiii°, feria tercia post dominicam Invocavit.

Aus dem stellenweise sehr verblassten orig.-perg. in Marburg (deutscho.) Siegel abgefallen.

216. *Heinrich Imhof bürger zu Marburg benachrichtigt den official des propstes von st. Stephan zu Mainz, dass er zu gunsten des deutschen hauses bei Marburg dem patronat zu Gossfelden entsagt habe, und bittet ihn um besiegelung.* 1313 *märz* 21.

Honorabili viro domino . . officiali domini . . prepositi ecclesie sancti Stephani Moguntine Henricus dictus ex Curia civis in Marpurg ac Hildeburgis ejus uxor legitima quidquid poterunt obsequii et honoris. Vestre honestati notum esse volumus et significamus litteras per presentes, quod nos bona deliberacione prehabita, maturo consilio et consensu unanimi resignavimus ac resignamus in manus religiosorum virorum . . conmendatoris ac fratrum domus hospitalis ordinis sancte Marie Teuthonicorum Jerosolimitani aput Marpurg quidquid juris habuimus seu habere possemus in futurum ex quacunque causa in jure patronatus ecclesie in Gozuelden, immo donamus eisdem . . conmendatori et fratribus quidquid juris nobis conpetit racione juris patronatus in ecclesia memorata. Quare rogamus et suppliciter petimus propter deum, ut donacionem et resignacionem predictam, sicut legitime a nobis facta est, vestri sigilli munimine roboretis. Et quia proprio sigillo caremus, donacionem sepefatam signatam sigillo plebani in Marpurg ac sigillo Ludewici filii nostri vobis transmittimus roboratam, rogantes iterato, ut donacioni, resignacioni, 1313 märz 21.

translacioni in domum et fratres domus predicte vestrum sigillum nostrarum precum intuitu apponatis.

Datum anno domini m°ccc°xiii°, xii° kalendas aprilis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel: 1) abgefallen. 2) dreieckig; getheilter schild, oben zwei von einander abgekehrte wachsende löwen oder hunde, unten eine schräg von rechts nach links herablaufende wellenlinie; umschr.: S · ' LODEWICI · DE · CVRIA ·

217. *Heinrich Imhof entsagt zu gunsten des deutschen hauses in Marburg allen ansprüchen auf den patronat zu Gossfelden*[1]).

1313 *märz* 21.

1313 märz 21. Nos Henricus dictus ex Curia ac Hildeburgis uxor mea legittima ad universorum noticiam cupimus pervenire, quod omne jus nobis in jure patronatus ecclesie in Gozuelden ac nostris heredibus conpetens vel [quod] posset in eodem conpetere in futurum, pure, simpliciter et irrevocabiliter resignamus, donamus, assignamus et tradimus per presentes intuitu pietatis ac pro salute nostra ac progenitorum nostrorum religiosis viris . . conmendatori et fratribus hospitalis sancte Marie Theuthunicorum Iherosolimitani domus in Marpurg, renunciantes pro nobis et nostris heredibus omni juri, excepcioni doli mali ac omni alio auxilio juris canonici et civilis, quod nobis ac dictis nostris heredibus in parte vel in toto veniendi contra donacionem et resignacionem predictas posset de jure vel de facto aliquam opem ferre. In cujus rei testimonium presentem donacionis et resignacionis paginam sigillo officialitatis prepositure ecclesie sancti Stephani Maguntine necnon . . plebani in Marpurg ac Ludewici filii nostri dicti ex Curia magistri civium ibidem fecimus communiri. Et nos . . officialis prepositure predicte ad peticionem Heinrici et . . uxoris sue predictorum sigillum officialitatis nostre recognoscimus presentibus appendisse. Similiter et nos . . plebanus et Ludewicus predicti sigilla nostra presentibus duximus appendenda.

Actum et datum anno domini m°ccc°xiii°, xii. kalendas aprilis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Von den drei siegeln hängt nur noch das erste (das des officials) an.

---

1) Diese urkunde wurde mit der vorhergehenden zugleich dem official von sanct Stephan zu Mainz zur nachträglichen besiegelung übersandt, woraus sich das gleiche datum beider erklärt.

218. *Das deutsche haus bei Marburg verspricht dem pfarrer Gumpert zu Beltershausen und seinen beiden schwestern zwei malter korn jährlich von einer hube zu Moischt auf lebenszeit und nach ihrem tode die feier ihres jahrestages.* 1313 *apr.* 1.

1313 apr. 1.

Nos frater Reymbado conmendator ceterique fratres domus Teuthonice aput Marpurg coram universis publice profitemur, quod promisimus et tenemur domino Gumperto plebano in Beltershusen et Gysele et Hetthe suis sororibus carnalibus duo maldra siliginis Marpurgensis mensure de manso qui dicitur Rukerishube, sito in Musshede ad opidum Marpurg, annis singulis, quamdiu vixerint, ministrare; que maldra vendiderunt Rudolphus de Rudingeshusen et Meitza [1]) soror ejusdem, omnibus eorum heredibus consencientibus et renunciantibus, videlicet Henrico, Rudolpho, Ylude beggina et Bertha, pueris ipsius Meitze, Alhedi quoque uxore Rudolphi, Bertha et Elyzabet filiabus eorumdem; vendiderunt inquam predicto domino Gumperto et suis sororibus, inmo et domui nostre nomine elemosine proprietatis tytulo in perpetuum possidenda. Que inquam maldra predictis, ut premisimus, presentabimus, nisi, quod absit, grando vel sterilitas sive bellum interveniens nos eorumdem bonorum fructibus privaverit; extunc per illum annum erimus a pensione hujusmodi penitus absoluti. Addicitur eciam, quod post obitum predictorum, scilicet domini Gumperti et sororum suarum, de predictis duobus maldris unum maldrum fratribus pro pyctancia ministrabimus in anniversario eorumdem, quem annis singulis peragemus cum vigiliis et missis et aliis operibus caritatis. Reliquum vero maldrum conventui ministrabimus pro conmuni elemosina, ut est moris. In cujus rei testimonium sepedictis presentem litteram dedimus sigilli nostri munimine, quo uti consuevimus, roboratam. Testes sunt: magister Volpertus plebanus in Marpurg, frater Syfridus prior, frater Rudolphus Rausten, sacerdotes; frater Henricus de Derenbach, frater Kůnkelo Theolonearii, et quam plures fratres alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc°xiii°, kalendis aprilis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

219. *Die eheleute Winther und Mechthild von Dudenhofen versprechen dem deutschen hause bei Marburg von dessen hof und gütern zu Dudenhofen genannte jährliche leistungen und verkaufen demselben zwei malter korn jährlich von denselben gütern.* 1313 *apr.*

1313 apr.

Nos Wintherus et Methildis conjuges de Dudenhobein notum facimus tenore presencium perceptoribus universis, quod tenemur solvere reli-

1) 'Mezza' orig.

giosis viris dominis . . commendatori et fratribus domus Theotonice apud Marburch Moguntine dyocesis annis singulis septem maldra pure siliginis, quatuor maldra avene Wetflariensis mensure annue pensionis circa festum beati Bartholomei apostoli nostris expensis et laboribus usque Wetflariam, quatuor aucas, totidem pullos autumpnales cum duobus pullis carnisprivialibus annis singulis presentanda ex curia et bonis eorundem fratrum sitis in villa et in campis Dudenhoben predicta, que ab eisdem fratribus tenemus jure colonario et habemus. Insuper publice recognoscimus tenore presencium, quod vendidimus et vendimus consensu mutuo et voluntate unanimi juste proprietatis tytulo . . commendatori et fratribus predictis duo maldra siliginis ejusdem Wetflariensis mensure annue pensionis persolvenda et usque Wetflariam presentanda annis singulis in festo beati Bartholomei supradicto una cum prefatis redditibus, non obstante casu quolibet vel eventu, ex melioracione eorundem bonorum nobis in eisdem competente pro quatuordecim marcis denariorum numerate pecunie nobis tradite penitus et pagate. Addicimus eciam, quod, si jam dictam pensionem in dicto solucionis termino, ut premissum est, non persolveremus, quod absit, aut aliter quoquo modo deteriorarentur vel devastarentur per nos bona prelibata, extunc ad ipsos . . commendatorem et fratres integraliter revertentur sepedicta bona libere et solute cum ipsorum melioracionibus, contradictione qualibet non obstante. Preterea renunciamus simpliciter et precise omni actioni, cause ac defensioni tam juris canonici quam civilis, que nobis competunt aut competere possunt racione laborum et expensarum per nos factarum in edificiis et constructionibus predicte curie et melioracionibus bonorum predictorum. In premissorum testimonium et robur tradidimus ipsis hanc litteram sigillo civitatis Wetflariensis nostris hincinde precibus fideliter communitam.

Actum et datum anno domini m°ccc°xiii°, mense aprili. Hujus facti testes sunt: Conradus de Catzenfurt, Johannes Beyr, scabini civitatis predicte, et alii fide digni. Datum ut supra et cetera.

Aus dem durch feuchtigkeit stark beschädigten orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

220. *Der official des propstes von st. Stephan zu Mainz beauftragt den decan zu Amöneburg, den geistlichen Dietrich Imhof von Marburg als pfarrer in Gossfelden einzuführen.* 1313 *apr.* 6.

1313 apr. 6. . . Officialis domini prepositi ecclesie sancti Stephani Moguntine discreto viro . . decano sedis in Ameneburg vel ejus vices gerenti salutem in domino. Theodericum clericum, filium Lodewici ex Curia, nobis ad ecclesiam parrochialem in Goßfelden vacantem ex libera resignatione

Henrici quondam rectoris ejusdem ecclesie, filii Lodewici predicti, per[1]) veros patronos ejusdem ecclesie presentatum, videlicet . . conmendatorem et fratres ordinis sancte Marie Jerosolimitani domus Theuthonicorum in Marpurg, de eadem investivimus et presentibus investimus, mandantes vobis sub pena suspensionis, quatenus eundem vel alium nomine suo in possessionem dicte ecclesie ducatis corporalem, facientes eidem Theoderico de juribus, redditibus et proventibus memorate ecclesie integre responderi, adhibitis circa hoc sollempnitatibus debitis et consuetis.

Datum anno domini m°ccc°xiii°, viii° idus aprilis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

221. *Gertrud Schonen wittwe Gernands von Bomberg verkauft dem deutschen hause bei Marburg vier malter korn jährlich von ihrem hofe zu Bomberg.* 1313 *mai* 24.

Noverint universi, quod ego Gerdrudis dicta Schonen relicta quondam Gernandi de Půmberch de voluntate Hartmanni, Gernodi, Henkelonis, Lodewici et Reynheri filiorum meorum, ac de consensu Henrici dicti Grozen, Henrici dicti Schulle et Wenzelonis generorum meorum, item de voluntate Hedewigis, Irmengardis, Lize et Methildis filiarum mearum necnon Elizabeth nurus mee vendidi juste proprietatis tytulo ac vendo in hiis scriptis religiosis viris dominis . . commendatori et fratribus domus Theotonice apud Marburch Moguntine dyocesis quatuor maldra pure siliginis Wetflariensis mensure annue pensionis ex omnibus bonis meis, que possideo, videlicet ex curia mea sita in villa Půmberch[2]) et ex omnibus aliis bonis meis, campis, pratis, pascuis et nemoribus ad dictam curiam spectantibus, ubicunque locorum sita et quocunque nomine censeantur, percipienda et usque Wetflariam circa festum beati Bartholomei apostoli annis singulis meis expensis et laboribus presentanda, non obstante casu quolibet vel eventu, pro certa summa pecunie michi tradite penitus et pagate. Et manebunt omnia bona supradicta per meos heredes et successores quoscunque eternaliter indivisa. In premissorum testimonium sigillum civitatis Wetflariensis meis, puerorum, generorum meorum et nurus mee predictorum precibus presentibus est appensum. Hujus facti testes sunt: Conradus de Catzenfůrt, Johannes Beyer, scabini civitatis predicte, et alii fide digni.

Actum et datum anno domini m°ccc°xiii°, circa festum ascensionis domini.

1313 mai 24.

1) 'nobis per' orig.

2) Bomberg, wüstung bei Kleeberg, wo noch der grosse und kleine Bomberger stein.

Aus orig.-perg. mit beschädigtem siegel in Marburg (deutscho.). Auf der rückseite steht von einer hand des XV. jahrh.: 'Disse gude sin verkutet mit Conrad von Swalbach geyn iii achtel k., die er dem orden ewiglichen verschriben haid uß eyner hube zu Lotzellinden, vide in littera desuper confecta'.

222. 1313 *jun.* 11.

1313 jun. 11. Nos Gerhardus dictus de Terse et Jutha conjuges . . abbatisse et conventui sancti Georgii ordinis Cistersiensis extra muros Frankinberg titulo vendicionis in Rendershusen villa tria modia frumenti et tot avene et duas metretas tritici dedimus pro xxvii tollentis[1]) Marburgensium denariorum. Testes: Ekehardus miles dictus de Helfinberg cum duobus filiis suis, Volpertus Engece, Ludeuicus, Ospertus, Eberhardus, Vigandus dicti de Munechusen, Henricus Clinchardi. Sigillis predicti conventus ac domini de Helfinberg militis antedicti presentes fecimus conmuniri.

Datum et actum anno domini m°ccc°xiii°, tercio idus junii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Beide siegel beschädigt: 1) oval; heiliger mit palmzweig. 2) dreieckig; schräg gestellter doppelter hausanker; umschr.: S ·' EKEHARDI · DE · HEL . . . . . G ·

223. *Die äbtissin zu Wetter entlässt Gerhard aus Oberwetter, welcher in einen orden treten will, der hörigkeit.* 1313 *jul.* 14.

1313 jul. 14. Nos Cunegundis dei gracia abbatissa ecclesie in Wettere sub sigilli nostri appensione lucide protestamur, quod cum Gerhardus filius Hermanni de Oberwettere nobis et nostro altari attinens intendat deo in religioso habitu famulari, nos ipsum manumittimus simpliciter propter deum, dantes eidem presentibus licenciam et liberam potestatem intrandi ordinem aut religionem quamcunque duxerit eligendum, quia id ad nos et ad nullum alium dinoscitur pertinere.

Datum anno domini m.ccc.xiii., feria sexta ante diem Lamberti.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

224. *Das deutsche haus zu Marburg verspricht der Guda wittwe Ortwins am Grün (in Marburg) jährlich eine mark zu zahlen, welche nach ihrem tode zur gedächtnissfeier beider ehegatten verwandt werden soll.* 1313 *aug.* 17.

1313 aug. 17. Nos frater Reynboldus conmendator ceterique fratres domus Theutonice in Marpurg ordinis sancte Marie recognoscimus et publice protestamur, quod provisor pitancie qui tunc pro tempore fuerit, dabit et dare

1) So statt 'talentis' im orig.

tenetur dilecte nobis in Cristo domine Goden relicte Ortwini dicti amme Grinde unam marcam usualis monete quolibet anno, quamdiu vixerit, pro annua pensione. Postquam vero viam universe carnis fuerit ingressa domino disponente, extunc devolvere debet ad consolacionem fratrum nostrorum specialem pro pitancia, ut exinde anniversarius ejus et memoria cum ceteris benefactoribus nostris in decantacione missarum, vigiliarum ac in luminaribus, quemadmodum consuetudo inolevit, solempniter peragatur. Condiximus eciam et in hiis scriptis fideliter promisimus, quod diem obitus sive anniversarium Ortwini pie recordacionis antedicti a progenie usque ad progeniem annua revolutione eodem modo, ut premissum est, pro beneficiis nobis ex parte ipsius inpensis et porrectis et jam in presenti libere resignatis cum omni veneracione in nostra ecclesia peragemus. In cujus rei evidenciam et firmius testimonium presens scriptum dedimus nominate domine Goden sigilli nostri munimine roboratum.

Datum anno domini m°ccc°xiii°, xvi° kalendas septembris.

Aus orig.-perg. mit wol erhaltenem siegel in Marburg (deutscho.).

225. *Genannte personen zu Marburg verkaufen dem deutschen hause daselbst äcker bei Niederwald.* 1313 *sept.* 30.

Nos Ludewicus sacerdos dictus Swivel, Bertradis soror mea dilecta, 1313 sept. 30.
Volchardus pistor, Hildegundis uxor mea, Gerwardus, Hedewigis uxor mea, Johannes, Elizabeth uxor mea, Ditmarus et Obe uxor mea, cives Marpurgenses, recognoscimus et tenore presencium universis cupimus constare, quod deliberato animo unanimique voluntatum nostrarum assensu communicataque manu vendidimus atque assignavimus vendicione simplici et legittima justoque vendicionis tytulo decem et octo jugera sive agros sita vel sitos prope villam Niderwalt cum suis attinenciis quibuscumque, que vel qui ad nos ex morte Bertradis beckine relicte quondam Henrici pistoris[1]) jure successorio sive hereditario fuerant et sunt devoluti, pro viginti et quatuor marcis denariorum Coloniensium, tribus hallensibus pro denario conputandis, religiosis viris domino . . conmendatori ceterisque fratribus domus Theotunice prope Marpurg jure proprietario ad habenda, possidenda cum omni felicitate perpetue, pacifice et quiete. Quas quidem marcas confitemur esse nobis datas et numeratas conplete et solute; dantes ipsis tenutam et possessionem predictorum agrorum, prout ad nos spectabant et spectare videbantur jure de communi, nichilque juris penitus nobis et nostris heredibus in eisdem agris reservando. Insuper renunciamus et renunciasse nos profitemur publice

1) 'ad nos' wiederholt hier orig.

et precise in hiis scriptis universis et singulis actionibus, questionibus, exceptionibus juris canonici et civilis et precipue et principaliter illi exceptioni, qua mediante jam dicta, facta et scripta vendictio atque renunciatio per nos vel per aliquem nomine nostro in posterum possent aliqualiter infirmari, dantes de hoc predictis fratribus presentem litteram sigilli universitatis in Marpurg munimine patencius sigillatam cum testimonio testium subscriptorum, videlicet Ludewici canonici ecclesie Fritslariensis dicti Kalp, Ludewici ex Curia magistri civium in Marpurg, Arnoldi de Gambach, Henclonis Wiglen, Alberti ex Curia, scabinorum in Marpurg, et aliorum quam plurium fide dignorum. Nos quoque scabini et consules universitatis predicte recognoscimus ad preces et ad rogatum predictorum sigillum universitatis nostre huic scripto inpendisse in pleniorem evidentiam prescriptorum.

Datum et actum anno domini m°ccc°xiii°, in crastino Michaelis.

Aus orig.-perg. mit schön erhaltenem siegel in Marburg (deutscho.).

226. *Heinrich Lantgreve verkauft dem deutschen hause bei Marburg die hälfte seines hofes zu Ebsdorf und zwei schillinge jährlichen zinses daselbst.* 1313 *nov.* 8.

1313 nov. 8. De negociis et contractibus consulte scripturam facimus, ut res, que sub oculis modernorum agitur, testimonio scripture prorogetur ad noticiam futurorum. Notum igitur sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego Henricus dictus Lantgreue una cum uxore mea legitima Alhedi dicta Hildewigen vendidimus conmunicata manu et donavimus matura deliberacione prehabita et donamus religiosis viris . . conmendatori et fratribus domus Teuthonice aput Marpurg dimidietatem curie nostre in Elbesdorf, cujus eciam curie dimidietatem ipsi fratres antea ex donacione Hermanni dicti de Gozuelden et sue uxoris Alhedis bone memorie possidebant; vendidimus inquam predictis . . conmendatori et fratribus et donavimus pro triginta et quatuor marcis denariorum legalium nobis ab ipsis fratribus integraliter persolutis proprietatis titulo in perpetuum possidendam cum omnibus et singulis suis pertinenciis tam in villa quam extra villam, scilicet aquis, pratis, pascuis, silvis et aliis juribus quibuscunque. Vendidimus eciam predictis fratribus duos solidos annui census ibidem de quodam cedentes prato jure hereditario in perpetuum possidendos; accedente consensu voluntario omnium heredum nostrorum et ipsis nobiscum renunciantibus omni juri, actioni, quod vel quas habere poterant in ipsis bonis seu censu, liberaliter et expresse. Promisimus quoque et promittimus in hiis scriptis predictis . . conmendatori et fratribus de predicta curia sive de dimidietate ejusdem et censu predicto

facere warandiam debitam et consuetam et nichilominus fidejussores vere warandie, videlicet Arnoldum de Gambach, Ludewicum dictum Zain, Conradum de Bydenkap scabinos, Wygandum dictum Gloickengizsere in solidum obligavimus et presentibus obligamus. Quod et nos fidejussores predicti recognoscimus esse verum.

Acta sunt hec presentibus viris ydoneis subnotatis, videlicet magistro Volperto plebano in Marpurg, Ludewico Vitulo canonico Fritslariensi, Burchardo notario domini . . Monasteriensis episcopi, domino Craftone milite, Eckehardo dicto Koil, Alberto ex Curia, Henkelone Wygelonis, scabinis, Wykero, et aliis plurimis fide dignis. In evidenciam eciam firmiorem sepedictis fratribus presentem litteram dedimus et eandem petivimus sigillo civitatis civium in Marpurg, quod apponi rogavimus, sigillari. Et nos scabini et cives predicti recognoscimus ad rogatum predictorum, scilicet Henrici et Alhedis uxoris sue, et coheredum ipsorum nostrum sigillum presentibus apposuisse in testimonium omnium premissorum.

Datum anno domini m°ccc°xiii°, in die iiii coronatorum.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

227. *Hermann Zahn und seine miterben verkaufen dem deutschen hause bei Marburg 15 von demselben bisher zu lehen gehabte morgen landes um Willemansdorf und auf der andern seite der Lahn und verzichten auf einen bisher streitigen theil der güter daselbst.* 1313 *nov.* 17.

Quoniam propter humane labilitatem memorie actiones hominum, ne labantur cum tempore, in scriptis redigi utile est et necesse, hinc est, quod nos Hermannus dictus Zain et uxor mea Methildis legitima, Ludewicus dictus Zain et Alhedis uxor mea, Ospertus et Aba uxor mea, Eckehardus dictus Koil noster sororius una cum uxore sua Hilla sorore nostra ac aliis nostris heredibus universis recognoscimus publice per presentes, quod religiosis et honestis viris . . conmendatori et fratribus domus Teuthonice prope Marpurg vendidimus, dedimus et resignavimus quindecim jugera circa Wyllemanstorf et ex altera parte aque dicte[1]) Lane sita et a nostris coheredibus divisa, que inquam jugera ab ipso . . conmendatore et fratribus in feudo tenuimus et habuimus et que ad nos ex porcione hereditaria fuerant racionabiliter devoluta; vendidimus inquam ipsis . . conmendatori et fratribus pro quinquaginta et quinque marcis denariorum legalium nobis ab ipsis fratribus datis et integraliter persolutis, re- 1313 nov. 17.

1) 'dicta' orig.

nunciantes simpliciter et precise omni actioni, defensioni ac excepcioni, que nobis aut nostris heredibus posset in dictis jugeribus jam in presenti vel in futurum conpetere seu deberet; immo donamus et resignamus resignacione libera et soluta et transferimus quidquid juris habuimus in eisdem. Preterea, ut omnis cesset actio, recognoscimus nichilominus per presentes, quod renunciamus et renunciavimus in hiis scriptis una cum aliis nostris coheredibus infra scriptis, videlicet Osperto de Frankenberg, Osperto de Ameneburg et Johanne fratre suo, Osperto quoque filio quondam Osperti de Domo Lapidea, Methildi, Hyldeburgi et Cyne sororibus ejusdem, pueris quoque Alberti et Albradis in Gudensberg, pro quibus ego Ludewicus dictus Zain fide data promisi, ut nobiscum renunciacionem faciant debitam atque plenam; renunciavimus inquam et renunciamus parti scilicet, pro qua inter nos et fratres predictos lis et contencio habebatur, et quam partem Hilla dicta Seligen et ejus maritus Hermannus dictus Selige ab ipsis fratribus in feudo habebant et postmodum memoratis fratribus contulerant in puram elemosinam propter deum [1]), que pars a nobis et a nostris progenitoribus divisa fuerat de consensu predictorum dominorum et fratrum, prout veraciter vivo testimonio instructi fuimus et edocti. Et licet hoc fuerit, tamen nobis viginti marcas, ut plene cessaret omnis actio, contulerunt, quas viginti marcas partibus distribuimus hinc et inde. Insuper si aliqua instrumenta de premissis seu super premissis ab aliquo sunt obtenta sub quocunque sigillo, publice vel occulte, eadem instrumenta falsa omnino dicimus et inana. Quod nos omnes supradicti recognoscimus esse verum et contractum donacionis scilicet et renunciacionis, prout in omnibus est premissum, presentibus unanimiter approbamus. Unde, ne super predictis alicujus questionis aut dubietatis possit aliqua materia in posterum exoriri, nos testes subscribi fecimus, qui vendicioni et renunciacioni, cum fieret, affuerunt, scilicet Elberhardus pincerna, Guntramus advocatus, Hartmudus Sûzesper, Crafto dictus Rode, milites; Henricus Theolonearius officialis in Marpurg, Ludewicus ex Curia magister civium ibidem, Arnoldus de Gambach, Hartungus Bruningi, Albertus ex Curia, Conradus de Bydenkap, Henkelo Wygelonis, Syfridus de Bydenkap, scabini, et quam plures alii fide digni. Ad stabilem eciam observanciam omnium premissorum et perpetuam omnium firmitatem presentem litteram sepedictis fratribus unanimiter dedimus et eandem petivimus sigilli civitatis civium in Marpurg munimine roborari. Et nos scabini et cives in Marpurg predicti recognoscimus ad preces omnium predictorum nostrum sigillum presentibus apposuisse in testimonium premissorum.

---

1) Vgl. nr. 238.

Datum anno domini m°ccc°xiii°, feria quarta infra octavam beati Martini episcopi.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

228. *Die richter des Mainzer stuhles beauftragen die pfarrer zu Lauterbach, Schlitz, Alsfeld, Ehringshausen, Amöneburg und Marburg, Bertho und Konrad Schelters sohn, welche dem deutschen hause in Marburg 18 pferde geraubt haben, nach vorheriger fruchtloser mahnung zum schadenersatz binnen 8 tagen, öffentlich für excommunicirt zu erklären.* 1313 *nov.* 19.

Judices sancte Moguntine sedis discretis viris in Lutterenbach, in Slidese, in Alsfelt, in Iringeshusen, in Ameneburg et in Marpurg plebanis ceterisque plebanis, viceplebanis, cappellanis et ecclesiarum rectoribus universis per Moguntinam dyocesim constitutis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in domino. Cum nos in causa spolii notorii, quam religiosi viri . . commendator et fratres ordinis sancte Marie domus Theutonice in Marpurg contra Berthogum et Conradum filium . . dicti Schelteris et eorum complices in hac parte prosequebantur in judicio coram nobis, per quos iidem . . commendator et fratres se dicebant decem et octo equis et rebus aliis notorie spoliatos, legittime procedentes invenerimus et pronunciaverimus ex confessione procuratoris dictorum reorum coram nobis in judicio publice facta spolium hujusmodi esse notorium et contra ipsos spoliatores fore per statuta provincialis concilii Moguntini contra spoliatores ecclesiasticarum personarum edita procedendum ipsosque Berthogum, Conradum et eorum complices supradictos comdempnaverimus ad restitucionem spolii predicti et expensarum factarum per dictos . . commendatorem et fratres in prosecucione spolii hujusmodi, que spolium et expensas procurator dictorum actorum ad septuaginta marcas Coloniensium denariorum nostra taxatione et moderacione precedentibus legittime declaravit, vobis et cuilibet vestrum, qui requisiti fueritis, sub pena suspensionis officii vestri, quam in vos et quemlibet vestrum ferimus in hiis scriptis, trium tamen dierum monicione premissa, si non feceritis hoc mandatum, districte precipiendo mandamus, quatenus Berthogum et Conradum spoliatores predictos et eorum in hac parte complices ex superhabundanti diligenter et publice denuo moneatis, ut infra octo dies post vestram monicionem vel alterius vestrum res ablatas hujusmodi universas vel saltem valorem ipsarum ut supra scribitur declaratum integre restituant . . commendatori et fratribus predictis cum satisfactione debita et condigna. Alioquin predictos spoliatores et eorum complices in hac

1313 nov. 19.

parte, quos propter facti hujusmodi temeritatem excommunicamus in hiis scriptis, excommunicatos singulis diebus dominicis accensis candelis et pulsatis campanis et ab omnibus artius evitandos in vestris ecclesiis publice nuncietis, cessantes nichilominus et cessari facientes in singulis vestris ecclesiis, parrochiis et cappellis necnon in omnibus aliis locis, opidis atque villis, in quibus spoliatores predicti vel alter eorum se receperint aut manserint seu moram traxerint, jurisdictionem de jure vel de facto exercuerint aut domicilia vel receptacula obtinuerint et ad que spolium ipsum vel ejus pars deductum vel deducta fuerit, ab officiis penitus divinorum, que divinorum officia in locis predictis suspendimus per presentes et ea suspensa per vos et quemlibet vestrum volumus et precipimus usque ad satisfactionem debitam et condignam inviolabiliter observari, secundum quod statuta provincialis concilii Moguntini contra spoliatores ecclesiasticarum personarum edita statuerunt. In quibus exequendis alter alterum non respiciat vel expectet. Reddite litteras sigillatas.

Datum anno domini m°ccc°xiii°, xiii° kalendas decembris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Von den fünf beschädigten siegeln (weitere waren nicht angehängt) sind die beiden ersten rund, die übrigen oval. Auf dem ersten ein sitzender erzbischof, mit der umschr.: ..... MOGVNTINE · SEDIS ·; auf dem runden rücksiegel der heilige Martin zu pferde, einem armen die hälfte seines mantels zutheilend; umschr.: SECRETVM · IV ..... Das zweite, vierte und fünfte zeigen Maria mit dem kinde im brustbilde und darunter kleine betende gestalten; umschriften: S ·' DITMARI · PLEBANI · I .. EYSE ·[1]; S ·' BERTHOY · PLB' I · Ī · YRINGESHVSĒ ·; ..... GANDIS · ..... GRVNINBERC · Das dritte zeigt zwei auf einem breiten unterbau mit einem thor ruhende thürme; umschr.: S ·' ..... DE · SLITESE ·

229. *Die kinder Engels von Seelheim bürgers zu Amöneburg verkaufen dem deutschen hause bei Marburg einen acker am wege (von Amöneburg) nach Schröck.* 1313 *dec.* 1.

1313 dec. 1. In nomine domini, amen. Nos Angelus, Johannes et Elizabeth filii et heredes quondam Angeli de Selhem opidani in Ameneburch recongnoscimus publice in hiis scriptis, quod unanimiter honorabilibus viris dominis . . conmendatori totique conventui domus Tevtunice prope Marpurch agrum nostrum situm apud viam, que ducit Screckede, qui locus appellatus est Bymelo, pro decem et octo marcis cum dimidia vendidimus perpetuis temporibus possidendum, caventes eisdem ipsius agri warandiam debitam et consuetam, et nichilominus eisdem discretos viros Lodewicum de Fronhusen et Hupertum Amelungi nostris pro fidejussori-

1) jedenfalls 'TREYSE ·'.

bus desuper statuentes presentium per tenorem. Nos quoque Lodewicus et Hupertus jam dicti protestamur premissa, ut narrantur, omnia et singula esse vera. Hujus eciam rei testes sunt: Wigandus sub Tilia et Fryd. Rausten cum quam pluribus aliis probis viris pariter et honestis. Ad majorem insuper cautelam premissorum sigillo opidi Ameneburch presens scriptum petivimus confirmari. Et nos scabini ibidem profitemur sigillum nostre civitatis nos presentibus appendisse.

Actum et datum Ameneburch, anno domini millesimo ccc°xiii°, kalendis decembris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

230. *Hartrad von Reichenbach verkauft dem deutschen hause in Marburg den Rorberg.* 1313 *dec.* 16.

Ego Hartradus dictus de Richenbahc et Alhedis mea conthoralis et omnes mei veri heredes recognoscimus litteras per presentes, quod vendidimus discretis viris et honestis fratribus sancte Marie domus Theutunice in Marchburg montem qui vocatur Rorberg usque ad aquam cum omnibus usufructibus [1]), videlicet campis et nemoribus, titulo proprietatis possidendum; hoc adjecto, quod possideant pro testamento in remedium anime Hartradi pie memorie mei patris et animarum omnium meorum heredum et mee anime. Nos vero Hermannus de Velsperg et Ekehardus de Capele testes hujus emptionis recognoscimus, si aliquis heredum supradicti Hartradi vellet reclamare seu inpedire de jure vel de facto venditionem suprascriptam vel aliquis suo nomine vellet inpedire, fratribus supradictis warandiam faciemus debitam et consuetam. Insuper, si aliquis sepedictos fratres inpeteret et inpediret in bonis sepedictis, in bonis tanti valoris ipsis reconpensionem faciemus. Testes hujus rei sunt: dominus Ortwinus plebanus in Lichtenowe, dominus Bertoldus plebanus in Waleberg, dominus Gvtmarus sacerdos, Walterus de Wikardesa et Henricus suus filius, et scabini in Lichtenowen, et alii quam plures fide digni. Et ut hec firma maneant, nos Hartradus, Hermannus de Velsperg, Ekehardus de Capele nostra sigilla presentibus duximus apponenda. Nos vero scabini in Lichtenowe ad petitionem Harttradi de Richenbahc in evidentiam premissorum hanc cartam sigillo nostre civitatis duximus roborandam.

1313 dec. 16.

Datum anno domini m°ccc°xiii°, die dominica ante Thome.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

1) 'usifructibus' orig.

231. *Das deutsche haus zu Marburg verspricht der Cina wittwe Volpert Marderleyps jährlich 2½ malter korn als den preis des ihr abgekauften theiles der mahlmühle zu Hausen vor Wetzlar.* 1314.

1314. Nos frater Reymboldus commendator ceterique fratres ordinis sancte Marie Theuthonicorum domus in Marpůrg tenore presentium recognoscimus et constare cupimus universis, quod cum Cyna relicta Volperti dicti Marderleyp quidquid ipsam juris hereditarie contingebat in molendino dicto malemůlen in Husen extra muros Wetflarienses super Logenam sito nobis vendiderit pro tercio dimidio maldro siliginis Wetflariensis mensure annue pensionis reddituum, nos eidem Cyne et suis heredibus predictam annue pensionis annonam promisimus et promisisse tenore presentium recognoscimus annis singulis in festo Michaelis pro media parte et in festo pasche pro residua expedite in perpetuum ministrare; hac conditione adjecta, quod, si predicta Cyna vel sui heredes antedictam annonam vendere decreverint, nulli prorsus vendere debebunt dictam annonam nisi nobis, et nos seu nostri successores fratres pro quolibet maldro siliginis eidem vel eisdem dabimus septem marcas Coloniensium denariorum, tribus hallensibus pro denario conputandis. In cujus rei testimonium presentem litteram cum appensione sigilli domus nostre predicte, quo uti consuevimus, eisdem duximus porrigendam.

Datum anno domini m°ccc°xiiii°

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

232. *Das deutsche haus zu Marburg verspricht den söhnen Heinrichs von Driedorf jährliche einkünfte als den preis des ihnen abgekauften theiles der mahlmühle zu Hausen vor Wetzlar.* 1314.

1314. Nos frater Reynboldus conmendator ceterique fratres ordinis sancte Marie Theutonicorum domus in Marpurg tenore presencium recognoscimus et constare cupimus universis, quod cum Heynricus, Johannes et Herfridus fratres, filii Yde bone memorie, relicte quondam Heynrici de Dridorf, quidquid juris ipsos hereditarie contingebat in molendino dicto malemulen in Husin extra muros Wetflarienses super Logenam sito nobis vendiderint pro quarto dimidio maldro siliginis Wetflariensis mensure et pro dimidia marca Coloniensium denariorum, tribus hallensibus pro denario conputandis, reddituum, nos eisdem fratribus H., Jo., Her. vel eorum heredibus predictos annone et pecunie redditus promisimus et promisisse tenore presencium recognoscimus annis singulis in festo Michahelis pro media parte et in festo pasche pro residua expedite in per-

petuum ministrare; hac conditione adjecta, quod, si predicti fratres H., Jo., Her. vel sui heredes antedictos annone et pecunie redditus et censum vendere decreverint in futurum, nulli prorsus vendere debebunt nisi nobis, et nos seu nostri successores fratres pro quolibet maldro siliginis eisdem dabimus septem marcas Coloniensium denariorum, tribus hallensibus pro denario conputandis, pro censu vero dimidie marce novem marcas prompte pecunie dabimus H., Jo., Her. vel suis heredibus antedictis. In cujus rei testimonium presentem litteram cum appensione sigilli domus nostre predicte, quo uti consuevimus, eisdem duximus porrigendam.

Datum anno domini m°ccc° quarto decimo.

Aus orig.-perg. mit siegel in Marburg (deutscho.).

Ein anderes exemplar (orig.-perg. mit siegel) gibt als kaufpreis nur an: 'pro duobus maldris siliginis Wetflariensis mensure reddituum'. Sonst gleichlautend.

233. 1314 *jan.* 13.

Nos scabini et consules in Frideberg cupimus notum esse, quod Fridebertus dictus von der Rusen noster coopidanus fidelis in nostra presentia constitutus, prehabito consensu fratrum suorum et sororum, deberi se publice recongnovit . . commendatori et fratribus domus Teutonicorum in Sassenhusen census annui in festo beati Martini episcopi unam marcam denariorum in Frankenuord et in Frideberg communiter currentium et legalium quatuorque octalia siliginis, tria octalia tritici mensure Frankenuordensis pro pensione annua infra festa videlicet assumptionis et nativitatis beate Marie virginis ministrare in opido Frankenuord de agris arabilibus, scilicet in campis ville Vurbach prope Frideberg [de] duobus jugeribus et dimidio apud silvam; item in eodem situ de uno jugere et dimidio prope silvam predictam; item in campo eodem de agro dicto ein anewendere, habente tria jugera, retro silvam; item in campo ville Gerburgehem de agro sito juxta ripam dictam Strazhemmeresbach an der Rodenhelden, continente novem jugera, de prope fontem; item in eodem campo de novem quartalibus et triginta virgis in longitudine habentibus, unam in latitudine, tangentibus viam qua itur versus Brokenbrugge; item in campo ville Strazhem de quatuor jugeribus et decem virgis in longitudine, unam habentibus in latitudine, sitis in deme Sledehe. Quos agros ipse Fridebertus, fratres, sorores ac ejus heredes pro censu et pensione predictis jure hereditario perpetuo possidebunt; tali conditione interposita, quod agri supradicti permaneant indivisi et census et pensio prelibati dicte domui et fratribus in Sassenhusen per manum unam tantum unius pueri vel heredis unius persolvantur. Cum premissis etiam

1314 jan. 13.

est insertum, quod census et pensio prenominati ipsi domui et fratribus in ipso loco Sassenhusen per Fridebertum, fratres suos, sorores seu heredes sub suis expensis, dampnis et laboribus memoratis terminis exstitit presentanda sine omni onere precariarum, exactionum, contributionum pariter et sturarum. Igitur cum Fridebertus et sui heredes formam seu copiam hujus instrumenti nobis sub sigillo civium in Frideberg traditam etiam habere desiderant, nos commendator ac fratres domus predicte sigillum nostrum duximus presentibus apponendum.

Datum anno domini m°ccc°xiiii°, in octava epyphanie domini.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel rund; lamm mit fahne; umschr.: S · ' COMEDATORIS · DE · FRAKEVORT ·

234. *Die richter des Mainzer stuhles gebieten dem pfarrer zu Ehringshausen, den edelknecht Johann von Ehringshausen zur zahlung von acht pfund heller processkosten an das deutsche haus bei Marburg zu mahnen, falls er aber nicht zahle, ihn öffentlich für excommunicirt zu erklären.* 1314 *jan.* 26.

1314 jan. 26. Judices sancte Moguntine sedis . . plebano in Iringeshusin salutem in domino. Vobis sub pena suspensionis mandamus, quatenus Johannem de Iringeshusin armigerum diligenter et publice moneatis, ut infra octo dies post vestram monicionem syndico religiosorum virorum . . commendatoris et fratrum Theutonicorum domus hospitalis prope Marcpurg octo libras hallensium legalium et bonorum nomine expensarum per ipsos actores factarum et per ipsos nostra moderacione et taxacione legitime precedentibus declaratarum in causa, quam iidem actores contra reum predictum prosequuntur in judicio coram nobis, expedite persolvat, quam pecuniam termino dudum elapso persolvisse debebat eisdem, prout sibi auctoritate ordinaria duximus injungendum. Alioquin ipsum, quem extunc ut exnunc propter defectum solucionis pecunie hujus excommunicamus in hiis scriptis, excommunicatum et ab omnibus arcius evitandum post lapsum dictorum octo dierum nullo alio a nobis super hoc expectato mandato publice nuncietis. Reddite litteras sigillatas.

Datum anno domini m°ccc°xiiii°, vii° kalendas februarii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Die siegel der Mainzer richter und des plebans (priester, am altar kniend) sehr beschädigt.

235. *Heinrich von Bomberg verkauft dem deutschen hause bei Marburg eine korngült zu Bomberg.* 1314 *febr.*

1314 febr. Universis presentes litteras visuris seu audituris constet manifeste, quod ego Heinricus dictus de Půmberch communicata manu et consensu

Konegundis uxoris mee legitime vendidi et dedi, vendo et do justo proprietatis tytulo in hiis scriptis religiosis viris dominis . . commendatori et fratribus domus Theotonice apud Marburch Moguntine dyocesis unum maldrum pure siliginis Wetflariensis mensure annue pensionis ex omnibus bonis meis sitis in villa Pûmberch predicta et terminis ejusdem, quocunque nomine nuncupentur, que una cum Demode sorore mea dinoscor possidere, in domum suam infra Wetflariam circa festum beati Bartholomei apostoli annis singulis pensionis nomine meis expensis et laboribus presentandum, non obstante casu quolibet vel eventu, pro sex marcis denariorum michi traditis penitus et pagatis. In premissorum testimonium et robur tradidi sibi presentes litteras sigilli civitatis Wetflariensis meis et uxoris mee predicte precibus munimine fideliter communitas. Hujus rei testes sunt: Hermannus Selege, Gerlacus Madirsele, scabini civitatis predicte, et alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc°xiii°, mense februario.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

236. *Friedrich von Kalsmunt schenkt dem deutschen hause bei Marburg einen hörigen zu Schönstädt.* 1314 *febr.* 3.

Noverint universi presencium inspectores, quod ego Fridericus dictus de Kalsmunt et Gela uxor mea legitima dedimus consensu unanimi et donamus religiosis viris . . conmendatori et fratribus domus Teuthonice aput Marpurg Conradum dictum Strathe in Schonenstat nobis ac nostris progenitoribus servitutis tytulo attinentem cum omni jure, condicione et servitute, qua nobis fuerat obligatus, ob reverenciam gloriose virginis Marie et beate Elyzabet dono irrevocabili, et renunciamus et renunciasse nos recognoscimus quidquid juris habuimus in eodem. In cujus donacionis et renunciacionis testimonium presentem litteram predictis . . conmendatori et fratribus dedimus et eandem petivimus sigilli civitatis civium in Marpurg munimine roborari. Nos quoque scabini et cives in Marpurg predicti recognoscimus nostrum sigillum ad preces predictorum, scilicet Friderici et sue uxoris, presentibus apposuisse in testimonium omnium premissorum. Hujus eciam renunciacionis et donacionis testes sunt: dominus Ludewicus dictus Kalp canonicus Fritslariensis, Ludewicus ex Curia magister civium, Rukelo Angeli, Henkelo Wigelonis, Syfridus de Bydenkap, scabini, et quam plures alii fide digni.

1314 febr. 3.

Datum anno domini m°ccc°xiiii°, in die Blasii martiris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

237. *Die richter des Mainzer stuhles verurtheilen den edelknecht Johann von Ehringshausen zur herausgabe von 40 morgen landes zwischen Ehringshausen und Neuenhain an das deutsche haus in Marburg sowie zum schadenersatz.* 1314 *febr.* 7.

1314 febr. 7. In nomine domini, amen. Judices sancte Moguntine sedis universis Cristi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in eo, qui est omnium vera salus. Noveritis, quod cum religiosi viri . . conmendator et fratres ordinis sancte Marie Teuthonicorum domus in Marpurg Johannem de Yringeshusen armigerum coram nobis traxissent in causam, libellum sibi obtulerunt in hec verba:

Coram vobis dominis judicibus sancte Moguntine sedis dicit et proponit in jure syndicus seu procurator religiosorum virorum . . conmendatoris et fratrum Teuthonicorum domus in Marpurg procuratorio nomine et pro ipsis contra Johannem de Yringenshusen armigerum, quod, licet idem Johannes et predicti fratres haberent quedam bona inmobilia, que ipsis placuit ad invicem permutare ex certis causis, ac permutacione de eisdem legitime celebrata, de qua quelibet pars secundum permutacionem extitit tunc contenta, predictus tamen Johannes postmodum asserens minus juste quadraginta jugera agrorum et ultra, que vulgariter dicuntur dye Stoche, sita inter villam Yringeshusen et Nůwenhain, pertinencia jure dominii vel quasi ad domum fratrum predictorum, venisse ad ipsum jure permutacionis antedicte, sibi usurparet(!) eadem in prejudicium actorum predictorum et fructus per duos annos exinde recepit vel saltem recipere potuit, que se ad viginti libras hallensium extendunt. Quare petit dictus procurator nomine quo supra, quatenus predictum reum ad dimittendum jugera predicta religiosis prefatis ac ipsorum domui dimittere et fructus predictos restituere eisdem sentencialiter decernatis et ad id faciendum eundem reum censura qua convenit conpellatis. Hec dicit et petit cum expensis in lite factis et faciendis, salvo sibi jure addendi, minuendi, mutandi, corrigendi etc. Protestatur quoque etc.

Lite igitur sub libello hujusmodi legitime contestata ac jurato de calumpnia a partibus hinc et inde factisque posicionibus, responsionibus ad easdem subsecutis, receptis eciam testibus juratis, quos ipsi actores pro sua intencione fundanda producere voluerint, eisque examinatis diligenter ac dictis eorundem testium redactis in scriptis et eisdem publicatis, propositis insuper ex parte Johannis rei predicti quibusdam excepcionibus in vim peremptoriam, replicacionibus contra ipsas ex parte altera faciendis renunciatis ac eisdem excepcionibus rejectis per nostrum interlocutorem et repulsis et tandem concluso per nos in dicta causa in

penam contumacie procuratoris ipsius Johannis rei concludere recusantis, procuratore dictorum actorum nobiscum voluntarie concludente, statuto nichilominus eisdem partibus termino, videlicet feria quarta proxima post purificacionem beate Marie virginis [1]) ad diffinitivam sentenciam audiendam et ea usque in feriam quartam post diem beate Agate virginis [2]) prorogata dictaque feria quarta in feriam quintam hora prime continuata sequentem, procuratore actorum predictorum presente et sentenciam ferri postulante, procuratore partis adverse contumace reputato, nos visis actis omnibus diligenter ac testium deposicionibus perspectis plenius et recensitis, prudentum conmunicato consilio ac penes nos deliberacione prehabita diligenti, quia invenimus intencionem actorum predictorum ex testium deposicionibus sufficienter esse probatam, prefatum Johannem reum ad restituendum et dimittendum . . conmendatori et fratribus predictis quadraginta jugera agrorum, que vulgariter die Stoche dicuntur, in libello ipsorum petita, necnon ad tradendum et restituendum eisdem decem libras hallensium racione fructuum perceptorum et qui percipi poterant [3]) de predictis jugeribus, quas procurator ipsorum delato sibi juramento nostra taxacione et moderacione precedentibus declaravit, per hanc nostram diffinitivam sentenciam condempnamus. Condempnamus nichilominus eundem reum predictis actoribus in expensis in lite factis, quarum taxacionem et declaracionem nobis in posterum reservamus.

Lata est hec sentencia anno domini m°ccc°xiiii°, vii° idus februarii.

Aus einem gleichzeitigen, doppelt ausgefertigten transsumpt auf perg., unter dem fast ganz abgefallenen siegel des Marburger plebans, in Marburg (deutscho.). Die zweite ausfertigung hat aus versehen das datum 'm°ccc°vii° id. febr.'

238. *Die stadt Wetzlar beurkundet die erklärung ihres scheffen Hermann Selig, dass er seine güter zu Willemannsdorf dem deutschen hause in Marburg geschenkt habe.* 1314 *febr.* 25.

Nos advocati, scabini, consules universique cives Wetflarienses te- 1314
nore presencium profitemur, quod honestus vir Hirmannus dictus Selege febr. 25.
scabinus Wetflariensis in nostra presencia cum juramenti exhibicione, si necesse fuerit, publice recongnovit, quod vivente quondam Hildegunde uxore ejus legitima omnia bona, que tunc habuerunt cum sororiis ejusdem, videlicet Conrado, Rodulfo et Osperto, in terminis ville Wilmandisdorf in domibus, areis, agris aliisque rebus quibuscumque consistencia inter se equaliter diviserunt, ita quod quilibet de parte sua posset dis-

1) Febr. 6.

2) Gleichfalls febr. 6.! wahrscheinlich ist bei dem erstgenannten datum statt 'post' 'ante' zu setzen (alsdann jan. 30.).

3) 'poterunt' orig.

ponere et ordinare, prout sibi placeret. Recongnovit eciam, quod postmodum facta hujusmodi divisione ipse et uxor sua predicta bona predicta communicata manu ob remedium animarum suarum parentumque suorum religiosis viris . . commendatori et fratribus domus Theutonice in Marpurg donacione inter vivos liberaliter donaverunt, petens a nobis in premissorum testimonium presentes litteras nostri sigilli munimine roborari. Nos igitur ad peticionem sepedicti Hermanni sigillum nostrum secretum presentibus duximus apponendum.

Datum anno domini m°ccc°xiii°, quinto kalendas marcii.

Aus dem beschädigten perg. in Marburg (deutscho.); anscheinend kein orig., sondern gleichzeitige copie, da jede spur einer besiegelung fehlt.

239. *Das deutsche haus bei Marburg verkauft dem Wetzlarer bürger Werner Steyngester eine rente von einem hause zu Wetzlar.* 1314 (1315) *märz.*

1314 (1315) märz.

Nos commendator et fratres domus Theutonice apud Marpurch Maguntine diocesis tenore presentium publice recognoscimus . . . ., quod consensu mutuo et unanimi voluntate prehabitis vendidimus Wernhero Steyngester, Odilie ejus uxori civibus Wetflariensibus et eorum heredibus universis xiii solidos Coloniensium denariorum annui census cedentem die beati Johannis baptiste ex domo quondam Wygandi de Gossylshusen sita infra muros Wetflarienses in foro ferri, domibus quondam Theoderici de Bockenheym et dicta zu der Landecken intermedia, que quondam Johannis generi des Reyen fuerat, tollendos in dicto festo Johannis baptiste et habendos in perpetuum pleno jure pro x et novem marcis denariorum nobis traditis penitus et pagatis, quos in usus dicti nostri monasterii convertimus oportunos. In qua quidem domo adhuc xiii solidos . . census annui habere dinoscimur, qui nobis in sacris diebus natalis domini, scilicet in die beati Stephani, persolvuntur. De quibus etiam non dabimus exactiones neque sturas, prout in litteris super his confectis plenius continetur. Et est sciendum, quod si dicta domus per ignis incendium devastaretur, quod absit, extunc nos una cum memoratis conjugibus dampnum equaliter sustineremus. Et in premissorum testimonium et robur tradidimus sibi presentes litteras sigillo nostri conventus una cum sigillo civitatis Wetflariensis nostris precibus fideliter sigillatas. Testes hujus facti sunt: Gerlacus Madersele, Johannes Beyer scabini . . . et alii fide digni.

Datum anno domini m.ccc. quartodecimo, mense martio.

Aus Gudenus Codex 4, 1011. Z. 18 stand wol 'Steyngescer', z. 19/20 'cedentes in', z. 22 'dicte', z. 29 'hiis' im orig.

240. *Die richter des Mainzer stuhles verurtheilen den edelknecht Johann von Ehringshausen zur zahlung von 14 pfund heller processkosten an das deutsche haus zu Marburg bis zum 31. märz.*

1314 märz 5.

Judices sancte Moguntine sedis recognoscimus per presentes, quod Hartmannus de Wettere clericus, procurator . . commendatoris et fratrum domus Theutonice in Marpurg, nomine procuratorio et pro ipsis coram nobis constitutus in causa, quam iidem . . commendator et fratres contra Johannem de Iringeshusen armigerum prosequuntur in judicio coram nobis, quatuordecim libras hallensium nomine expensarum in ipsa causa factarum juramento corporaliter prestito in animas dictorum dominorum suorum nostra taxacione et declaracione precedentibus legitime declaravit. Unde nos eidem Johanni injungimus per presentes, ut dictas quatuordecim libras hallensium eisdem . . commendatori et fratribus expedite persolvat usque ad dominicam Palmarum proxime venturam. 1314 märz 5.

Actum anno domini m°ccc°xiiii°, iii° nonas marcii.

Aus orig.-perg. mit beschädigtem siegel der aussteller in Marburg (deutscho.).

241. *Die richter des Mainzer stuhles gebieten dem pfarrer zu Ehringshausen, den edelknecht Johann von Ehringshausen aufzufordern, bis zum 31. märz dem deutschen hause zu Marburg 40 morgen usurpirten landes zurückzugeben sowie 24 pfund heller schadenersatz und processkosten zu zahlen; falls er sich aber weigere, ihn öffentlich für excommunicirt zu erklären.*

1314 märz 5.

Judices sancte Moguntine sedis . . plebano in Iringeshusen salutem in domino. Cum in causa, quam religiosi viri . . commendator et fratres domus Theutonice in Marpurg contra Johannem de Iringeshusen armigerum prosecuti sunt hactenus in judicio coram nobis, legitime procedentes prefatum Johannem ad restituendum et dimittendum eisdem . . commendatori et fratribus quadraginta jugera agrorum, que vulgariter die Stocke dicuntur, et ad solvendum eisdem actoribus decem libras hallensium racione fructuum perceptorum et qui percipi poterant de predictis jugeribus, per nostram diffinitivam sentenciam condempnaverimus necnon ad solvendum et tradendum prefatis actoribus quatuordecim libras hallensium nomine expensarum in causa predicta factarum, quas procurator dictorum . . commendatoris et fratrum nostra taxacione precedente legitime declaravit, vobis mandamus sub pena suspensionis, quatenus 1314 märz 5.

prefatum Johannem diligenter et publice moneatis, ut infra hinc et dominicam Palmarum ipsis actoribus prefata quadraginta jugera agrorum restituat et dimittat ac eisdem decem libras hallensium racione fructuum de dictis jugeribus perceptorum necnon quatuordecim libras hallensium legalium et bonorum nomine expensarum in causa predicta factarum, quas procurator predictorum . . commendatoris et fratrum nostra taxacione precedente declaravit, expedite persolvat parendo nostre sentencie diffinitive. Alioquin ipsum, quem extunc ut exnunc propter defectum paricionis sentencie predicte excommunicamus in hiis scriptis, excommunicatum et ab omnibus arcius evitandum post lapsum dicti termini publice nuncietis, nullo alio a nobis super hoc expectato mandato. Reddite litteras sigillatas.

Datum anno domini m°ccc°xiiii°, iii° nonas marcii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel: 1) zerbrochen, 2) abgefallen.

242. *Die richter des Mainzer stuhles gebieten dem pfarrer zu Ehringshausen, gegen den edelknecht Johann von Ehringshausen die auf klage des deutschen hauses zu Marburg erkannte excommunication allsonntäglich auszusprechen.* 1314 *märz* 5.

1314 märz 5. Judices sancte Moguntine sedis . . plebano in Iringeshusen salutem in domino. Quia Johannes de Iringeshusen armiger jam dudum excommunicatus a nobis pro re judicata ad instanciam religiosorum virorum . . commendatoris et fratrum domus Theutonice in Marpurg hujusmodi excommunicacionis sentenciam animo sustinet indurato in sue salutis dispendium et scandalum plurimorum, vobis mandamus sub pena suspensionis, quatenus ipsum Johannem singulis diebus dominicis accensis candelis et pulsatis campanis excommunicatum et ab omnibus arcius evitandum publice nuncietis. Reddite litteras sigillatas.

Datum anno domini m°ccc°xiiii°, iii° nonas marcii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Auf der rückseite von gleichzeitiger hand: 'Remittatur cum littera, que scripta est in Sygen'[1]). Von den zwei siegeln hängt noch das erste (das der Mainzer richter) zerbrochen an.

1) Vgl. dazu nr. 245.

243. *Das deutsche haus bei Marburg sichert den eheleuten Robert und Mechthild von Altenstädten bürgern zu Wetzlar, welche dem deutschen hause zu Wetzlar eine halbe mark jährlich von einem hause auf dem Kornmarkt daselbst geschenkt haben, eine gleich hohe rente auf lebenszeit und nach ihrem tode die feier ihres jahrgedächtnisses zu.* **1314** *märz* **23.**

Nos frater Reynboldus conmendator ceterique fratres domus Theu- 1314
tonice apud Marpurg tenore presencium recognoscimus et publice pro- märz 23.
fitemur, quod cum Rubertus et Meydheldis conjuges dicti de Aldensteden opidani Wetflarienses redditus dimidie marce super domum dictam Wnnenberg in foro frumenti sitam pro viii marcis Coloniensium denariorum pecunie numerate et pagate conparaverint et nomine elemosine pro remedio animarum suarum domui et fratribus nostri ordinis Wetflarie pro tempore existentibus donaverint perpetuo possidendos, nos beneficiis eorundem conjugum grata benivolencia occurrere volentes, promisimus et in hiis scriptis nos promisisse recognoscimus, quod redditus dimidie marce predictos sepedictis conjugibus utrique in solidum annis singulis in festo beati Martini hyemalis integraliter ministrabimus et expedite, quamdiu vixerint, porrigemus. Postquam vero deo volente ambo decesserint, fratres nostri, qui pro tempore Wetflarie exstiterint, anniversaria obitus utriusque conjugum sepedictorum cum missis et vigiliis celebrabunt [1]) et in anniversario utriusque unus solidus Coloniensis pro cera ad capelle luminaria dabitur, duo vero solidi Colonienses ad pitantias seu consolationem fratrum tunc presencium expendentur. In cujus facti et recognitionis nostre robur et evidenciam sigillum domus nostre Marpurg, quo uti consuevimus, presenti instrumento duximus appendendum.

Datum anno domini m°ccc°xiiii°, x° kalendas aprilis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

244. *Die richter des Mainzer stuhles gebieten den pfarrern zu Ehringshausen und Homberg, den auf ansuchen des deutschen hauses zu Marburg gebannten edelknecht Johann von Ehringshausen allsonntäglich in verschärfter form für excommunicirt zu erklären und jedermann bei strafe der kleinen excommunication vor dem verkehr mit ihm zu warnen.* **1314** *märz* **26.**

Judices sancte Moguntine sedis in Iringeshusen et in Homburg ple- 1314
banis salutem in domino. Quia Johannes de Iringeshusen armiger jam märz 26.

1) 'selebrabunt' orig.

dudum a nobis excommunicatus pro re judicata ad instantiam religiosorum virorum . . conmendatoris et fratrum domus Teuthonice in Marpurg ac per modum aggravationis singulis diebus dominicis pulsatis campanis et accensis candelis excommunicatus publice nuntiatus hujusmodi excommunicationis sententiam animo sustinet miserabiliter indurato in sue salutis dispendium et scandalum plurimorum, vobis mandamus et cuilibet vestrum, qui requisiti fueritis, sub pena suspensionis precipiendo districte, quatenus dictum Johannem singulis diebus dominicis juxta modum premissum excommunicatum nuntiantes, familiam conductitiam, ... s et inquilinos ipsius diligenter et publice moneatis, ut infra octo dies post vestram notificationem a servitio, cultura bonorum et inquilinatu ejusdem desistant penitus et recedant, inhibentes nichilominus omnibus et singulis vestris parrochianis, ne quis eidem Johanni emendo, vendendo, molendo, pistando, comedendo, bibendo, loquendo, salutando, ignem, aquam, sal, cibum vel potum ministrando, pecora sua custodiendo aut alio quovis communionis genere verbo vel opere communicet ullo modo. Alioquin omnes et singulos contrarium facientes, qui propter temerariam communionem hujusmodi minoris excommunicationis sententiam incidunt, minoris excommunicationis sententia ligatos publice nuntietis tam diu, donec iidem communicantes de non ulterius communicando dicto Johanni excommunicato idonea prestita cautione a vobis fuerint absoluti. Reddite litteras sigillatas.

Datum anno domini m°ccc°xiiii°, vii° kalendas aprilis.

Aus dem mehrfach beschädigten orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Die drei siegel abgefallen.

245. *Die richter des Mainzer stuhles gebieten dem pfarrer zu Siegen, den dortigen bürger Konrad Gruwel zur zahlung einer schuld an das deutsche haus zu Marburg aufzufordern und, wenn er sich weigere, ihn öffentlich für excommunicirt zu erklären.*

1314 märz 26.

1314 märz 26. Judices sancte Moguntine sedis . . plebano in Sygen salutem in domino. Cum Conradus dictus Gruwel oppidanus in Sygen quondam Eckehardo plebano in Werde in quadraginta libris et viginti sex solidis hallensium legalium et bonorum per ipsum Conradum recognitis coram . . officiali prepositi sancti Stephani Moguntini et in jure confessatis remanserit obligatus, prout in litteris super hiis confectis vidimus plenius contineri; dictus quoque Eckehardus postmodum ad monasterium religiosorum virorum fratrum Theutonicorum domus in Marpurg ordinis sancte Marie transtulerit se et sua pure et simpliciter propter deum, ac

ipsi commendator et fratres domus predicte pretextu hujusmodi translacionis ipsi Eckehardo in omnibus bonis et debitis successerint antedictis, nosque eundem Conradum monuerimus et moneri fecerimus diligenter, ut infra certum terminum dudum lapsum prefatas quadraginta libras et viginti sex solidos hallensium persolveret expedite . . commendatori et fratribus supradictis, alioquin ipsum in feriam secundam proximam ante diem Palmarum [1]) ad nostram audienciam fecimus evocari ad ostendendum causam racionabilem, quare premissa facere non deberet, in quo termino ipse Conradus non conparuit coram nobis nec aliquam causam racionabilem ostendit. Quare vobis mandamus sub pena suspensionis officii vestri districte precipiendo, quatenus ipsum Conradum diligenter et publice moneatis, ut infra octo dies post vestram monicionem prefatas quadraginta libras hallensium et viginti sex solidos hallensium legalium et bonorum coram prefato . . officiali confessatos ipsi . . commendatori et fratribus domus in Marpurg expedite persolvat. Alioquin ipsum, quem extunc ut exnunc propter defectum solucionis pecunie hujusmodi excommunicamus in hiis scriptis, excommunicatum et ab omnibus arcius evitandum post lapsum dictorum octo dierum publice nuncietis, nullo alio a nobis super hoc expectato mandato. Reddite litteras sigillatas.

Datum anno domini m°ccc°xiiii°, vii° kalendas aprilis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Beide siegel abgefallen.

246. *Der deutschmeister bestätigt eine übereinkunft zwischen dem deutschen hause bei Marburg und dem stift zu Wetzlar.* 1314 *märz* 27.

Nos frater Eberhardus de Sulzberch ordinis sancte Marie fratrum Theuthonicorum per Alemaniam preceptor ad universorum Cristifidelium noticiam cupimus pervenire, quod cum religiosi viri . . commendator et fratres ordinis nostri predicti domus apud Marpurch cum venerabilibus viris dominis . . decano et capitulo ecclesie Wetflariensis Treverensis dyocesis contractum quendam amicabilem et permutacionem fecerint, que in instrumentis super hoc confectis expressius et plenius continetur [2]); preterea cum predicti fratres nostri ad cavendum in futurum de controversia, que suboriri posset, promiserint et ad hoc se litteris suis patentibus obligaverint, quod, si successu temporis cimitherium apud capellam 1314 märz 27.

1) März 25.

2) Nr. 252. Die urkundliche ausfertigung der übereinkunft erfolgte also erst, nachdem die genehmigung des deutschmeisters eingeholt war; diesem wird man einen entwurf übersandt haben.

in curia sua Wetflarie, quam inhabitant, pro mortuis sepeliendis instaurare et consecrare decreverint, nullam prorsus personam ad sepulturam suam admittere vel recipere in perpetuum debeant, fratribus dumtaxat nostri ordinis et familia fratrum conductitia necnon personis, que causa devocionis se ipsas et res suas ordini nostro contulerint et donaverint, exceptis specialiter et exemptis: nos super hoc habita deliberacione matura, de consensu fratrum apud nos tunc existencium hujusmodi contractum, permutacionem ac obligacionem circa sepulturam factam ac penas, quas fratres predicti pro se suisque successoribus in se elegerint, si in contrarium fecerint, ratam et gratam habentes tenore presencium in nomine domini confirmamus et in signum nostre ratihabicionis et confirmacionis sigillum nostrum presentibus duximus appendendum.

Datum anno domini m°ccc°xiiii°, vi° kalendas aprilis.

Aus orig.-perg. in Wetzlar (archiv des collegiatstiftes nr. 119). Auf dem schön erhaltenen runden siegel Maria mit dem kinde im brustbilde; umschr.: S' · PRECEPTORIS · ALLEMANNIE · Gedr.: Gudenus Codex 4, 1012. Wigand Wetzlarsche Beiträge 1, 169.

247. *Graf Heinrich von Beichlingen entsagt auf bitten des comthurs und der brüder des deutschen hauses zu Griefstedt gegen eine geldentschädigung seinen rechten auf eine hörige zu Leubingen.*

1314 *märz* 31.

1314 märz 31. Nos Heinricus dei gracia comes in Bychelingen recognoscimus publice et notum fieri volumus presencium inspectoribus universis, quod de superne reddicionis munere centuplo cogitantes et salvatoris nostri promissi ewangelici memores existentes, qui pro parvis magna et pro transitoriis bonis se daturum promittit eterna, et insuper motu karitativo ad preces[1] fratris Heinrici Gyezen comendatoris et fratrum Theutonicorum in Grifstete, decentem conversacionem ejusdem professionis nostre consideracionis oculis benignius preponentes, de consensu Friderici filii nostri dilecti ac omnium heredum nostrorum Adelheydim filiam Frisconis nostri rustici dicti Margreven in nostra villa Loybingen residentis, quam Albertus Ermentrudis matrimonialiter duxit, que condicione servili proprietatis jure ad nos pertinebat, ob reverenciam dei et gloriose virginis Marie genitricis ejusdem, insuper pro quatuor talentis Erfordensium denariorum omni condicione servili et jure proprietatis, quibus eadem Adelheidis cum omni posteritate sua astringi deberet, renunciavimus et pronunciamus presentibus in litteris liberam et solutam. In cujus rei testimonium sigillum nostrum apponi[2] jussimus ad presentes. Testes

1) 'presens' orig. 2) 'aponi' orig.

hujus rei sunt: dominus Nycolaus plebanus in Bychelingen, Rychardus et Heinricus et Ytel Gyeze, Conradus de Collede, Heinricus et Albertus de Harraz, milites, ac alii quam plures fide digni.

Datum Bychelingen, anno domini m°ccc°xiiii°, ii. kalendas aprilis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Auf der rückseite steht von gleichzeitiger hand: 'Scribe, si voluerit conmendator, vel dimitte'. Siegel abgefallen.

248. *Burggraf, schultheiss, scheffen und rath zu Friedberg beurkunden, dass Bingela wittwe Gobelo's von Rosbach ihren hof zu Friedberg dem deutschen hause in Marburg verkauft hat.* 1314 *apr.* 15.

Nos . . burcgravius, . . scultetus, . . scabini et . . consules in Frideberg tenore presentium recognoscimus et publice protestamur, quod honesta matrona Bingela relicta quondam Gobelonis de Rosbach cum liberis suis in nostra presentia constituta recognovit, se curiam suam adjacentem curie quondam Johannis de Lympurg de consensu puerorum et heredum suorum pro certa summa pecunie vendidisse et tradidisse discretis et honestis viris coopidanis nostris dilectis . . conmendatori et fratribus domus Theutonice in Marpurg cum omnibus ejusdem curie edificiis et juribus, que ad eandem curiam pertinebant, perpetue possidendam, renuncians, ut debebat, pure et simpliciter una cum suis pueris et heredibus omni actioni et defensioni juris canonici et civilis, per quas predicta emptio ac traditio posset in posterum quomodolibet impediri. Et nos . . burcgravius, . . scultetus, . . scabini et . . consules predicti ad preces predicte matrone ac puerorum et heredum suorum sigillum nostri opidi presentibus appendi fecimus in testimonium omnium premissorum.

1314 apr. 15.

Datum et actum anno domini m°ccc°xiiii°, xvii° kalendas mai.

Aus orig.-perg. in Darmstadt. Siegel abgefallen. Gedr.: Baur Hess. Urkunden 1, 329 nr. 475.

249. *Die stadt Friedberg überlässt dem deutschen hause bei Marburg zwei höfe in Friedberg zu gleichem rechte, wie andere geistliche leute höfe daselbst besitzen, und will die brüder gleich ihren bürgern schirmen.* 1314 *apr.* 15.

Nos . . scabini, . . consules et universi opidani in Frideberg ad cunctorum noticiam volumus pervenire, quod sana deliberatione prehabita ob dilectionem dilectorum nobis in Cristo . . domini conmendatoris et fratrum domus Theutonice apud Marpurg Moguntine dyocesis ipsis pro sua honestate curiam sitam in Frideberg cum edificiis attinentibus

1314 apr. 15.

ad eam, que quondam fuit Johannis dicti de Limpurg, et curiam adjacentem, que quondam fuerat Gobelonis de Rospach, que quidem due curie olim una curia fuisse dinoscuntur, et possessa a Gotzone dicto Grozze de Rospach, damus et conferimus in omni jure et consuetudine, quibus alii religiosi suas curias apud nos sitas possident, possidendas perpetue et habendas ab exactionibus, precariis et sturis necnon a vexationibus quibuscunque liberas et exemptas; tali condicione et pacto interpositis, quod alia universa et singula predictorum fratrum bona, que habebunt vel acquirent deinceps et inantea in terminis parrochie nostre, quocunque modo sive tytulo ea obtinuerint, exactiones, precarias et sturas, sicut nos de nostris bonis, solvere et contribuere non obstante contradictione teneantur. Ceterum fratres predictos in concives seu coopidanos nostros recipimus et nos recepisse recognoscimus, promittentes, quod eos tanquam alios nostros coopidanos fideliter et efficaciter, ubi debemus et possumus, defendemus. In quorum omnium testimonium et robur sigillum predicti opidi nostri presentibus duximus litteris appendendum cum testimonio subscriptorum testium, quorum nomina hec sunt: Jungo de Lympurg, Johannes de Woneckin, Heinricus de Dorheim, Heilemannus Scultetus frater suus, Johannes dictus Rodechin, Heinricus Angelus et Angelus frater suus, Johannes filius quondam Ditwini, Eckehardus de Ocstat, Heilemannus von der Zit, Heilemannus de Laubinberg et Heinricus dictus Rûle, scabini, Nycolaus de Wizele et Wenzelo dictus Riche, consules in Frideberg, et quam plures alii fide digni.

Datum et actum anno domini millesimo ccc°xiiii°, xvii° kalendas mai.

Aus orig.-perg. in Darmstadt. Siegel abgefallen. Gedr.: Baur Hess. Urkunden 1, 889 nr. 1317.

250. *Friedrich herr zu Heldrungen schenkt dem deutschen hause in Griefstedt güter zu Walschleben.* 1314 *apr.* 20.

1314 apr. 20. Nos Fridericus dominus in Helderungin recognoscimus et constare cupimus tam futuris quam presentibus presencium inspectoribus et auditoribus universis, quod nos ex nostrorum heredum consensu et arbitrio unum mansum et tres agros in campis ville Wallisleibin sitos, a Gunthero de Arnstete quondam a nobis in feodo habitos et possessos, quorum proprietas ex resignacione dicti Guntheri ad nos et nostros heredes pertinet, religiosis viris et honestis fratribus domus Theutonice in Grifstete appropriavimus et appropriamus jure et titulo proprietatis quiete et perpetuo possidendos. Testes igitur hujus nostre legacionis et donacionis per nos ob divine remuneracionis respectum necnon pie virginis et genitricis omniumque sanctorum interventum facte et in hiis scriptis expresse

sunt: honorabiles viri Her. de Appolde miles, Rudolfus de Husen, Th. de Rastenberc, Eckehardus dictus Ryche, nostri castrenses, et quam plures alii fide digni. In omnium igitur predictorum evidenciam et firmitatem ampliorem dedimus dictis fratribus sive ipsorum domui in Grifstete [1]) presentes litteras sigilli nostri testimonio registratas.

Datum anno domini m.ccc.xiiii., sabbato post natalem Tyburcii et Valeriani martirum beatorum.

Aus nr. 714 (727) des Marburger copialbuches in Wien.

251. *Die richter des Mainzer stuhles gebieten den pfarrern von Ehringshausen und Homberg, die angesehenen einwohner dieser orte von allem verkehr mit dem excommunicirten edelknecht Johann von Ehringshausen abzuhalten, widrigenfalls der gottesdienst dort eingestellt werden müsse.* 1314 *apr.* 26.

Judices sancte Moguntine sedis in Iringeshusen et in Hoinburg ple- 1314
banis salutem in domino. Vobis mandamus sub pena suspensionis, qua- apr. 26.
tinus majores et pociores ville Iringeshusen et opidi Hoinburg commonitos habeatis, ut infra octo dies post . . . . . Johannem de Iringeshusen armigerum dudum excommunicatum a nobis pro re judicata ad instanciam . . conmendatoris et fratrum domus Theuthonice in Marpurg diversis . . . . . onibus subsecutis extra eorum conmunionem eiciant penitus et excludant; alioquin, quam diu dictus Johannes excommunicatus in vestris parrochiis fuerit et in terminis ipsarum moram traxerit, cessetis et cessari faciatis ab officiis penitus divinorum, que divinorum officia extunc ut exnunc propter obstinatam maliciam dicti Johannis excommunicati suspendimus in hiis scriptis et ea suspensa post lapsum dictorum octo dierum per vos precipimus publice nunciari et inviolabiliter observari tam diu, donec . . . . . relaxacionem . . . . . hujusmodi vobis per nostras litteras . . . . . evidenter. Reddite litteras sigillatas.

Datum anno domini m°ccc°xiiii°, vi° kalendas maji.

Aus dem durch feuchtigkeit sehr beschädigten orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Zwei angehängt gewesene siegel sind abgefallen.

---

1) 'Grifste' copialbuch.

252. *Das Marienstift zu Wetzlar überlässt dem deutschen hause zu Marburg ein haus, den platz, worauf der orden sich angebaut hat, und einen hof zu Wetzlar gegen einen andern hof daselbst, 18 malter korn jährlich zu Lützellinden und Grossenlinden und 18 mark baar. Auch verspricht der orden, wenn er neben der kapelle in seinem hofe zu Wetzlar einen kirchhof anlege, darin nur seinen angehörigen begräbniss zu gewähren. 1314 mai 28.*

1314 mai 28. In nomine dei, amen. Universis presens scriptum visuris et audituris in perpetuum. Nos Heydenricus de Derenbach decanus totumque capitulum ecclesie beate Marie Wetflariensis ex una parte, et nos frater Reymboldus commendator et fratres domus seu conventus Teuthonicorum de Marpurch ex altera notum esse volumus publice protestando, adtendentes in infrascriptis utilitatem et profectum nostrum communem, et quod bona subscripta, que utraque pars habet, tum ex loci situ, tum eciam ex causis aliis parti alteri magis esse poterunt utilia et fructuosa, et ut eciam favorabilis affectus et amicitia specialis, prout hactenus fuit inter nos, jugiter perseveret, super permutacione eorundem bonorum deliberacione diligenti prehabita et tractatu nos Heydenricus decanus ac capitulum predicti pro nobis nomine capituli ex causa permutacionis fratri Reymboldo commendatori et fratribus predictis recipientibus nomine dicte domus sue domum, quam honestus vir magister Johannes de Flore, ecclesie sancti Johannis Maguntine decanus et ecclesie nostre predicte apud sanctam Walpurgam [1]) vicarius, et Meckelia de Gulle in Wetflaria nunc possident et ad dies vite sue possidebunt salvo eodem jure, quod nunc habent in eadem [2]), ac aream, super quam . . commendator et fratres predicti edificaverunt, ad ecclesiam nostram spectantem, necnon curiam nostram claustralem, que fuit Wernheri de Minzinberch nostri concanonici, contiguam curie dictorum fratrum in Wetflaria site, cum suis attinentiis pleno jure liberam et ab omni contribucione et vexatione immunem damus et tradimus ad habendum, tenendum et proprietatis tytulo in perpetuum possidendum pro curia dictorum fratrum, que quondam fuerat Conradi dicti Reygen olim scabini Wetflariensis, immediate apud cymiterium predicte nostre ecclesie sita, solvente annuatim, ut dicitur, sex denarios Colonienses in censu ipsius ecclesie nostre prepositure, necnon pro decem et octo maldrorum siliginis Wetflariensis mensure redditibus nobis et capitulo nostro predicto in certis locis assignatis et certitudinaliter deputatis annis singulis cedentibus: scilicet de bonis in Lutzelinden decem maldra siliginis Wetflariensis mensure, que solvuntur

1) So im orig. 2) Vgl. nr. 258.

de curia et bonis attinentibus, que quondam fuerunt Wernheri dicti Rittirsterch opidani Wetflariensis, que inquam bona nunc colit Gerardus dictus Stukere; item in eadem villa quatuor maldra siliginis ejusdem Wetflariensis mensure de curia et bonis Milgelingi armigeri de Gyezen, que nunc colit . . dictus Hobeman; item in Grozenlinden quatuor maldra siliginis predicte mensure de curia et bonis Henrici filii dicte Lareren relicte quondam dicti Larere; receptis eciam a nobis nomine dictorum . . commendatoris et fratrum decem et octo marcis Coloniensium denariorum loco prevaloris, si quis fuerit respectu ipsorum bonorum nobis ab eisdem fratribus traditorum, quas decem et octo marcas nobis numeratas et traditas confitemur cum redditibus predictis nobis assignatis, excepcioni pecunie non numerate et redditibus non assignatis renunciantes omnino. E contra nos predicti . . commendator et fratres pro nobis et nostris successoribus perpetuo damus et tradimus dictis . . decano et capitulo recipientibus nomine ipsius capituli mero jure proprietatis predictam curiam cum suis attinentiis, que fuerant quondam Conradi dicti Reygen, ut premittitur, ad nos legitime pleno jure spectantem et solventem sex denarios Colonienses prepositure ecclesie Wetflariensis predicte a . . decano et capitulo predictis vel alio nomine eorundem prepositure predicte presentandos cum decem et octo maldrorum siliginis Wetflariensis mensure redditibus, prout superius est pretactum, causa facte permutacionis predicte pro predicta curia claustrali et aliis bonis supra nominatis. Dictos eciam . . decanum et capitulum ab omni exactione et tallia a quocumque inposita vel inponenda ratione dicte curie tenebimur indempnes reddere et penitus relevare, censu sex denariorum Coloniensium prepositure predicte, ut premissum est, solvendo per . . decanum et capitulum dumtaxat excepto; et si contrarium, quod absit, contingeret, penam subscriptam eligimus presentibus incursuros. Quas res permutatas una pars ad invicem seu vicissim nomine alterius nos constituimus possidere, promittentes nichilominus utraque pars alteri hinc inde de rebus permutatis debitam gwarandiam facere et consuetam. Preterea, ubi majus periculum intenditur, ibi procul dubio plenius est consulendum. Ad conservandum jus et justiciam ipsius ecclesie Wetflariensis et parrochie, et ne favor et amicitia, ut premittitur, jam diu inter nos partes predictas habita ac domino concedente in posterum habenda in aliquo tepescat, et ne etiam eadem parrochia, cujus redditus et proventus in obventionibus oblationum pro majori parte consistunt, in suo jure depereat vel in aliquo detrimentum patiatur, nos . . commendator et fratres domus seu ordinis Teuthonice predicti bona fide promittimus et firmiter nos et successores nostros litteris presentibus obligamus sub pena quinquaginta marcarum pro media parte reverendo in Cristo patri ac domino domino Treuirorum archi-

episcopo et pro residua dictis . . decano et capitulo vel successoribus eorundem pro tempore existentibus sine qualibet remissione solvendarum ipso facto, si contrarium faceremus, quod absit, quod, si processu temporis cymiterium apud capellam in curia nostra Wetflariensi, quam inhabitamus, duxerimus vel decreverimus pro mortuorum sepultura construendum, edificandum seu consecrandum, aliquam personam ad dictam nostram sepulturam admittere seu recipere quoquo modo non debemus, fratribus dumtaxat et sororibus nostri ordinis et familia nostra conductitia necnon personis, que causa devotionis se ipsas et res suas sine fraude nostro ordini donaverint seu contulerint, exceptis specialiter et exclusis; sub eadem pena quinquaginta marcarum nos et nostros successores fratres astringentes, quod, ut premissum est, ipsos . . decanum et capitulum ab omni exactione et tallia a quocumque eisdem inposita vel inponenda ratione curie predicte per nos eis tradite et assignate tenebimur indempnes facere et penitus relevare. Quam etiam penam quinquaginta marcarum totiens a nobis volumus committi, quotiens unam personam extraneam ad nostram sepulturam admittemus et quotiens moniti et requisiti sub testimonio sufficienti . . decanum et capitulum sepedictos a talliis vel exactionibus indempnes, ut premissum est, simpliciter non reddemus. Nos quoque . . decanus et capitulum sepedicti ex parte capituli et ecclesie nostre, et nos frater Reymboldus commendator et fratres antedicti ex parte nostri ordinis hinc et inde renunciamus per presentes in omnibus premissis et singulis suprascriptis omnibus libertatibus, privilegiis, gratiis et quibuscumque aliis tam apostolica, imperiali, regia, ordinaria, quam alterius cujuscumque auctoritate nobis seu alteri nostrum concessis seu in posterum concedendis vel eciam a nobis impetrandis, ac omni exceptioni, defensioni et rei, que posset obici contra hoc presens instrumentum vel factum, que uni parti prodesse et alteri obesse possent, omni dolo et fraude penitus exclusis; promittentes insuper per sollempnem stipulationem una pars alteri ad invicem predictam permutationem et omnia et singula suprascripta perpetuo rata et firma habere, tenere et non contrafacere vel venire per nos vel alium seu alios, vel litem seu controversiam inferre, nec inferenti, si quis esset, quod absit, consentire aliqua ratione, ingenio sive causa; accedente ad quodlibet predictorum auctoritate, consilio et consensu honorabilis et religiosi viri fratris Eberhardi de Soltzberch ordinis sancte Marie fratrum Teuthonicorum per Alemaniam preceptoris, sicut in litteris ipsius super hoc confectis plenius continetur [1]). In testimonium itaque, robur ac perpetuam firmitatem omnium predictorum nos predicte partes presentis instrumenti conscribi

1) Nr. 246.

fecimus duo paria unius et ejusdem tenoris, utrique parti unum, et predictorum . . decani et capituli et commendatoris et conventus in Marburch predicti sigillis una cum honorabilium virorum . . decani et capituli ecclesie Wilburgensis et . . prepositi et canonicorum regularium in Schiffinburch sigillis rogatu predictarum partium appensis presentibus sigillari. Et nos . . decanus et capitulum ecclesie Wilburgensis predicte ac . . prepositus et conventus regularium canonicorum predictorum in Schiffinburch ad petionem(!) . . decani et capituli ecclesie Wetflariensis necnon . . commendatoris et fratrum domus Teuthonicorum in Marburch predictorum sigilla nostra presentibus duximus apponenda in testimonium omnium premissorum.

Actum et datum anno domini millesimo trecentesimo quarto decimo, quinto kalendas junii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Die vier siegel bis auf ein stück des vierten abgefallen. Ein zweites orig.-perg. in Wetzlar (archiv des collegiatstiftes nr. 122). Das dritte der vier siegel abgefallen. Gedr.: Gudenus Codex 4, 1013.

253. *Landgraf Friedrich von Thüringen überweist auf bitten des bisherigen lehnsträgers ritters Geze ½ mark silber jährlicher rente zu Frohndorf dem Marien- und Elisabethenaltar des deutschen hauses zu Griefstedt. Griefstedt 1314 jun. 4.*

Nos Fredericus dei gracia Thuringie lantgravius, Missnensis et Orientalis marchio dominusque terre Plissnensis, ad universorum Cristi fidelium tam presentium quam futurorum noticiam cupimus ut accedat, quod ad instantiam strennui militis dicti Ytel Gezce necnon suorum heredum dimidiam marcam Northusensis argenti annui redditus solvendi annis singulis de dimidio manso sito in campis ville Vrondorf, quem quidem censum iidem a nobis tenuerunt in feudum et ad manus nostras libere resingnarunt, ad altare sancte Marie et beate Elizabeth domus Theutonice in Grifstete appropriamus perpetuo et in anime nostre remedium titulo proprietatis contradimus et donamus. Presentibus venerabili in Cristo domino Dythmaro abbate in Volkolderode, nobili viro Friderico de Helderungen, Heinrico camerario de Vanre, Gunthero de Slatheim, Wiboldo de Foresto, Hermanno Goltacker nostro marschalco, magistro Walthero nostro prothonotario, Ludewico de Hemeleiben, Theoderico dicto Gezce, et aliis pluribus fide dingnis, harum serie litterarum nostri sigilli robore signatarum. 1314 jun. 4.

Datum Grifstete, anno domini millesimo trecentesimo quartodecimo, pridie nonas junii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel rund; landgraf zu pferd mit schild und fahne, in beiden der rechtsum aufgerichtete löwe; umschr.: S · FR . . . RICI · D . . . . . MISNENSIS · ET · OR . . . TALIS · M . . . . . ONIS · THVRINGIE · LANTGRAUII · Gedr.: Gudenus Codex 4, 1016.

254. *Elisabeth Beheymeren von Niederquembach verkauft dem deutschen hause bei Marburg eine jährliche rente von genannten grundstücken.* 1314 *jun.* 30.

1314 jun. 30. Ego Elizabeth dicta Beheymeren de inferiori Quenenbach recognosco publice per presentes me de voluntate et consensu Craftonis fratris mei justo proprietatis tytulo vendidisse religiosis viris . . commendatori et fratribus domus Theotonice apud Marcburch Moguntine dyocesis triginta denarios Colonienses annui redditus in die beati Martini episcopi annuatim persolvendos ex agris infrascriptis: videlicet ex uno jugere terre arabilis dicto in der Strûit prope agrum Henrici Hundisdalir; item ex uno jugere infra Molenweich prope agrum Wenkelonis dicti Kagelhûit; item ex uno jugere et dimidio jugere sitis juxta Buckenhecke; item ex dimidio jugere prope agrum Henrici Hundisdaleris predicti; item ex agro dicto Hobestad et ex dimidio jugere sibi contiguo et ex prato dicto Sadele, pro triginta et duobus solidis denariorum Coloniensium michi traditis penitus et pagatis. In cujus rei testimonium et robur dedi hanc litteram sigillo civitatis Wetflariensis meo et fratris mei predicti rogatu fideliter communitas. Testes sunt hujus vendicionis: Hermannus Selege, Johannes Beyer, scabini civitatis predicte, et alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc°xiiii°, in crastino beatorum Petri et Pauli apostolorum.

Aus orig.-perg. mit beschädigtem siegel in Marburg (deutscho.).

255. *Der hochmeister des deutschen ordens bestimmt, dass die bücher der in den gebäuden des deutschen hauses zu Marburg sterbenden brüder zu gunsten des baues der ordenskirche daselbst durch deren baumeister verwendet werden sollen.* *Marienburg* 1314 *jul.* 6[1]).

1314 jul. 6. Frater Karolus de Treueri generalis magister hospitalis sancte Marie Theuthonicorum Jerosolimitani religiosis et discretis viris . . conmendatoribus, viceconmendatoribus[2]) ac ceteris fratribus domus in Marpurg salutem et sinceram in domino karitatem. Cum domum domini jugiter

1) Vgl. nr. 38.

2) 'viceconmend'' orig.

sanctitudo deceat, que conservari vel augeri minime poterit, ut ex ea fidelium crescat devocio debita, signa pullulent sanctitatis, nisi edificia ruinosa cottidie restaurentur et laudabiliter inchoata fine laudabili conpleantur, quia alias nichil dicitur esse factum, cum inconpleto operi quidquam superest ad agendum; quapropter laudabilem structuram ecclesie nostre domus in Marpurg laudabiliter inchoatam volentes omni quo possumus studio et honore prosequi, in tantum eciam, ut modis omnibus talis structura effectu sive conplemento non careat, sed ad debitum statum cicius et honestius perfectionis debite deducatur, concedimus in signum specialis privilegii, gracie ac libertatis, tocius nostri generalis capituli unanimi ac libera ad hoc accedente voluntate, ut omnium clericorum et fratrum quorumcunque decedencium in hac domo sive domibus vel curiis sibi subjectis libri, qui nunc sunt seu pro tempore fuerint, cedent in usum ac utilitatem dicte structure ac sine qualibet contradictione scilicet . . preceptoris vel . . conmendatoris dicte domus et cujuslibet persone nostri ordinis irrevocabiliter convertantur; similiter et pergamenum, quod librorum nomine intelligi volumus in hac parte; volentes, ut magister ipsius operis sive structure cum eisdem libris agat et faciat, prout structure videbitur convenire. In cujus rei testimonium et firmiorem evidenciam presentem litteram nostri sigilli munimine jussimus roborari, presentibus eciam perpetuis temporibus duraturis.

Actum et datum in Castro sancte Marie, domo nostra principali, et in generali capitulo ibidem habito, anno domini millesimo ccc°xiiii°, in octava beatorum apostolorum Petri et Pauli.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel in schwarzem wachse schön erhalten: rund; Maria auf einem throne sitzend, im linken arm das kind, in der rechten hand eine lilie haltend; umschr.: S · MAGRI · HOSPIT · SCE · MARIE · TEVT · IRLM · Gedr.: Entdeckter Ungrund nr. 37; daraus Samml. v. Deduct. 7, 485. Hennes 1, 348.

256. *Der hochmeister des deutschen ordens gebietet dem deutschen hause in Marburg, den baumeister der Elisabethenkirche daselbst bei dem bau in jeder weise, namentlich mit fuhren, zu unterstützen.* *Marienburg 1314 jul. 6.*

Frater Karolus de Treueri magister generalis hospitalis sancte Marie Theuthonicorum Jerosolimitani viris religiosis . . conmendatori, viceconmendatori ac ceteris officialibus et fratribus domus nostre in Marpurg salutem et sinceram in domino karitatem. Cupientes laudabilem structuram in honorem sancte Elyzabeth laudabiliter inchoatam totis viribus quibus possumus, ut dignum est, in omnibus promovere, ut ad conplementum debitum perducatur, vobis universis et singulis, qui requisiti 1314 jul. 6.

fueritis, conmittimus firmiter et rogamus, quatenus sine contradictione magistrum operis sive structure, quicunque pro tempore fuerit, in omnibus suis negociis ad dictam structuram spectantibus, et specialiter in vecturis, promoveatis fideliter, quocienscunque, quandocunque a vobis duxerit requirendum, aliis negociis penitus pretermissis. Nec volumus, ut quispiam in dicto opere seu promocione ipsius se aliquatenus reddat difficilem vel rebellem. Quodsi quicunque secus fecerit, quod absit, ipsum inobedientem et nostro mandato rebellem per omnia reputamus.

Datum in Castro sancte Marie, domo nostra principali, anno domini m°ccc°xiiii°, in octava beatorum Petri et Pauli apostolorum.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Das auf der rückseite in schwarzem wachse aufgedrückte siegel ist bis auf geringe spuren abgefallen. Gedr.: Entdeckter Ungrund nr. 38; daraus Samml. v. Deduct. 7, 486. Gudenus Codex 4, 1017.

257. *Die richter des Mainzer stuhles gebieten den pfarrern zu Ehringshausen, Homberg, Alsfeld, Amöneburg, Ziegenhain, Treisa und Rauschenberg, den auf ansuchen des deutschen hauses zu Marburg schon längst gebannten, aber trotzdem in seiner verstockung beharrenden edelknecht Johann von Ehringshausen öffentlich für excommunicirt und der ketzerei verdächtig zu erklären.*

1314 *jul.* 10.

1314 jul. 10. Judices sancte Moguntine sedis in Iringeshusen, in Hohenburg, in Alsfeld, in Ameneburg, in Cigenhain, in Treyse et in Ruschenberg plebanis ceterisque plebanis et viceplebanis per dyocesim Moguntinam constitutis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in domino. Licet nos jam dudum Johannem armigerum de Iringeshusen excommunicaverimus et excommunicatum denunciari fecerimus campanis pulsatis et incensis candelis singulis diebus dominicis, diversis processibus et aggravacionibus subsecutis, pro re judicata ad instanciam . . commendatoris et fratrum domus Theutonice in Marpurg et nichilominus in presencia ipsius Johannis cessari mandaverimus ab officiis penitus divinorum, nichil tamen per hoc profecimus; quin idem Johannes in hujusmodi suspensionis divinorum, excommunicacionis et aggravacionum sentenciis induratus in obstinata duricia Pharaonis iniqui temere persordescere non veretur, clavibus sancte matris ecclesie spretis dampnabiliter et vilipensis in sue salutis dispendium et scandalum plurimorum, propter quod eundem Johannem de heretica pravitate suspectum non inmerito reputamus. Nos igitur ad convincendum ejusdem Johannis duriciam et protervitatem contra eum duximus exigente justicia gravius procedendum, vobis et cui-

libet vestrum, qui requisiti fueritis, sub pena suspensionis officiorum vestrorum, quam in vos et quemlibet vestrum ferimus in hiis scriptis, si non feceritis hoc mandatum, firmiter et districte precipiendo mandamus, quatenus prefatum Johannem cum omnibus hominibus eidem temere communicantibus excommunicatum et ab omnibus arcius evitandum in vestris ecclesiis infra missarum sollempnia juxta modum et formam pretactos et nichilominus ipsum Johannem tamquam de heretica pravitate suspectum publice nuncietis, cessantes nichilominus et cessari facientes in predictis vestris ecclesiis in presencia prefati Johannis et post recessum ejusdem per triduum ab officiis penitus divinorum, que divinorum officia in presencia ipsius Johannis et post recessum ejus per triduum suspendimus per presentes et ea suspensa per vos et quemlibet vestrum sub pena predicta precipimus inviolabiliter observari tam diu, donec vobis de relaxacione sentenciarum hujusmodi per nostras litteras constiterit evidenter. Alter alterum in execucione hujusmodi nostri mandati non respiciat vel expectet. Reddite litteras sigillatas.

Datum anno domini m°ccc°xiiii°, vi° idus julii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Die fünf angehängt gewesenen siegel abgefallen.

258. *Das Marienstift zu Wetzlar gibt nähere erklärung über eine bestimmung seines tauschvertrages mit dem deutschen hause bei Marburg hinsichtlich eines hauses zu Wetzlar.* 1314 *jul.* 14.

Nos Heydenricus de Derinbach decanus totumque capitulum ecclesie sancte Marie Wetflariensis tenore presencium recognoscimus et constare volumus universis, quod cum in litteris confectis super permutatione bonorum quorundam facta per nos cum religiosis viris . . conmendatore et fratribus domus Theutonice apud Marpurg [1]) inter alia specialiter sit expressum, quod domum, quam magister Johannes de Flore, ecclesie sancti Johannis Maguntinensis decanus et ecclesie nostre predicte ad sanctam Walpurgim vicarius, et Meckelia de Gulle in Wetflaria nunc possident et ad dies vite sue possidebunt, salvo eodem jure, quod nunc habent in eadem, conmendatori et fratribus predictis dedimus et tradidimus ad habendam et proprietatis titulo in perpetuum possidendam, cumque propter hunc articulum prescriptum et ad cautelam adjectum ‘salvo eodem jure, quod nunc habent in eadem’ dubium posset in posterum suboriri, nos hujusmodi obscuritatem lucida interpretatione explanantes, hec verba sic intelligi voluimus et volumus, quod magister Johannes et Mec- 1314 jul. 14.

1) Nr. 252.

kelia predicti dictam domum ad dies vite sue possidebunt a conmendatore et fratribus predictis eo jure, quo a nobis huc usque possederant, pro annuo censu quinque solidorum Coloniensium in festo beati Georgii martiris sepedictis fratribus porrigendo. Ipsis vero ambobus defunctis domus eadem cum suis edificiis remoto quolibet inpedimento ad usus et possessionem legitimam fratrum transibit. Si vero iidem magister Johannes et Meckelia vel aliquis alius nomine eorum post mortem suam de edificiis dicte domus fratres inpecierit, nos causam defendere et ipsos fratres penitus indempnes reddere tenebimur et ad hoc nos presentibus sigillo ecclesie nostre roboratis firmiter obligamus.

Datum anno domini m°ccc°xiiii°, pridie idus julii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

259. *Rath und scheffen zu Friedberg beurkunden, dass Cusa wittwe Heinrich Bernos dem deutschen hause in Marburg einen platz am Hauser thor zu Wetzlar verkauft habe.* 1314 *aug.* 23.

1314 aug. 23. Nos consules et scabini in Frideberg universis presens scriptum intuentibus cupimus notum esse publice protestando, quod domina Cusa quondam Henrici Bernonis uxor legitima cum consensu et bona voluntate puerorum ac omnium heredum suorum unam aream suam in Wetflaria prope portam versus Husen jacentem rite et rationabiliter vendidit pro sedecim marcis denariorum usualis pagamenti religiosis viris . . commendatori et fratribus domus Teutonicorum in Marpurch quiete et pacifice perpetuo possidendam. Testes huic contractui presentes fuerant: Henricus Berno, Angelus, Bertoldus dictus Suane, et quam plures alii. In cujus venditionis etiam evidens testimonium nos scabini et consules predictorum precibus inclinati presentem paginam super hoc confectam sigilli nostre civitatis munimine duximus roborandam.

Datum in vigilia beati Bartholomei apostoli, anno gratie m°ccc°xiiii°

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

260. *Guda wittwe Ortwins am Grün übergiebt dem deutschen hause bei Marburg sich und ihre habe.* 1314 *oct.* 4.

1314 oct. 4. Noverint universi presencium inspectores, quod ego domina Guda relicta Ortwini dicti an deme Griende [1]) ex deliberacione matura, mentis mee bene conpos, saluti anime mee consulere volens, ad honorem dei omnipotentis et gloriose virginis matris Marie atque beate Elyzabet, in

1) 'Griede' orig.

remedium ac salutem anime mee personam meam et res meas sive bona mea mobilia et inmobilia, que nunc possideo vel in futurum potero possidere, religiosis viris . . conmendatori et fratribus domus Teuthonice prope Marpurg do et donavi irrevocabiliter donacione inter vivos et assignavi integraliter coram honorabili viro domino Volperto plebano in Marpurg, domino Ludewico Vitulo canonico Fritslariensi, Ludewico ex Curia magistro civium in Marpurg, et aliis plurimis fide dignis, et assigno sine revocacione omni eo jure et dominio, quo ipsa hactenus possedi vel poteram possidere. Transtuli quoque in jam dictos fratres et nunc transfero in hiis scriptis quidquid juris in proprietate, possessione et dominio omnium bonorum meorum habui usque modo, renuncians omni ordinacioni vel inmutacioni, quam circa dicta bona mea possem vel vellem facere in futurum; hoc solo excepto, quod predicta bona usui meo, quamdiu presentem vitam duxero, reservabo. In cujus rei testimonium predictis fratribus presentem litteram dedi et eandem petivi sigilli civitatis civium in Marpurg munimine roborari. Et nos scabini et cives in Marpurg predicti recognoscimus nostrum sigillum ad preces predicte domine Gude presentibus apposuisse in testimonium omnium premissorum.

Datum anno domini m°ccc°xiiii°, in die beati Francisci confessoris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

261. *Brunward Mainzischer keller zu Amöneburg erlaubt Konrad dem schwiegersohn . . Reckefleyschs güter in Grossseelheim zu verkaufen.* 1314 *oct.* 9.

Omnibus et singulis, ad quos presentes pervenerint, ego Brvnwardus scolasticus ecclesie sancti Johannis Moguntine, cellerarius domini . . archiepiscopi Moguntini in Ameneborch, cupio notum esse, quod cum bona Conradi generi . . dicti Reckefleysch sita in majori villa Selhem et in districtu ville ejusdem michi loco dicti domini mei archiepiscopi ad emendum exhibita nequeam conparare, ut ea predictus Conradus alias, ubi sibi placuerit, vendat, dum predicto domino meo . . archiepiscopo et ecclesie sue Moguntine in jure sive censu sibi de dictis bonis debito nil depereat, mee existit voluntatis pariter et consensus, tradens presens scriptum sub sigillo meo in testimonium et evidenciam super eo. 1314 oct. 9.

Datum anno domini m°ccc°xiiii°, vii. ydus octobris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

262. *Heinrich und Elisabeth kinder des Wetzlarer bürgers Rulo Welker verkaufen dem deutschen hause bei Marburg einkünfte von der mahl- und von der walkmühle zu Hausen vor Wetzlar.*

1314 *nov.* 12.

1314 nov. 12. Has litteras visuris et audituris innotescat, quod nos Henricus et Elizabeth pueri quondam Rulonis dicti Welkirs civis Wetflariensis consensu mutuo et unanimi voluntate vendidimus et vendimus justo vendicionis et proprietatis tytulo religiosis viris dominis . . commendatori et fratribus domus Theotonice apud Marpurch Moguntine dyocesis quartale siliginis Wetflariensis mensure ex molendino dicto malemole in Husen prope muros Wetflarienses sito et viginti duos Colonienses et unum levem denarium [1]) in die beati Michaelis cedentem census nomine annuatim ex molendino walcrad sito in Husen predicto, qui quidem census ad nos per obitum Alheydis quondam amite nostre, relicte Herfridi, ex successione hereditaria devolutus [fuerat], possidendum et habendum in perpetuum cum omni jure nobis in eodem [2]) conpetente pro certa summa pecunie nobis tradite penitus et pagate. Et est sciendum, quod Marquardus et Cristina nostri germani consimilem censum in dictis molendinis conservabunt. Et nos . . commendator et fratres predicti recognoscimus, quod de dicto censu dare debemus et tenemur domino nostro Romanorum regi exactiones seu sturas cum aliis civibus Wetflariensibus, cum dande fuerint, tempore oportuno. In quorum omnium testimonium et robur sigillum civitatis Wetflariensis nostris hincinde precibus presentibus est appensum. Hujus rei testes sunt: Gerlacus Madirsele, Johannes Beyer, scabini civitatis predicte, et alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc° quartodecimo, in crastino beati Martini episcopi.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel sehr verletzt.

263. *Landgraf Otto von Hessen verspricht dem deutschmeister Eberhard von Sulzberg und dem deutschen hause zu Marburg 50 mark silber, welche diese ihm geliehen haben, sogleich nach seiner rückkehr von der krönung des erwählten Römischen königs Friedrich zurückzuzahlen, oder in Marburg einlager zu halten.*

1314 *nov.* 18.

1314 nov. 18. Nos Otto dei gracia lantgravius, terre Hassie dominus, recognoscimus in hiis scriptis, quod religioso viro fratri Ebirhardo de Sultzberg

1) 'denarꝙ' orig. 2) 'eadem' orig.

magistro ordinis domus Theutonicorum ceterisque fratribus domus Marpurg in quinquaginta marcis puri argenti, quas nobis amicabiliter mutuarunt, existimus obligati, eisdem, quam primum de curia coronacionis electi Friderici in regem Romanorum nunc in Aquisgrani celebranda regressi fuerimus, persolvendis. Vel, si in solucione neglientes fuerimus, trans Loynam non ibimus nec pergemus, sed cum nobili Agnete sorore nostra, Gerlaco de Lynne milite, Volperto Hoschin et Heymerado de Elbene armigeris oppidum Marpurg intrabimus, inibi more obstagii tam diu commesturi, quousque predictam pecuniam persolvamus. Et nos Agnes quondam burgravia in Nurimberg, Gerlacus, Volpertus et Heymeradus predicti recognoscimus nos predictum obstagium, si necesse fuerit, adimplere. In omnium horum robur nostri Ottonis sigillum cum sigillo predicte Agnetis sororis nostre apposita sunt huic karthe.

Datum anno domini m°ccc° quartodecimo, in octava beati Martini.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Beide siegel abgefallen. Gedr.: Histor. diplom. Unterricht nr. 82; daraus v. Stillfried u. Märcker Monum. Zoller. 2, 327 nr. 509.

264. *Mechthild wittwe des Wetzlarer bürgers Rulo Welker verkauft dem deutschen hause bei Marburg einkünfte von der mahlmühle zu Hausen vor Wetzlar.* 1315 *jan.*

Universis et singulis presens scriptum visuris seu audituris pateat manifeste, quod ego Methildis relicta quondam Rulonis dicti Welkeres civis Wetflariensis de consensu et voluntate Wolframi nunc mariti mei legitimi necnon Henrici et Elizabeth puerorum meorum vendidi et vendo justo proprietatis tytulo in hiis scriptis religiosis viris dominis . . commendatori et fratribus domus Theotonice apud Marburch Moguntine dyocesis dimidiam marcam denariorum, item et unum maldrum pure siliginis Wetflariensis mensure annui redditus ex tribus maldris siliginis dicte mensure, que habere dinoscebar in molendino dicto malmole sito in Husen juxta muros Wetflarienses, quos quidem redditus . . commendator et fratres supradicti michi et meis heredibus ex dicto molendino annuatim pensionis nomine solvere tenebantur, possidendos dictos redditus et habendos in perpetuum pleno jure pro certa summa pecunie michi tradita integraliter et pagata. Et ego Methildis antedicta recognosco publice et protestor, quod una cum marito meo et pueris meis memoratis antedictis . . commendatori et fratribus caucionem fidejussoriam prestiti pro Marquardo et Cristina, eciam pueris meis, qui minoris etatis sunt, ut predicte vendicioni consencient, cum ad annos pervenerint discrecionis, ad faciendum eisdem gewarandiam de prelibatis redditibus debitam et consuetam.

1315 jan.

Et nichilominus nos . . commendator et fratres supradicti recognoscimus per hoc scriptum, quod tenemur et solvere debemus exactiones seu sturas domino nostro . . Romanorum regi qui pro tempore fuerit de sepedictis redditibus una cum aliis civibus Wetflariensibus, cum dande fuerint, tempore oportuno. Et in testimonium premissorum omnium et robur evidens sigillum civitatis Wetflariensis ad preces nostras hinc et inde presentibus est appensum. Testes hujus facti sunt: Hermannus Selege, Johannes Beyer, scabini civitatis predicte, et alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc° quartodecimo, mense januario [1].

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

265. *Ritter Volpert Hobeherr und sein bruder der edelknecht Gumpert verpfänden ihren theil der gerichtsbarkeit zu Seelheim dem deutschen hause bei Marburg und dem ritter Volpert von der Wenigenburg.* 1315 *jan.* 3.

1315 jan. 3. Nos Volpertus filius quondam Gumperti militis ex Curia miles necnon Gumpertus frater dicti Volperti armiger recongnoscimus publice per presentes et constare cupimus universis, quod cum consensu Gumpelonis filii mei Volperti militis predicti nostra et nostrorum utilitate pensata honorabilibus viris . . commendatori ceterisque fratribus domus Teutunice prope Marpurch necnon Volperto dicto de Parvo Monte militi nostram partem juridicionis in Selhem cum universis suis appendiciis, usufructibus, juribus, hominibus qui dicuntur fogetlude necnon singulis usucapiis ad dictam partem nostram juridicionis [2], nil nobis reservato de juridicione eadem nisi dumtaxat pensione nostra debita, que vulgatur lemmerbede et brachcorne, pro quatuordecim marcis Coloniensibus, tribus hallensibus pro denario conputatis, nobis jam pagatis et ad manus presentatis titulo pignoris duximus obligandam, et utrique predictorum juxta jus suum, quod in dicta juridicione noscitur possidere; proviso eisdem, quod dictam partem nostram juridicionis ante epiphaniam domini [3] anno ejusdem m°ccc°xvi° redimere non possumus nec debemus. Post quem terminum si ipsam redimere voluerimus conjunctim vel alter nostrum divisim, predicti domini ipsam partem juridicionis pro predicta pecunia nobis aut alteri nostrum partem suam pro parte sua pecunie ipsum contingente reddere tenebuntur reclamatione aliqua non obstante, fructibus eciam, si quos sustulerint, in sortem minime conputandis. Quam partem juridicionis omni fraude et dolo exclusis redimere debemus et nostri heredes, quibus nobis defunctis libera est facultas redimendi, ut premittitur,

1) 'iuanuario' orig. 2) ergänze: 'pertinentibus'. 3) Jan. 6.

dictam partem juridicionis, cum propria pecunia et nullatenus aliena. Adjectum est insuper, quod familia mei Gumperti armigeri predicti in Selhem pro debitis in judicio stare non debet, exceptis aliis violentis excessibus, pro quibus emendare sicut alii homines dicte juridicionis in judicio tenebuntur. Hujus rei testes sunt: Detmarus de Selheim, Wig. sub Tilia, Hupertus, Her. dictus Tzan, Lotwicus Rausten, Lotwicus de Selhem, Gerlacus dictus Dregefleysc, scabini in Ameneborch, et alii fide digni, cum quorum scabinorum sigillo presentes litteras petivimus roborari. Nos quoque scabini predicti protestamur, quod omnium premissorum testes ad preces predictorum Volperti militis, Gumperti armigeri fratrum necnon Gumpelonis dicti Volperti militis filii sigillum nostrum apposuimus huic scripto.

Actum et datum anno domini m°ccc°xv°, iii. nonas januarii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

266. *Gumpert Hobeherr verkauft dem deutschen hause bei Marburg einen hörigen aus Seelheim.* 1315 *jan.* 23.

Noverint universi presencium inspectores, quod ego Gumpertus dictus ex Curia et Cristina uxor mea legitima omnibus eciam pueris nostris consencientibus vendidimus, donavimus et donamus Hermannum dictum Lechelin de Selhem tytulo servitutis nobis ac nostris progenitoribus attinentem religiosis viris . . conmendatori et fratribus domus Teuthonice prope Marpurg cum omni jure, condicione ac servitute, qua nobis hucusque fuerat obligatus, ut eum possideant et teneant, quemadmodum ipsum tenuimus et habuimus suis temporibus pacifice et quiete. In cujus rei testimonium predictis . . conmendatori et fratribus presentem litteram dedimus sigillo domini Volperti militis dicti Hobeherren, quia proprio sigillo caruimus, sigillatam. Et nos Volpertus miles predictus recognoscimus ad rogatum predicti Gumperti, Cristine uxoris sue et puerorum eorundem nostrum sigillum presentibus apposuisse in testimonium omnium premissorum. Testes sunt: Gerlacus et Volpertus fratres, filii dicti Hobeherren, Fridericus Hoveman in minori Selhem, Henricus Helenhobere in majori Selhem, Rudolphus pistor, Henricus de Radehusen ibidem, et quam plures alii fide digni. 1315 jan. 23.

Datum anno domini m°ccc°xv°, x. kalendas februarii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Das bekannte S · ' FOLPERTI · EX · CVRIA · DE · PARVO · MONTE · hängt an.

267. *Die richter des Mainzer stuhles gebieten dem pfarrer zu Ehringshausen, den schultheissen Ludwig daselbst wegen seines umgangs mit dem auf ansuchen des deutschen hauses zu Marburg excommunicirten edelknecht Johann von Ehringshausen allsonntäglich für excommunicirt zu erklären.* 1315 *jan.* 30.

1315 jan. 30. Judices sancte Moguntine sedis . . plebano in Iringeshusin salutem in domino. Quia Ludewicus scultetus jam dudum a nobis excommunicatus suo et universitatis ibidem nomine pro contumacia super temeraria communicacione Johannis armigeri jam dudum a nobis excommunicati pro re judicata ad instanciam . . conmendatoris et fratrum ordinis Theuthonice domus in Marpurg, subscriptis tamen exceptis, videlicet Alberto dicto Slapharth, Wernhero de Velle, Henrico in deme Burckhove et Ludewico dicto Schelte, hujus excommunicacionis sentencias sustinet animo indurato in sue salutis dispendium et scandalum plurimorum, vobis sub pena suspensionis mandamus, quatinus prefatum reum nomine quo supra excommunicatum et ab omnibus arcius evitandum singulis diebus dominicis accensis candelis et pulsatis campanis publice nuncietis. Reddite litteras sigillatas.

Datum anno domini m°ccc°xv°, iii° kalendas februarii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Vom siegel der richter ist nur noch ein stück vorhanden; das des plebans scheint nie angehängt gewesen zu sein.

268. *Ritter Volpert Hobeherr verkauft dem deutschen hause bei Marburg ½ malter brachkorn jährlicher gült von der Atzbacher hube zu Seelheim.* 1315 *jan.* 31.

1315 jan. 31. Ad noticiam universorum perveniat, quod ego Volpertus miles, filius quondam Gumperti militis dicti ex Curia, accedente consensu Gumplonis filii mei honorabilibus viris dominis commendatori ceterisque fratribus domus Theutonice prope Marpurg annuam pensionem dimidii maldri siliginis mensure Marpurgensis, dandam eisdem dominis anno quolibet de manso dicto mansus de Aspach, quem mansum nunc possident Henricus dictus Ellengere et . . Vnhage[1]) in villa Selhem, que siligo vocatur brackorn, vendidi pro tribus et dimidia marcis Coloniensibus michi ad manus presentatis proprie et perpetuo possidendam et habendam seu eciam qualicunque modo voluerint disponendam, renuncians eidem pensioni una cum filio meo predicto, simul promittentes fide data eisdem dominis ipsius pensionis in Selhem, si necesse fuerit, facere gwarandiam debitam et consuetam. Hujus vendicionis sunt testes: Ditmarus et Lodewicus de

1) 'Ellenogere et . . Vnhogen' zweites orig.

Selhem, Hupertus Amelunc et Hermannus dictus Zan, cives et scabini in Ameneburg, et alii fide digni. In majorem quoque premissorum evidenciam presens scriptum sigillo civitatis Ameneburg petivimus confirmari. Nos quoque scabini opidi Ameneburg predicti recognoscimus, quod ad preces Volperti militis et Gumplonis filii sui predictorum sigillum nostrum apposuimus huic scripto.

Datum anno domini m°ccc°xv°, ii. kalendas februarii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Ein zweites orig.-perg. daselbst zeigt nur die in der note bemerkte abweichung. Siegel von beiden abgefallen.

269. *Der edelknecht Gumpert Hobeherr verkauft dem deutschen hause bei Marburg einkünfte von einer hube zu Heskem.* 1315 *febr.* 7.

Nos Gumpertus filius quondam Gumperti militis dicti ex Curia armiger necnon Cristina uxor ejusdem armigeri legitima omnibus, ad quos presentes pervenerint, volumus esse notum, quod utilitate nostra et nostrorum pensata dimidium moldrum (!) siliginis, quod dicitur brackorn, necnon duas metretas cum dimidia tritici mensure Marpurgensis, solidum denariorum Marpurgensium et unum pullum carnisprivialem dandos de manso sito in Heystinchem, quem nunc possident Fridericus dictus apud Rivum et . . dictus Weydebechere, honorabilibus viris domino commendatori ceterisque fratribus domus Teutonice prope Marpurch . . . . . et unanimi consensu vendidimus nomine annue pensionis . . . . . annis singulis proprie et perpetuo possidendos, renunciantes . . . . . omni juri ipsorum, quod hucusque nobis conpetiit et conpetere . . . . . , promittentes eisdem dominis dicte annue pensionis warandiam . . . . . facere debitam et consuetam. Hujus rei testes sunt: Det . . . . . Selhem, Wigandus sub Tilia, Ospertus, Hermannus Tzan et . . . . . hen, scabini in Ameneburg, cum quorum sigillo presens scriptum in robur perpetue firmitatis premissorum petivimus confirmari. Nos quoque scabini jam dicti recongnoscimus, quod sigillum opidi Ameneburg ad preces conjugum predictorum apposuimus huic scripto. 1315 febr. 7.

Datum anno domini m°ccc°xv°, vii. ydus februarii.

Aus dem stark verblassten orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

270. *Elisabeth wittwe Heinrichs von Gossfelden bestätigt die von diesem dem deutschen hause bei Marburg gemachte schenkung von gütern zu Gossfelden, Anzefahr und Nonnenhausen.* 1315 *märz* 11.

Noverint universi presencium inspectores, quod ego Elysabet quondam uxor Henrici de Gozuelden bone memorie in presencia honorabilium 1315 märz 11.

virorum constituta, videlicet Ludewici ex Curia magistri civium in Marpurg, Arnoldi de Gambach, Hartungi Bruningi, Rukelonis, Henrici Wigelonis scabinorum, sana mente et voluntate libera renunciavi et renuncio in hiis scriptis omnibus bonis in Gozuelden, in Anzeuar, in Nůnnehusen sitis, que quidem bona predictus meus maritus de consensu meo et matris sue Jutthe . . conmendatori et fratribus domus Teuthonice prope Marpurg contulit in puram elemosinam propter deum, sicut in instrumentis super hoc confectis expressius continetur[1]), que eciam instrumenta ego adhuc approbo et rata tenere volo, quam diu corpus et anima coherebunt. Transtuli quoque et nunc transfero in hiis scriptis quidquid juris in dictis bonis et eorum attinenciis habui vel habere possem aliqualiter in futurum, immo do et dedi donacione inter vivos predicta bona cum omnibus eorum pertinenciis memoratis . . conmendatori et fratribus, ut ea libere possideant et teneant perpetuis temporibus pacifice et quiete. In cujus rei testimonium ipsis . . conmendatori et fratribus presentem litteram dedi et eandem petivi sigilli civitatis civium in Marpurg munimine roborari cum testibus suprascriptis. Nos quoque scabini et cives in Marpurg predicti recognoscimus ad rogatum predicte domine Elysabet nostrum sigillum presentibus apposuisse in testimonium omnium premissorum.

Datum anno domini m°ccc°xv°, feria tercia post dominicam Judica.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

271. *Das deutsche haus bei Marburg tauscht mit dem ritter Kraft von Rodenhausen zu Giessen eine hörige.* 1315 *märz* 18.

1315 märz 18. Nos frater Reymboldus conmendator ceterique fratres domus Theutonice prope Marburc coram universis recognoscimus publice per presentes, quod bona deliberacione prehabita honorabili viro domino Kraftoni militi de Rudinhusin in opido Giezen residenti Hildigundim cognomine Vbelekern dictam cum pueris suis donavimus et tradimus pro domina Hedewige dicta[2]) Vůgen cum pueris suis justa et voluntaria permutacione per nos et antedictum K. militem simul inter nos racionabiliter ac legitime observata. Itaque dominus Krafto miles predictus Hildegundym cum pueris suis jure proprietario perpetue possideat tamquam suam, et nos fratres de Marburg predicti loco ejusdem Hedewigym cum pueris suis predictis tamquam nostram in perpetuum teneamus, ut ita bona puerorum utrorumque perpetue maneant indivisa. Quod ista permutacio sit cum voluntate vestra[3]).

Datum et actum anno domini m°ccc°xv°, xv° kalendas aprilis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel rund; gezacktes schildeshaupt; umschr.: S ·' CRAFTONIS · MILITIS · DE · RVDINHVSEN ·

1) 1, 300 nr. 401. 2) ' dn̄e Hedewige dc̄e' orig. 3) ' vr̄a' orig.

272. *Die brüder Johann und Bertho von Ehringshausen, welche das deutsche haus bei Marburg wegen güter zu Neuenhain mit unrecht angefochten haben, tragen demselben zur entschädigung eine gült von zwei mark zu Langenhain, Höingen, Rülfenrod und Hale zu lehn auf.* **1315** *märz* **27.**

Noverint universi presencium inspectores, quod ego Johannes de Yringeshusen et Berthogus frater meus carnalis renunciavimus et renunciamus simpliciter in hiis scriptis bonis dictis Stoken in Nuwenhen, pro quibus inter nos ex parte una et fratres domus Teuthonice aput Marpurg ex parte altera questio vertebatur, quia cognovimus et instructi fuimus, quod nichil juris habuimus nec habere debuimus in eisdem. Unde, quia ipsos fratres pro predictis bonis inpugnavimus minus juste, decrevimus proborum virorum inductu et nos obligavimus ad satisfaciendum predictis fratribus atque deo, quod duas marcas denariorum de nostris propriis redditibus resignavimus in manus . . conmendatoris dicte domus; videlicet ego Johannes de quatuor mansis in Langenhen aput Yringenshusen unam marcam, ego quoque Berthogus in Hohingen fertonem de bonis, que possidet domina dicta Waldolfen, in Radoluerade iiii solidos Colonienses de bonis, que possidet Conradus dictus Shopener, in Hale prope Yringeshusen quinque solidos Colonienses de bonis, que possidet Fridericus; quas duas marcas ab ipso conmendatore in feudo recepimus et recipere debemus nos et nostri heredes seu successores perpetuis temporibus a singulis conmendatoribus, qui ibidem pro tempore fuerint constituti. In cujus rei testimonium predictis fratribus presentem litteram dedimus et eandem rogavimus sigilli civitatis civium in Hohenburg munimine roborari. Nos quoque scabini et cives in Hohenburg predicti recognoscimus ad preces dictorum fratrum, scilicet Johannis et Berthogi, nostrum sigillum presentibus apposuisse in testimonium omnium premissorum. Testes sunt: Guntramus advocatus, Hartmudus Shozesper, Crafto dictus Rode, milites; Crafto de Hohenuels, Mengotus de Hirzenhan, armigeri; Henricus dictus Summer, Conradus dictus Knade, scabini, et quam plures alii fide digni.

1315 märz 27.

Datum anno domini m°ccc°xv°, vi° kalendas aprilis.

Aus dem sehr beschädigten orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

273. *Das deutsche haus bei Marburg verspricht der Hetta von Radenhausen, welche ihm 132 mark geschenkt hat, gewisse jährliche einkünfte auf lebenszeit und nach ihrem tode die gedächtnissfeier ihres verstorbenen gemahls Hartmann.* 1315 *mai* 26.

1315 mai 26. Nos frater Reymbado conmendator ceterique fratres domus Teuthonice prope Marpurg coram universis recognoscimus publice per presentes, quod cum dilecta nobis in Cristo Hetta dicta de Radehusen nobis quandam summam pecunie [1]) presentaverit, videlicet centum et triginta duas marcas denariorum legalium et bonorum, quam pecuniam in utilitatem domus nostre recognoscimus plenarie convertisse, nos in reconpensacionem predicte pecunie promisimus et promittimus in hiis scriptis, quod prefate Hette dabimus et dare tenemur sine omni contradictione de granario nostro Marpurg annis singulis in festo beati Michahelis decem maldra siliginis, quinque maldra tritici Marpurgensis mensure, quatuor anseres et tot pullos et unum plaustrum carbonum, quam diu vixerit in hac vita; ita tamen, ut cum diem clauserit extremum, extunc de predictis redditibus marcam unam denariorum in anniversario Hartmanni quondam mariti ejusdem, scilicet in vigilia sancti Bonifacii [2]), fratribus nostris nomine pyctancie ministrabimus annis singulis perpetuis temporibus celebrando cum vigiliis et missis et aliis sollempnitatibus debitis et consuetis. Item unum maldrum tritici sacristie pro conparacione unius luminis seu candele ministrabimus de predictis redditibus annuatim. Sed de aliis redditibus erimus liberi et soluti, et deinceps residui domui nostre cedere debent in anime sue remedium et salutem. In cujus rei testimonium memorate Hette presentem litteram dedimus sigilli nostri munimine, quo uti consuevimus, roboratam. Testes sunt: frater Syfridus prior, frater Rudolphus Rausten, frater Guntramus viceconmendator, frater Henricus de Derenbach, frater Conradus de Folda traperarius, frater Conradus Theolonearii [3]), frater Hermannus de Molendino, et quam plures fratres alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc°xv°, vii° kalendas junii.

Aus orig.-perg. mit siegel in Marburg (deutscho.).

274. 1315 *mai* 26.

1315 mai 26. Nos Siffridus et Conradus fratres dicti Hůnchen vendidimus domum nostram, quam inhabitabant nostre sorores Aleydis et Mechtildis felicis memorie dicte de Můrckenbach, que ad nos hereditarie spectabat ex morte earundem, Sophie beckine filie mee, videlicet Siffridi dicti Hůn-

1) 'summe pecuniam' orig. 2) Jun. 4. 3) 'Theoł' orig.

chen supradicti, pro quatuor marcis Coloniensium denariorum, tribus hallensibus pro quolibet denario conputatis. Tradidimus presens scriptum sigilli opidanorum in Herbern munimine roboratum.

Datum anno domini m.ccc.xv., in crastino beati Vrbani pape et martiris.

Aus nr. 72 des copialbuches D in Marburg (deutscho.), mit der überschr.: 'Empcio domus in Herbern'.

275. *Agnes geborene landgräfin von Hessen überlässt mit zustimmung ihres bruders Ludwig bischofs von Münster dem deutschen hause in Marburg den vollen besitz der auf des ordens grund und boden daselbst errichteten sowie der am fusse des berges Lützelburg gelegenen gebäude.* 1315 *jun.* 10.

Nos Agnes filia excellentis ac illustris principis quondam felicis recordacionis domini lantgravii terre Hassie cupimus, ut tenor subsequentium seu infra scriptorum ad aures perveniat et pateat non solum presentium, sed eciam futurorum. Quamobrem, licet explorati juris existat, ut omne, quod plantatur, seritur vel inedificatur, totum solo cedat, volentes tamen calumpniancium maliciis ac perversorum astuciis non solum obviare, set ex habundanti beneficio, que recte et rite facta sunt, plenius confirmare, cum superflua non vicient, set robur conferant firmitati, ob hoc structuras factas et edificia constructa in area fratrum domus Thetonice ordinis sancte Marie Teuthonicorum in Marpurg nostris, immo pro maxima parte ipsorum fratrum sumptibus et expensis, ipsis fratribus de jure racione soli cedant, tamen nos donamus et conferimus in hiis scriptis de expresso consensu et voluntate libera venerabilis fratris nostri domini Ludewici Monasteriensis ecclesie episcopi, immo ipse jam dictus dominus et frater noster episcopus nobiscum et nos una cum eo transferimus in predictos fratres non solum quidquid proprietatis seu possessionis et juris habemus ac habuimus in jam dicta structura, set eciam [1]) in area, quam extra muros eorum muro circumdata et speciali edificio edificata, necnon edificia facta in pede montis dicti Lucelnburg qualiacunque in longum eciam vel in latum edificata donamus ipsis fratribus donacione voluntaria et libera, et in eos transferimus quidquid juris habuimus seu habemus sine omni revocacione simpliciter et precise, renuhciantes omni actioni, defensioni ac exceptioni, que nobis in dictis edificiis conpetit vel posset conpetere in futurum, promittentes nos jam dictam donacionem tam rite per nos factam ratam et gratam et firmam absque omni inpedimento perpetuis temporibus observare. In cujus rei testimonium sepedictis fratribus presentem litteram dedimus cum appensione sigilli nostri

1315 jun. 10.

1) So im orig.; vgl. 'scilicet tam' s. 220, 35.

fratris et domini predilecti et nostri sigilli munimine roboratam. Nos quoque dei gracia Ludewicus Monasteriensis ecclesie episcopus jam predictus recognoscimus nostrum consensum ad premissa omnia voluntarie prebuisse et nostrum sigillum una cum sigillo predicte sororis nostre presentibus appendisse in testimonium omnium premissorum. Hujus eciam testes sunt: Guntramus advocatus, Johannes de Dernbach, Wigandus de Sygehartshusen, Crafto dictus Rode, milites; Ludewicus ex Curia magister civium, Arnoldus de Gambach, Hartungus Bruningi, Ludewicus Dens, Ernestus, Rukelo Angeli, Conradus de Bydenkap, Henkelo Wygelonis, Sifridus de Bydenkap, scabini in Marpurg, et quam plures alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc°xv°, iiii° idus junii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Auf der rückseite steht von gleichzeitiger hand: 'Littera domini Monasteriensis super donacione edificiorum domine de Nůrinberg'. Siegel: 1) zerbrochen, 2) abgefallen. Gedr.: Entdeckter Ungrund nr. 59; daraus Samml. v. Deduct. 7, 510.

276. *Bischof Ludwig von Münster und landgraf Otto von Hessen erklären, dass ihre schwester Agnes von Nürnberg volle freiheit habe, ihre beweglichen güter zu veräussern.* 1315 *jun.* 15.

1315 jun. 15. Nos Ludewicus dei gracia Monasteriensis ecclesie episcopus et dominus Otto eadem gracia lantgravius, terre Hassie dominus, una cum conthorali nostra domina Alh. predilecta tenore presencium recognoscimus et constare volumus universis, quod dilecta soror nostra domina Agnes dicta de Nurenberg omnia bona sua mobilia, que nunc habet et habere poterit in futurum, licite potest et debet quibuscunque personis ecclesiasticis vel mundanis seu cuicunque ordini de bona voluntate nostra absque omni contradictione dare, cuicunque quandocunque voluerit, et legare. In cujus rei testimonium prefate sorori nostre presentem litteram dedimus pro nobis et nostris successoribus nostrorum sigillorum muniminibus firmiter roboratam.

Datum anno domini m°ccc°xv°, in die sanctorum martirum Viti et Modesti.

Aus orig.-perg. mit siegelbruchstücken in Marburg (deutscho.). Gedr.: Gudenus Codex 4, 1018.

277. 1315 *jul.*

1315 jul. Nos Conradus cognominatus Druschart et Henricus germani, filii quondam Lodewici dicti Cremeres civis Wetflariensis, communicatis manibus Elizabeth et Hedewigis uxorum nostrarum legitimarum vendidimus Eberhardo dicto Stůmp, Hedewigi uxori sue civibus Wetflariensibus totam partem nostram decime ville Lůnsbach cum omnibus suis juribus,

que ad nos ex parte Hildemudis quondam matris nostre est devoluta, que olim Friderici dicti Monceres avi nostri fuerat, cujus eciam alteram partem Conradus dictus Moncere avunculus noster et sui coheredes habere dinoscuntur. In quorum testimonium dedimus sibi presentes litteras sigillo civitatis Wetflariensis communitas. Testes: Hartradus de Herlishem, Gerlacus Madirsele, Johannes Beyger, scabini civitatis predicte.

Datum anno domini m°ccc° quintodecimo, mense julio.

Aus orig.-perg. mit beschädigtem siegel in Marburg (deutscho.).

278. *Ritter Volpert Hobeherr verkauft dem deutschen hause bei Marburg einkünfte von der Asbacher hube zu Seelheim und von des Ungesegneten hube zu Heskem.* 1315 *jul.* 4.

In nomine domini, amen. Ad noticiam perveniat universorum, quibus ad intuitum vel auditum patuerit presens scriptum, quod nos Volpertus miles, filius quondam Gumperti militis dicti ex Curia, Elisabeth ejusdem Volperti uxor legitima necnon Gumpelo, Johannes et Volpertus, filii Volperti et Elisabeth conjugum predictorum, bona prehabita deliberacione annualem pensionem dimidii moldri siliginis dicti bracornen mensure Marpurgensis, unius solidi Marpurgensium denariorum dicti lemmerbede et unius pulli carnisprivialis de manso dicto mansus de Aspach, quem nunc possident Henricus dictus Ellenogere et Vnhogen in villa Selhem, item unius modii siliginis mensure predicte, trium denariorum Marpurgensium et dimidii pulli carnisprivialis de bono in Heystinchem dicto unsegente goth annis singulis ministrandam honorabilibus viris . . commendatori ac fratribus domus Teutunice prope Marpurch vendidimus proprie et perpetuo possidendam, habendam vel eciam quocunque modo eis placuerit disponendam; renunciantes eidem pensioni ac omni juri nostro in ipsa hactenus habito et possesso, nos Volpertus miles et Gumpelo ejus filius predicti per interposicionem nostre fidei promittentes prefatis dominis seu fratribus ipsius pensionis, si necesse fuerit, warandiam facere debitam et consuetam. Testes hujus rei sunt: Detmarus et Lodewicus de Selhem, Hupertus Amelungi et Hermannus dictus Tzan, cives et scabini in Ameneborch, et alii fide digni. Ad majorem quoque premissorum evidenciam et perpetuam firmitatem presens scriptum sigillo opidi Ameneborch petivimus confirmari. Nos quoque scabini opidi Ameneborch predicti recongnoscimus, quod rogati a conjugatis et eorum filiis predictis sigillum nostrum apposuimus isti scripto.

1315 jul. 4.

Datum anno domini m°ccc°xv°, iiii. nonas julii.

Aus orig.-perg. mit beschädigtem siegel in Marburg (deutscho.). Auf der rückseite steht von der hand bruder Konrads: 'Empcio . . . . . de manso in Heistinkheim dicto des ungesentin hube'.

279. *Die stadt Fritzlar befreit eine daselbst in der Münstergasse gelegene behausung des deutschen hauses bei Marburg gegen einen jährlichen zins von allen üblichen diensten und steuern.* 1315 *jul.* 6.

1315 jul. 6. Ne facta hominum transeant in oblivionem futurorum, expedit ea que aguntur testium et scripture testimonio perhennari. Nos siquidem . . sculthetus, scabini ac universi cives Fritslarienses tenore presencium publice profitemur, quod ob specialem favorem et amiciciam, quam viri religiosi domini conmendator et fratres domus Theutunice prope Marcbûrg circa nos favorabiliter prosecuntur, nos ipsis vicem reddere volentes, domum sitam in vico Monstergassen, que quondam fuerat Conradi dicti Scindeleb clare memorie, quam domum Godefridus filius quondam Conradi Bodonis predictis fratribus pro salute anime sue et suorum progenitorum nomine elemosine legavit atque dedit, ipsam domum cum totali curia annexa animo deliberato dedimus et damus a vigiliis et ab omni exactionis sive contribucionis genere liberam et solutam cum alia sua curia, quam dudum liberam possederunt. Qui fratres tamen in reconpensam et restaurum vigiliarum et aliorum serviciorum, que haberi possent de domo et curia predicta, nobis et civitati Fritslariensi dederunt et assignaverunt redditus duorum talentorum perpetuo possidendos. In premissorum omnium memoriam et debitam firmitatem dedimus presentem litteram sigillo civitatis Fritslariensis fideliter conmunitam.

Datum anno domini m°ccc°xv°, ii. nonas julii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel verletzt. Auf dem runden rücksiegel ein sitzender bischof, links ein halbmond, rechts ein rad; umschr.: S' · CIVIVM · FRITSLARIENSIVM • AD · CAVSAS · Gedr.: Falckenheiner Gesch. hess. Städte u. Stifter 2, 198.

280. *Katharine Musewinkelin bürgerin zu Wetzlar verkauft dem deutschen hause bei Marburg güter zu Bruningsberg.* 1315 *aug.*

1315 aug. Universis presens scriptum visuris et audituris innotescat, quod ego Katherina dicta Musewinkelin penestica[1]), civis Wetflariensis, sana prehabita deliberacione necnon de voluntate et consensu Gyssele filie mee vendidi et dedi, do et assigno justo vendicionis tytulo in hiis scriptis religiosis viris . . commendatori et fratribus domus Theotonice apud Marburch Moguntine dyocesis omnia et singula bona mea sita in villa et juxta villam Bruningesberge, in agris videlicet, pratis, pascuis, nemoribus et aliis rebus quibuscunque et quocunque nomine nuncupentur, que

1) penestica, trödlerin.

sunt condivisa bonis Wigandi dicti apud Rivum ibidem, de quibus antea ipsis religiosis quatuor solidos Coloniensium denariorum et quinque metretas tritici annuatim census nomine persolvebam, possidendum dicta bona in perpetuum et habendum cum omni jure et dominio michi et meis heredibus conpetentibus in eisdem, quibus eciam tenore presencium renuncio simpliciter et expresse, doli mali et fraudis ac omni juris subsidio amotis penitus et exclusis. Protestor eciam certam pecunie quantitatem pro dictis bonis michi ab eisdem fuisse numeratam, traditam et pagatam. In quorum omnium testimonium et rei robur dedi sibi presentem litteram sigillo civitatis Wetflariensis meis et filie mee predicte precibus et instanciis fideliter communitam. Testes facti hujus sunt: Hermannus Selege, Gerlacus Madersele, Johannes Beyger, scabini civitatis predicte, et alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc° quintodecimo, mense augusto.

Aus orig.-perg. mit sehr beschädigtem siegel in Marburg (deutscho.).

281. *Ritter Volpert Hobeherr von der Wenigenburg zu Amöneburg verkauft dem deutschen hause bei Marburg die hälfte seines theiles der vogtei und gerichtsbarkeit in beiden dörfern Seelheim.*

1315 *aug.* 20.

In nomine domini, amen. Res temporales que geruntur in tempore, si ad perpetuum esse debent durabiles, necesse est aut testium aut scripturarum memoria perennari. Nos siquidem Volpertus dictus de Minori Monte Ameneborch ceu ex Curia miles et Alfradis ejus uxor legitima recongnoscimus publice per presentes, quod pensata utilitate nostra, cum consensu ac bona voluntate omnium liberorum nostrorum dimidietatem partis advocatie et juriditionis utriusque ville Selhem, quam partem apud Volpertum militem, filium quondam Gumperti militis dicti ex Curia, comparavimus, cum hominibus utriusque sexus dictis fogetlude ad ipsam advocatiam et juriditionem spectantibus, necnon universis et singulis usufructibus, appenditiis, ut puta pratis, pascuis, juribus, potestatibus, consuetudinibus, nemoribus, silvis, agris cultis, incultis pariter et colendis, viis, inviis, piscariis, emendis excessuum, correctionibus, censibus quibuscunque, quocunque censentur nomine, nullo omnino jure vel dominio excepto nisi pensione trium solidorum annuali, que datur de curia Gumperti de Selhem et prato sito apud Hesele, et si quid Volpertus miles predictus in predictis villis proprietatis habuit, quod dictis advocatie et juriditioni non attinuit, sed prout ad nos eadem pars pervenit, honorabilibus viris et religiosis commendatori ac conventui fratrum domus Teutunice prope Marpurch vendidimus, tradidimus et justo venditionis titulo 1315 aug. 20.

pro pecunia nobis jam soluta assignavimus in perpetuum possidendam, habendam vel quocunque eis placet titulo alias convertendam vel etiam disponendam, facientes eosdem dominos sive fratres veros dominos et possessores dicte dimidietatis partis advocatie et juriditionis seu districtus et omnium ad eas pertinentium predictorum; renuntiantes eidem dimidietati partis advocatie et districtus ac omni juri nostro, quod quocunque jure vel modo in predicta dimidietate partis advocatie et juriditionis et hominibus ad eamdem dimidietatem titulo omagico pertinentibus vel de jure vel de consuetudine hucusque noscimur habuisse; promittentes eisdem fratribus contrahentibus predicte dimidietatis partis advocatie et juriditionis warandiam facere debitam et consuetam. Hujus rei testes sunt: honorabiles viri Ger. decanus Fritslariensis, Gotfridus de Hotsfelt miles, necnon Detmarus et Lud. de Selhem, Hupertus Amelunc, Hermannus Dens, cives in Ameneborch, ac alii fide digni. In majorem quoque premissorum evidentiam et perpetue valitudinis firmitatem petivimus una cum sigillo mei Volperti militis venditoris predicti sigillo opidi Ameneburg presentes litteras roborari. Nos quoque scabini opidi Ameneborch jamdicti recongnoscimus, quod predictis conjugatis instanter rogati sigillum nostrum apposuimus huic carte.

Actum et datum Ameneborch, anno domini m°ccc°xv°, xiii° kalendas septembris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Beide siegel abgefallen. Gedr.: Entdeckter Ungrund nr. 50; daraus Samml. v. Deduct. 7, 497. Gudenus Codex 4, 1018.

282. 1315 *sept.* 20.

1315 sept. 20. Nos Johannes prepositus totumque capitulum canonicorum regularium ecclesie sancti Augustini in Erfordia, videlicet Henricus dictus Mularn, Conradus de Salmansburn, Henricus et Johannes de Frankenhusen, Guntherus de Latere, Ditmarus de Wechmar, Guntherus Mularn, Guncelo et Otto de Frankenhusen, Hermannus de Saxa, Ludwicus de Egra, Henricus de Kirslaca sacerdotes, Goteboldus subdyaconus honorabilibus viris Theoderico, Conrado et Hermanno fratribus dictis Wrm, castellanis in Botelstete, vendidimus quatuor mansos in campis ville Libenstete pro viginti marcis examinati nobis integre persolutis; ita quod prefati emptores ac omnes eorum hereditarii successores in recognicionem juris hereditarii unum talentum cere in festo purificacionis beate virginis annis singulis nostre ecclesie ministrabunt. Promittimus eciam eosdem de prefatis mansis auctorizare, disbrigare, indempnes ab inpeticione reddere et juxta consuetudinem terre justicialiter warandare. Dantes presentem litteram nostrorum sigillorum appensionibus publice sigillatam.

Datum et actum anno domini millesimo ccc^{o}xv^{o}, xii^{o} kalendas octobris. Presentibus domino Gunthero dicto Wrm de Burgelino, Henrico de Kirslaca juvene, Gunthero de Driuorte, Henrico Sprungel, Alberto de Hettersburg, Theoderico de Botelstete, civibus Erfordensibus, et aliis fide dignis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel: 1) oval; geistlicher, vor einem bischofe kniend; umschr.: S' · IO' · P̄PT̄I · CANŌICOR' · REGLARI . . . Ī · ERFORT · 2) abgefallen.

283. *Die richter des Mainzer stuhles gebieten dem official der propstei Fritzlar und den decanen und kämmerern zu Amöneburg, Christenberg und Arfeld den deutschordensbruder Heinrich von Löwenstein, welcher dem deutschen hause zu Marburg auf offener strasse* 36 *malter getreide geraubt haben solle, falls dies sich so verhalte, öffentlich für excommunicirt zu erklären.* 1315 *sept.* 24.

Judices sancte Moguntine sedis dilectis in Cristo . . officiali prepo- 1315 sept. 24.
siture ecclesie Fritslariensis, necnon in Ameneburg, in Kesterbûrg et in Aruelden decanis et camerariis ac universis plebanis et viceplebanis per preposituram et decanatus predictos constitutis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in domino. Gravi nobis . . conmendator et fratres ordinis sancte Marie Theutonicorum domus in Marpurg conquestione monstrarunt, quod Heinricus de Lewenstein ipsorum confrater professus, proprie sue salutis inmemor, bonum obedientie contempnens, de domo ipsorum recedendo, dyabolo instigante, ipsos dei timore postposito triginta sex maldris siliginis, ordei et avene, et amplius Marpurgensis mensure in strata publica armata manu temere spoliavit, quod spolium adeo publicum et notorium asseverant, quod nulla poterit tergiversatione celari. Quocirca vobis et cuilibet vestrum, qui requisiti fueritis, sub pena suspensionis et excommunicationis districte precipiendo mandamus, quatinus, si vobis aut alteri vestrum per facti evidentiam aut per alia legittima documenta constiterit ita esse, vos extunc et quilibet vestrum prefatum Heinricum, quem excommunicamus ob hoc in hiis scriptis, excommunicatum singulis dominicis accensis candelis et pulsatis campanis in singulis vestris ecclesiis infra missarum sollempnia publice nuncietis, cessantes nichilominus et cessari facientes in eisdem vestris ecclesiis et in singulis locis aliis et parrochiis prepositure et decanatuum predictorum, in quibus prefatus frater Heinricus se receperit seu manserit aut moram traxerit, et quam diu ibi presens fuerit, ab officiis penitus divinorum, que divinorum officia propter facti hujusmodi temeritatem in locis predictis suspendimus per presentes et ea suspensa per vos et quemlibet

vestrum precipimus inviolabiliter observari usque ad satisfactionem debitam et condignam. In hiis exequendis alter alterum non respiciat vel expectet. Reddite litteras sigillatas.

Datum anno domini m°ccc°xv°, viii° kalendas octobris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Drei angehängt gewesene siegel abgefallen.

284. *Friedrich herr zu Heldrungen verspricht als lehnsherr dem deutschen hause zu Griefstedt währschaft von einer hube und zwei höfen zu Kindelbrück, welche der lehnsträger Eckard Riche dem genannten hause verkauft hat.* 1315 *oct.* 29.

1315 oct. 29. Noverint universi, quibus hoc scriptum lectum fuerit vel auditum, quod nos Fridericus dominus in Helderungen super manso et curiis seu domibus in campis et villa Kindelbruckin sito et sitis et ad ipsum mansum pertinentibus, quem et quas a nobis Eckehardus Riche noster castrensis in feodo possedit et religiosis viris fratribus domus Theutonice in Grifstete nostro ex consensu et suorum heredum voluntate vendidit et nobis libero arbitrio resignavit, proprietatem certam, plenam et securam ante nativitatem domini proximam eisdem fratribus hoc tenore firmiter promittimus ordinare. Si vero, quod absit, hujus proprietatis ordinacio ante dictum terminum procurata non fuerit a nobis, recognoscimus et promittimus, quod idem Eckehardus Riche et Th. de Rastenberc omni procul mota occasione et dispendio in Kollede obstagio subjacebunt, secundum quod jus et rigor obstagii requirit, donec predictorum bonorum, videlicet mansi et duarum curiarum, ad placitum et libitum dictorum fratrum appropriacio plena fiat, quod et iidem promittunt pariter data fide. Testes hujus rei sunt: discreti milites, nostri castrenses Herm. Rost, Herm. de Appolde, et plures fide digni. In horum igitur omnium firmitatem sigillum nostrum apposuimus huic scripto.

Datum anno domini m.ccc.xv., in crastino apostolorum Symonis et Jude.

Aus nr. 722 (736) des Marburger copialbuches in Wien.

285. 1315 *nov.* 20.

1315 nov. 20. Nos Conradus dictus Hippele, Henricus uffe me Reyne et uxor mei Henrici consensu meorum heredum accedente communicata manu vendidimus Hermanno dicto Cinke opidano Fritslariensi domum mei Henrici cum suis pertinentiis sitam in vico Hademargassen. Testes: Henricus Babist, Iwanus, Henricus Kaßeman, Gebeno suus frater, Eckehardus de

Hancforte, Henricus de Strithusen, et plures alii fide digni. Et nos Volcmarus Grebe, Henricus de Holzhem, Krafto, Lodewicus de Melsungen, Hermannus Molenere, Siffridus Sydenswanz, Wernherus de Foro, Johannes Scele, Johannes Moinsceyt et Kuno, scabini Fritslarienses, quia Henricus uffe me Reyne et sua conthoralis cum suis heredibus renunciaverunt dicte domui coram nobis, ad preces ipsorum sigillum civitatis apposuimus huic scripto.

Datum anno domini m°ccc°xv°, xii° kalendas decembris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

286. *Die Johanniter zu Weissensee verkaufen dem deutschen hause zu Griefstedt güter zu Niederrieth und Hausen sowie die fischerei in der Unstrut.* 1315 *dec.* 31.

Nos frater Burchardus commendator, frater Hermannus prior totusque conventus fratrum ordinis sancti Johannis hospitalis Jerosolemitani [1] domus in Wizense presentibus litteris lucide profitemur et ad noticiam omnium, quorum interest, cupimus pervenire, quod nos de nostri magistri licencia speciali necnon unanimi consensu confratrum nostrorum vendidimus honorabilibus ac religiosis viris commendatori et fratribus ordinis domus Theutunice in Grifstete omnia bona nostra sita in campis et villa dicta Neder Riet, exceptis bonis Henrici Vicedomini civis Erfordensis et suorum heredum, que ad nostrum ordinem ex donatione quadam in posterum devolventur, et piscariam vulgariter dictam vischweide sitam in aqua que dicitur Vnstrud, que protenditur a lacuna eorundem fratrum in Grifstete usque ad locum Angerborn, cum curia appertinenti in villa Husin sita, et aggerem qui communi nomine dicitur ein werth, situm in fluctibus aque Vnstrud infra villam Husin memoratam, item tres agros in campis ville Husin sitos, pro sexaginta et quatuor marcis puri argenti nobis integraliter persolutis cum omni jure, honore et utilitate jure proprietario perpetuo tempore possidenda. De quibus bonis omnibus et singulis prius nominatis jam dictos fratres warandamus et warandiam facimus, sicut de bonis proprii juris warandiam sive cautionem facere est consuetum. Et ne presens conventio seu contractus ab aliquibus nostris successoribus in posterum infringatur, presens scriptum desuper confectum dedimus prefatis fratribus domus in Grifstete sigillis nostris, videlicet commendatoris et conventus, firmiter communitum. Testes hujus rei sunt: magister Conradus de Graba scolasticus Dorlonensis, dominus Bertold plebanus in Scherndorph, dominus Th. plebanus in Rieth, domus in

1315 dec. 31.

1) 'iersem' orig.

Grifstete capellani; et strennui milites Theodericus dictus Meiz, Conradus de Someringen et Bertoldus de Sumerde, et quam plures alii clerici et laici fide digni.

Datum anno domini millesimo ccc°xv°, in die beati Silvestri pape, id est pridie kalendas januarii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Beide siegel rund: 1) ein fisch und darunter ein stern; umschr.: S ' · FRIS · BVRCHARD ' · D · WI ..... 2) stellt die taufe Christi durch Johannes dar; umschr.: S ·' CONVENTVS · ORDINIS · SCI · IOH ..... WIZZENSE ·

287. *Der official des propstes von st. Stephan zu Mainz beauftragt den pfarrer zu Bellnhausen, den ihm von dem deutschen hause in Marburg präsentirten und von ihm investirten geistlichen Heinrich von Michelbach in die pfarrei Hassenhausen einzuführen.* 1316 *jan.* 16.

1316 jan. 16. . . Officialis domini prepositi ecclesie sancti Stephani Moguntine . . plebano in Badelingehusen salutem in domino. Cum ad ecclesiam parrochialem [1] in villa Hossinhusen vacantem per mortem Gebelonis sacerdotis, quondam rectoris ibidem, Henricum clericum, filium Gerlaci de Michilbach, per conmendatorem et fratres ordinis Theuthonicorum domus in Marpurgc, veros dicte ecclesie patronos, nobis presentatum premissa proclamacione investiverimus, sicut et presentibus investimus, vobis mandamus, quatinus sic investitum a nobis ducatis in possessionem dicte ecclesie corporalem, facientes sibi a subditis dicte ecclesie tamquam vero rectori exhiberi reverenciam et honorem, adhibitis circa hoc sollempnitatibus debitis et consuetis.

Actum anno domini m°ccc°xvi°, xvii° kalendas februarii.

Aus orig.-perg. mit beschädigtem siegel in Marburg (deutscho.).

288. *Ritter Hiltwin von Elkerhausen genehmigt den verkauf von gütern zu dem Han an das deutsche haus zu Marburg unter vorbehalt einer ihm davon zustehenden abgabe.* 1316 *märz* 8.

1316 märz 8. Ego Hiltwinus miles de Elkirhusen per hoc scriptum recognosco publice et protestor et ad universorum noticiam cupio pervenire, me vel meos heredes nullum jus habere seu reservare in bonis sitis zu dem Han et terminis ibidem, que Henricus et Rudolfus fratres dicti Freusbechere [2] religiosis viris commendatori et fratribus domus Theotonice in Marburch

1) 'porrochialem' orig. 2) Oder 'Frensbechere'?

legitime vendiderunt, preter dimidiam metretam papaveris seu olei communis michi et meis heredibus per dictorum bonorum successores in festo beati Petri ad kathedram annis singulis census nomine persolvendam, dictamque vendicionem de mea fuisse licencia et bona voluntate, quam eciam approbo et ratifico per presentes sigilli mei munimine fideliter sigillatas.

Datum anno domini m°ccc° sextodecimo, viii° idus marcii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). In dem dreieckigen siegel, dessen rand abgebrochen ist, drei beile in der stellung ⁘

289. *Die scheffen von Fritzlar beurkunden, dass Gerlach Steyngosse dem deutschen hause bei Marburg ein viertel des frongutes zu Holzheim verkauft, und dass Gerlachs bruder der priester Volpert seine schenkung über ein weiteres viertel desselben gutes dem genannten hause erneuert habe.* 1316 *märz* 13.

Nos Henricus Kaßeman, Th. de Kirichagen, Everhardus, Th. de Sassenhusen, Henricus Papa, Conradus de Holzhem, Henricus de Waldekin, Henricus de Strithusen ceterique scabini Fritslarienses presentibus litteris publice profitemur, quod Gerlacus dictus Steyngosse consensu Elizabeth sue uxoris necnon omnium heredum suorum libero accedente vendidit suam partem bonorum sitorum in Holzhem, videlicet quartam partem allodii, quod vulgo dicitur fronegut, cum suis pertinenciis, videlicet domibus, horreis, nemoribus, silvis, pratis, pascuis vel quocunque nomine censeantur, viris religiosis dominis . . commendatori et fratribus domus Jherosolomitane prope Margburg titulo pignoris perpetuo possidendam; cui quarte parti idem Gerlacus cum suis heredibus renunciavit publice coram nobis. Sed quia Volpertus et Agnes heredes Gerlaci adhuc non habent annos discrecionis, dominus Volpertus Steyngosse et Gebeno filius Iwani se fidejussores constituerunt pro dictis pueris, quod renuncient dictis bonis, quando eorum renunciacio habet robur. Item quia dicti pueri consenserunt in vendicione prefatorum bonorum, Gerlacus Steyngosse consensu sue uxoris Elizabeth accedente assignavit et deputavit specialiter pre aliis suis pueris quatuor agros sitos juxta viam versus Werhene, quos apud Henricum de Holzhem emit, percipiendos Gerlaco defuncto. Preterea dominus Volpertus Steyngosse sacerdos suam partem prefatorum bonorum, videlicet quartam, cum suis pertinenciis universis dedit prefatis fratribus de Margburg nomine elemosine, ut quod ante annos fecerat[1]), modo confirmavit; ita quod medietas sepedictorum

1316 märz 13.

1) Vgl. nr. 36.

bonorum in usus fratrum de Margburg cedat. In quorum omnium memoriam et cautelam firmiorem nos scabini predicti, quia predicta coram nobis sunt facta, ad preces domini Volperti sacerdotis, Gerlaci sui fratris dicti Steyngosse, Elizabeth sue uxoris sigillum civitatis apposuimus huic scripto.

Datum anno domini m°ccc°xvi°, iii° idus marcii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

290. *Agnes von Nürnberg, geborene landgräfin von Hessen, schenkt dem deutschen hause bei Marburg eine hörige in Seelheim.* 1316 *apr.* 26.

1316 apr. 26. Nos domina Agnes dicta de Nurenberg, quondam illustris principis domini Henrici lantgravii terre Hassie filia, tenore presencium recognoscimus et publice profitemur, quod Metzam filiam Abe, que nunc est in servicio domini Jacobi sacerdotis in Selhem, nobis attinentem titulo servitutis, religiosis viris . . conmendatori et fratribus domus Teuthonice prope Marpurg cum omni jure, condicione ac servitute, qua nobis hucusque fuerat obligata, ob reverenciam gloriose virginis Marie et beate Elyzabet rato et irrevocabili dono inter vivos donavimus et donamus. In cujus donacionis testimonium predictis . . conmendatori et fratribus presentemlitteram dedimus nostri sigilli munimine roboratam.

Datum anno domini m°ccc°xvi°, vi. kalendas maji.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Auf dem zerbrochenen runden siegel Maria mit dem kinde, zur seite S. Elisabeth, darunter eine betende frauengestalt; umschr. zerstört.

291. *Kuno von Haiger canonicus zu Wetzlar erklärt, dass eine zwischen seinem hofe und dem des deutschen hauses zu Wetzlar befindliche wand ihnen beiden gemeinsam gehören soll.* 1316 *mai.*

1316 mai. Ego Cůno de Heygere canonicus ecclesie Wetflariensis tenore presencium recognosco publice et protestor, quod paries inter curiam meam claustralem, quam inhabito, et curiam . . commendatoris et fratrum domus Theotonice infra Wetflariam juxta domum Methildis dicte Dyetheren in medio constructus ad curiam meam et ad . . commendatorem et fratres predictos debet eternaliter pertinere jure coequali; sic sane, si ipsos aliquod edificium in eo construere contingerit, hoc facere possunt et debent licite, quandocunque et quocienscunque necesse habuerint, pro sua libera voluntate; dum tamen stillicidia seu fenestre an perspectacula ipsius edificii ad ipsam meam curiam [non] vertantur aliquatenus ultra quam

de jure fieri est consuetum. In cujus rei testimonium et robur dedi sibi presentes litteras sub sigillo honorabilis viri domini Heydenrici decani ecclesie Wetflariensis predicte meis precibus firmiter communitas. Quod et nos . . decanus jamdictus verum esse profitemur et ad rogatum dicti Cûnonis nostri concanonici sigillum nostrum appendisse presentibus in signum veritatis premissorum.

Datum anno domini m°ccc° sextodecimo, mense majo.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

292. *Bürgermeister und scheffen zu Fritzlar beurkunden die verzichtleistung der eheleute Volpert Scindeleip und Alheid hinsichtlich ihrer ansprüche auf den hof des Marburger deutschordenshauses zu Fritzlar.* 1316 *mai* 25.

Nos Henricus Kacceman, de Kirhagyn[1] proconsules, magister Ebirhardus, Theodericus de Saxenhûsen, Conradus de Holzheim, Hermannus de Lemegowe, Henricus de Waldekyn, Heinricus de Ritte, Hermannus de Kirperc, scabini Friczslarienses, presentibus litteris publice profitemur, quod Volpertus dictus Scindeleip et Alhedis sua uxor, nostri concives, una cum suis heredibus Johanne et Guda in nostri presencia constituti renunciaverunt simpliciter et precise[2] omni questioni seu actioni, si quam haberent vel habere possent contra honestos viros dominos conmendatorem et fratres de Marthpûrg seu provisorem curie Friczslariensis dictorum dominorum racione cujusdam partis curie, in qua Volpertus se habere jus dicebat, cui juri simpliciter renunciaverunt. In cujus renunciacionis memoriam ad preces Volperti et suorum heredum predictorum sigillum civitatis apposuimus huic scripto. 1316 mai 25.

Datum die Urbani, anno domini m.ccc.xvi.

Aus nr. 317 (322) des Marburger copialbuches in Wien.

293. *Bischof Ludwig von Münster und seine schwester Agnes von Nürnberg beurkunden, dass der frühere Marburger bürger Albert Weckebrot und seine ehefrau sich und ihre habe dem deutschen hause in Marburg übergeben haben, und entlassen dieselben aus ihrem dienstverhältniss.* 1316 *jun.* 2.

Nos Ludewicus dei gracia Monasteriensis ecclesie episcopus una cum dilecta sorore nostra domina Agnete de Nurenberg tenore presencium recognoscimus et constare volumus universis, quod Albertus dictus Wecke- 1316 jun. 2.

1) So im copialbuch; Dietrich von Kirchhain ist gemeint. 2) 'prescise' copialbuch.

brot quondam civis in Marpurg et Cůnegundis uxor sua legitima in nostra presencia constituti dederunt nobis consencientibus et annuentibus de bono nostro consensu donacione inter vivos personas suas et res tam mobiles quam inmobiles sive bona eorum mobilia ac inmobilia, que nunc habent vel habere poterunt in futurum, dederunt inquam religiosis viris . . conmendatori et fratribus ordinis sancte Marie Teuthonicorum domus in Marpurg ob reverenciam gloriose virginis Marie et beate Elyzabet in animarum suarum remedium et salutem, renunciantes simpliciter coram nobis omni ordinacioni seu inmutacioni, quam vel quas circa dictas res suas et personas possent jam in presenti vel vellent facere in futurum. Recognoscimus eciam per presentes, quod easdem personas et res sive bona eorum damus liberas et solutas et facimus prorsus exemptas ab omni genere servitutis, ita quod nec nobis nec alicui alii ad aliqua servicia alia penitus sint astricti. In cujus rei testimonium tam ipsis, scilicet Alberto et Cůnegundi uxori sue, quam eciam ipsis conmendatori et fratribus jam predictis presentem litteram damus et dedimus nostrorum sigillorum muniminibus firmiter roboratam. Nos quoque Albertus et Cůnegundis conjuges prelibati sub sigillis predictorum, scilicet domini nostri episcopi Monasteriensis et domine nostre Agnetis, recognoscimus ipsam donacionem nostram per nos tam rite factam in omnibus esse veram, ut superius est premissum.

Datum anno domini m°ccc°xvi°, vi° nonas junii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Beide siegel sehr verletzt.

294. *Landgraf Otto von Hessen bestätigt dem deutschen hause bei Marburg die schenkung seiner schwester Agnes von Nürnberg über verschiedene gebäude zu Marburg und am fusse des berges Lützelburg daselbst.* 1316 *jun.* 10.

1316 jun. 10. Nos Otto dei gracia lantgravius, terre Hassie dominus, una cum dilecta conthorali nostra domina Alhedi eadem gracia lantgravia ad universorum noticiam pervenire volumus et presentibus publice protestamur, quod cum dilecta soror nostra domina Agnes dicta de Nůrenberg ob honorem dei et gloriose matrone beate Elyzabet structuras factas et edificia constructa non solum suis, inmo pro maxima parte fratrum domus Teuthonice prope Marpurg laboribus pariter et expensis, ut liquide nobis constat, scilicet tam in area ipsorum fratrum quam eciam extra muros eorum muro circumdata, necnon et edificia facta in pede montis dicti Luzelnburg qualiacunque, ipsis fratribus donaverit donacione eciam inter vivos, et hoc de consensu et voluntate libera venerabilis fratris nostri et

domini Monasterii [1]) ecclesie episcopi, prout in litteris super eo confectis et ipsis fratribus datis expressius continetur [2]), et licet explorati juris existat, ut omne, quod plantatur, seritur vel inedificatur, totum solo cedat, volentes tamen calumpniancium maliciis et perversorum astuciis non solum obviare, set ex habundanti beneficio, que recte et rite facta sunt, plenius confirmare, cum superflua non vicient, set robur conferant firmitati, ob hoc siquidem predictas structuras et edificia ipsis fratribus data vel datas volentes et permittentes tam sincera voluntate quam jure et permitti volentes tam a nobis quam a nostris heredibus et successoribus, ut ipsi fratres predictas structuras et edificia teneant et possideant sine qualibet inpeticione nostra vel nostrorum heredum vel successorum perpetuis temporibus pacifice et quiete, inmo et nos donamus ipsis fratribus et transferimus quidquid prorsus juris habemus vel habere poterimus in eisdem et cessavimus ab omni actione, si qua nobis posset competere in dictis edificiis, et cessare volumus nunc et semper. In cujus rei testimonium et ad stabilem observanciam predictorum ipsis fratribus presens scriptum dedimus nostrorum sigillorum muniminibus et universitatis civium in Marburg, quod ad stabiliorem observanciam omnium predictorum apponi rogavimus, firmiter roboratum. Et nos scabini et universitas civium in Marpurg recognoscimus ad preces predicti domini lantgravii et domine nostre Alhedis conthoralis sue sigillum nostrum una cum eorum sigillis presentibus apposuisse in testimonium omnium premissorum. Hujus eciam testes sunt: Guntramus advocatus, Johannes de Dernbach, Wigandus de Sygehartshusen, Crafto dictus Rode, milites; Ludewicus ex Curia, Arnoldus de Gambach, Rukelo Angeli, Hartungus Bruningi, Ludewicus Dens, Ernestus, Conradus de Bydenkap, Albertus ex Curia, Henkelo Wigelonis, Syfridus de Bydenkap, scabini, et quam plures alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc°xvi°, iiii° idus junii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel: 1) rundes reitersiegel des landgrafen, auf schild und pferdedecke der aufgerichtete gekrönte löwe; umschr.: S ' · OTTONIS · DEI · GRACIA · LANTGRA . . . . . MINI · TERRE · HASSIE · Im schild des runden rücksiegels ein aufgerichteter gekrönter löwe; umschr.: SEC̄ · OTTONIS · PRONEPOTIS · B̄TE · ELYZABETH · 2) rundes reitersiegel der landgräfin, sehr beschädigt. 3) abgefallen.

295. *Das deutsche haus bei Marburg verpachtet dem geistlichen Ernst Ratgebe und seinen angehörigen güter zu Munzenbach.*

1316 *aug.* 11.

Nos frater Reynbodo conmendator ceterique fratres domus Teuthonice prope Marpurg ad universorum notitiam cupimus pervenire et con- 1316 aug. 11.

1) So im orig. 2) Nr. 275.

stare volumus universis, quod concessimus et locavimus domino Ernesto dicto Ratgeben clerico sueque matri Heydendrudi ac pueris ejusdem utriusque sexus bona nostra sita in villa Münzenbach et in terminis ville ejusdem, que quondam fuerunt nostri confratris dicti de Blasbach, ac alia bona, que ad nos ex parte Benigne beckine, eorum matertere, in reconpensam bonorum ab ordine receptorum et in salutem anime sue et suorum progenitorum fuerant devoluta, concessimus inquam predictis pro annuo censu, videlicet pro triginta et duobus solidis denariorum Coloniensium, tribus Hellensibus seu duobus Wedrebiensibus pro nummo conputatis, nobis in festo beati Martini hyemalis annis singulis persolvendis, sibi ac ipsorum heredibus universis jure hereditario in perpetuum possidenda; ita scilicet, si, quod absit, predictum censum non solverint in termino prenotato, extunc emendam solvant et facere tenerentur tamquam pro censu neglecto in jurisdictione Herbermarke debitam et consuetam; nec quicquam a dictis bonis alienare debent sive vendendo vel obligando absque nostro scitu, licentia et favore. Excipimus et excepimus expresse in hiis scriptis bona sita in Treysbach, in quibus sibi nullum jus usurpabunt penitus nec habebunt, set quod ea nostris usibus volumus reservare. Nos vero Ernestus materque mea ac pueri ejusdem supradicti recognoscimus dicta bona a dicto conmendatore et fratribus domus predicte nos pro dicto censu, sicut prescriptum est, verius recepisse, et astringimus nos publice per presentes, si, quod absit, dictum censum in dicto termino non solveremus expedite, quod dicte emende seu satisfactioni deberemus subjacere.

Acta sunt hec presentibus Conrado dicto Zunzil, Gerlaco dicto Gulle, Heynemanno dicto Kornengel, Conrado Bacman, scabinis in Herberin, Emmerichone de Cranichensten, Heynemanno de Foro Kaseorum, Conrado sculteto in Herberin, ac aliis quam pluribus fide dignis. In cujus rei robur et evidentiam ampliorem sigillum opidi in Herberen ad rogatum memoratarum partium, videlicet conmendatoris et fratrum, Ernesti, Heydendrudis et puerorum ejusdem presentibus est apensum.

Datum anno domini m°ccc°xvi°, in crastino beati Laurencii martiris.

Aus orig.-perg. in Wiesbaden (Dillenburger archiv). Siegel etwas beschädigt.

296. *Die richter des Mainzer stuhles gebieten dem pfarrer zu Löwenstein und den übrigen pfarrern der propsteien von Fritzlar und st. Stephan zu Mainz, den edelknecht Werner von Westerburg aufzufordern, die dem deutschen hause zu Marburg geraubten gegenstände zurückzugeben und die gefangenen frei zu lassen, oder sich am 17. september vor ihnen, den richtern, zu rechtfertigen.* 1316 *aug.* 31.

1316 aug. 31. Judices sancte Moguntine sedis . . plebano in Lewenstein ceterisque

plebanis seu viceplebanis per preposituras ecclesie Fritslariensis et sancti Stephani Moguntine constitutis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in domino. Conquesti sunt nobis religiosi viri commendator et fratres ordinis sancte Marie Theutonicorum domus in Marpůrg, quod Wernherus de Westerbůrg armiger et sui complices in hac parte ipsos dei timore postposito quadam quantitate frumenti, equis, pecoribus et rebus aliis temere spoliarunt ac homines et colonos ipsorum captivando ab eis certam pecunie quantitatem extorserunt, que spolium, captivacionem et extorsionem notoria asseverant. Quocirca vobis et cuilibet vestrum, qui requisiti fueritis, sub pena suspensionis districte precipiendo mandamus, quatenus prefatum Wernherum et ejus complices diligenter et publice moneatis, ut infra octo dies post vestram monicionem res ablatas restituant universas spoliatis, captivos dimittant liberos et indempnes cum satisfactione debita et condigna vel saltem feria sexta proxima ante diem beati Mathei apostoli compareant coram nobis, proposituri contra objecta eis spolium, captivacionem et extorsionem hujusmodi quidquid ipsis competierit proponendum. Alioquin ipsorum absencia non obstante admittemus ad probandum . . commendatorem et fratres predictos spoliacionem, captivacionem et extorsionem notorias supradictas. Quibus probatis contra dictum Wernherum et ejus complices procedemus, secundum quod statuta sacri concilii Moguntini contra spoliatores ecclesiasticarum personarum edita statuerunt. Reddite litteras sigillatas.

Datum anno domini m°ccc°xvi°, ii° kalendas septembris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Beide siegel abgefallen. Auf der rückseite steht von gleichzeitiger hand: 'Comissa est exa^{d}. testium in pi. sr. reo*rum* pleb*anorum* in Vronhusen et report*ur* f. a *secunda* post Omnium sanctorum[1]). Act*um* xvii. kalendas octobris'[2]).

297. *Hermann Schirlic von Eylon verkauft dem deutschen hause bei Marburg äcker in dem Hain.* 1316 *sept.* 9.

1316 sept. 9.

Noverint universi presencium inspectores, quod ego Hermannus dictus Shirlic de Eylon una cum filio meo Conrado et Methildi uxore sua legittima necnon et Conrado filio eorundem vendidimus conmunicata manu honestis et religiosis viris . . conmendatori et fratribus domus Theuthonice prope Marthpurg omnia bona nostra sive agros nostros sitos in loco, qui[3]) vulgariter dicitur in deme Heyn, cum pertinenciis eorundem, quocumque eciam nomine censeantur, proprietatis titulo in perpetuum possidendos, vendidimus inquam pro undecim marcis et dimidia nobis plenarie persolutis, et hoc de consensu domicelli nostri Friderici de Kals-

1) Nov. 8. 2) Sept. 15. 3) 'que' copialbuch.

mûnt[1]) et sui filii Friderici; quod et ego Fridericus cum predicto filio meo Fri. recognoscimus esse verum, dantes presentes litteras ego et filius una cum vendentibus et ad eorum preces mei sigilli munimine roboratas. Testes hujus sunt: Lodewicus ex Curia, Rukelo Angeli, Ernestus, scabini in Marthpurg; Henricus Elenhogere, Lodewicus dictus Golderûn, Fridericus filius piscatoris, et quam plures alii fide digni.

Datum anno domini m.ccc.xvi., feria quinta infra nativitatem beate Marie virginis.

Aus nr. 46 des Marburger copialbuches in Wien.

298. *Papst Johann XXII. beauftragt den scholaster zu Wetzlar, die von dem deutschen hause zu Marburg veräusserten güter wieder an dasselbe zu bringen. Avignon* 1316 *oct.* 29.

1316 oct. 29. Johannes episcopus servus servorum dei dilecto filio . . scolastico ecclesie Wetflariensis Treuerensis dyocesis salutem et apostolicam benedictionem. Ad audienciam nostram pervenit, quod tam dilecti filii . . conmendator et fratres domus sancte Marie Teuthonicorum Jerosolimitane in Marpurg Moguntine diocesis quam predecessores eorum decimas, terras, domos, vineas, nemora, molendina, pascua, possessiones, redditus, jura, jurisdictiones et quedam alia bona ipsius domus datis super hoc litteris, interpositis juramentis, factis renunciacionibus et penis adjectis in gravem ejusdem domus lesionem nonnullis clericis et laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus et aliis perpetuo ad firmam vel sub censu annuo concesserunt, quorum aliqui litteras confirmacionis in forma communi super hiis a sede apostolica impetrasse dicuntur. Quia vero nostra interest super hoc de oportuno remedio providere, discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ea, que de bonis ipsius domus per concessiones hujusmodi alienata inveneris illicite vel distracta, non obstantibus instrumentis, litteris, juramentis, renunciacionibus, penis et confirmacionibus supradictis ad jus et proprietatem ejusdem domus studeas legitime revocare, contradictores per censuram ecclesiasticam appellacione postposita conpescendo. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, censura simili appellacione cessante compellas veritati testimonium perhibere.

Datum Auinione, iiii. kalendas novembris, pontificatus nostri anno primo.

Aus gleichzeitigem transsumpt des decans zu Amöneburg auf perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

1) 'Kalsmût' copialbuch.

299. *Papst Johann XXII. beauftragt den decan zu Bonn, dem deutschen hause in Marburg unrechtmässig veräusserte güter wieder zu verschaffen. Avignon* 1316 *oct.* 29.

Johannes episcopus servus servorum dei dilecto filio decano ecclesie Bunnensis Coloniensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Dilectorum filiorum commendatoris et fratrum hospitalis sancte Marie Teotonicorum Jerosolimitani in Marpurg Maguntine diocesis precibus inclinati presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus ea, que de bonis ipsius hospitalis alienata inveneris illicite vel distracta, ad jus et proprietatem ejusdem hospitalis legitime revocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. 1316 oct. 29.

Datum Auinionis, iiii. kalendas novembris, pontificatus nostri anno primo.

Aus einer ende des XVIII. jahrh. vom ordensarchivar Lachenwitz nach dem orig. gefertigten abschr. in Marburg (deutscho.).

300. *Die Johanniter zu Hangenweisheim verkaufen ihre güter zu Oberflörsheim dem deutschen hause daselbst. Worms* 1316 *nov.* 5.

Noverint universi litterarum presencium inspectores vel auditores, quorum interest vel poterit interesse, quod nos frater Phillippus de Hohenvels conmendator, frater Jacobus prior et fratres ordinis hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani domus in Wißen Wormaciensis diocesis diversis debitorum oneribus pregravati et deliberacione super hujusmodi debitorum oneribus relevandis penes nos prehabita diligenti et sepius convenientes in unum et habentes super hoc ad invicem tractatum diligentem et sollertem pro nostra et dicte domus nostre necessitate et utilitate evidenti, tandemque, cum nullam viam nobis et domui nostre predicte pro hujusmodi debitorum oneribus relevandis saniorem et utiliorem potuerimus invenire quam per infra scriptum vendicionis contractum, nos provida super hoc deliberacione prehabita, pari consensu et unanimi voluntate, propter nostram et dicte domus nostre urgentem necessitatem et utilitatem evidentem dedimus et vendidimus seu justo vendicionis titulo vendimus per presentes universa et singula bona nostra inmobilia, quesita et inquisita, que jam habemus seu possidemus, sita in villa superiori Flersheim et terminis ibidem, quibuscumque modis vel nominibus nuncupantur, necnon curiam, quam inhabitat in dicta villa Henricus miles 1316 nov. 5.

de Morsphach, cedendam nobis post mortem ipsius Henrici et Agnetis uxoris sue legittime, religiosis viris conmendatori et fratribus ordinis Theutonicorum domus in superiori Flersheim ejusdem diocesis Wormaciensis ementibus et recipientibus pro se et suis successoribus et domo sua predicta pro quingentis libris hallensium et decem et octo libris hallensium legalium et bonorum, quam pecuniam nos conmendator, prior et fratres ejusdem domus in Wißen predicti confitemur nos nostro et ipsius domus nostre Wißen nomine ab eisdem conmendatore et fratribus ordinis Theutonicorum domus in Flersheim predicte recepisse nobisque numeratam esse, traditam et plenarie persolutam ac in nostros et dicte domus nostre in Wißen usus et utilitates necessarios fore conversam, et excepcioni non numerate pecunie, non tradite nobis, non recepte vel non solute et in usus nostros et dicte domus nostre Wißen necessarios non converse renunciantes expresse, damus et libere tradimus eisdem conmendatori et fratribus Theutonicorum domus in Flersheim recipientibus pro se et successoribus suis ac domo eorundem predictam liberam et vacuam possessionem bonorum predictorum, et transferentes in eosdem conmendatorem et fratres ordinis Theutonicorum domus predicte omne dominium et jus, ut actenus nobis qualitercumque competebat[1] in bonis eisdem, pure, simpliciter et in totum, ac confitentes expresse nos dicta bona in judicio seculari dicte ville Flersheim coram sculteto et hubariis ibidem in manus predictorum conmendatoris et fratrum domus in Flersheim expresse et publice resignasse, prout moris et consuetudinis ibidem existit, necnon renunciantes publice pro nobis et nostris successoribus ac dicta domo nostra Wißen excepcioni doli mali, in factum actioni, condictioni indebiti, sine causa et ex injusta causa, privilegio fori et omni privilegio, beneficio, quo deceptis ultra dimidium justi precii subvenitur, ac omnibus et singulis litteris apostolicis et graciis qualitercumque nobis concessis vel in posterum concedendis, omni appellacionis remedio et indulto et specialiter litteris ea que[2] de bonis in minori forma et majori, ac juri dicendi generalem renunciacionem non valere aliisque omnibus et singulis excepcionibus et allegacionibus juris et facti tam canonici quam civilis, que contra presentem vendicionis contractum per nos vel successores nostros aliqua arte vel ingenio quomodocumque posset obici vel opponi. Et ut iidem conmendator et fratres ordinis Theutonicorum domus in Flersheim predicte de possessione bonorum predictorum libere et quiete adipiscenda et habenda modo predicto certi et securi existant, nos conmendator, prior et fratres domus in Wißen predicti promit-

1) ‘competenciam’ copialbuch.

2) So im copialbuch.

timus eisdem conmendatori et fratribus domus in Flersheim bona fide sollempniter stipulando efficere et procurare, quod magister superior nostri ordinis per Almaniam predictum vendicionis contractum juxta omnem sui formam ratum et gratum tenebit, approbabit ipsumque inviolabiliter observabit ac in signum ratihabicionis et approbacionis contractus hujusmodi a festo beati Martini episcopi proxime affuturo ad annum deinde inmediate conputandum litteras suas patentes et sigillo suo sigillatas dabit et sine protractione qualibet assignabit conmendatori et fratribus in Flersheim prenotatis [1]). Alioquin volumus et eligimus, quod fidejussores nostri positi et obligati eisdem conmendatori et fratribus de Flersheim pro warandia debita dictorum bonorum facienda in Cella fidejussionis debitum more fidejussorio exolvant, ibidem more fidejussorie comedendo tam diu, donec hujusmodi littera superioris nostri prefatis religiosis in Flersheim fuerit per nos ydonee tradita et assignata. In quorum omnium testimonium nos conmendator et fratres domus in Wißen predicte sigilla nostra duximus litteris presentibus appendenda, rogantes nichilominus honorabiles viros dominos judices curie Wormaciensis, ut in evidenciam omnium premissorum majorem sigillum suum presentibus appendant. Et nos judices curie Wormaciensis predicti recognoscimus premissa omnia et singula coram nobis in modum prescriptum rite et racionabiliter acta et facta fuisse nosque ad preces predictorum conmendatoris, prioris et fratrum domus in Wißen nobis factas sigillum dicte curie presentibus appendisse.

Actum et datum Wormacie, anno domini m.ccc.xvi., feria sexta proxima post festum omnium sanctorum. Presentibus discretis viris fratre Otthone plebano in superiori Flersheim ordinis Theutonicorum, Symone tunc sculteto ibidem, Henrico filio Henrici schulteti et Henlino fratre Symonis predicti aliisque pluribus personis fide dignis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Aus nr. 558 (567) des Marburger copialbuches in Wien.

301. *Benedicta wittwe des ritters Gottfried von Naunheim und ihre söhne Heinrich und Johann setzen das deutsche haus bei Marburg an stelle ihres in den orden getretenen sohnes und bruders Gottfried zum miterben ihrer güter ein.* 1316 *nov.* 12.

Nos scabini Wetflarienses tenore presencium notum facimus universis publice protestantes, quod in nostra constituti presencia honesta matrona domina Benedicta, relicta quondam Godefridi militis de Nûnhem, Hen- 1316 nov. 12.

1) Es geschah durch nr. 304.

ricus et Johannes ejus filii, sani mente et corpore, elegerunt, constituerunt et ordinaverunt concorditer et unanimi voluntate religiosos viros . . commendatorem et fratres domus Theotonice apud Marpurch dyocesis Moguntine in omnibus bonis suis ubicunque locorum sitis et quocunque nuncupentur nomine suos veros et legitimos coheredes ipsosque heredi- tabant simpliciter et expresse ex parte, racione et nomine ac loco fratris Gotfridi filii et fratris sui, confratris religiosorum prefatorum; sic sane, ut ipsi . . commendator et fratres exnunc in instanti quartam partem omnium bonorum suorum deberent solute et libere possidere, ac post obitum predicte domine Benedicte matris predictorum religiosi supradicti succedere debent sibi in omnibus bonis suis tamquam alii sui coheredes seu alter ipsorum absque ulla occasione, cum ipsis seu eorum altero faciendo divisionem hereditariam veram et legitimam proporcionaliter coequalem. In cujus rei testimonium et robur perpetuum presentes litteras sigillo nostre civitatis Wetflariensis predicte ad rogatum domine Benedicte, Henrici et Johannis predictorum fecimus firmiter perhennari.

Actum presentibus Hermanno dicto Selige, Hartrado de Herlisheim, scabinis, et aliis pluribus fide dignis, anno domini m°ccc° sextodecimo, in crastino beati Martini episcopi.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel zerbrochen.

302. *Der statthalter des Johannitermeisters in Deutschland genehmigt den verkauf von gütern zu Rieth von seiten der Johanniter zu Weissensee an das deutsche haus zu Griefstedt.* 1316 *nov.* 25.

1316 nov. 25. Nos frater Paulus gerens vices magistri generalis per totam Alemaniam omnibus, ad quos presentes littere pervenerint, maxime autem quorum interest cupimus fore notum, quod dilecti nobis confratres nostri frater Burchardus conmendator et frater Hermannus prior totusque conventus ordinis sancti Johannis hospitalis Jerosolimitani domus in Wißinse pro relevacione[1] debitorum suorum quedam bona sita in campis ville dicte Ryet ac in quibusdam aliis locis, sicut in litteris predicti conventus plenarie est expressum[2], honorabilibus ac religiosis viris[3] conmendatori et fratribus domus ordinis Theutonicorum domus in Grifstete vendiderunt de nostro consensu et licencia speciali, quam vendicionem legittime factam esse recognoscimus et approbamus et auctoritate nobis conmissa confirmamus perpetuis temporibus duraturam per presentes litteras sigilli nostri munimine roboratas.

Datum anno domini m.ccc.xvi., in die beate virginis Katherine, hoc est vii. kalendas decembris.

Aus nr. 776 (790) des Marburger copialbuches in Wien.

1) 'reuelacione' copialbuch. 2) Nr. 286. 3) 'viri' copialbuch.

303. *Johann und Heinrich söhne des verstorbenen ritters Gottfried Lösch von Naunheim verkaufen dem deutschen hause bei Marburg acht malter korn jährlich von ihrem hofe zu Naunheim.* 1316 *dec.* 20.

1316 dec. 20.

Universis presens scriptum visuris et audituris nos Johannes et Henricus germani, filii quondam Godefridi dicti Lesse militis de Nûnhem, notum esse cupimus publice profitendo, quod consensu mutuo ac de voluntate Benedicte matris et domine nostre vendidimus et vendimus juste vendicionis tytulo per presentes religiosis et honestis viris dominis . . conmendatori et fratribus domus Theotonice apud Marpurg Moguntine dyocesis octo maldra siliginis Wetflariensis mensure annue perpetue pensionis ex tota parte nostra curtis nostre in Nunhem et ex omnibus bonis ad ipsam spectantibus, quocunque nomine nuncupentur, sibi in domum suam infra Wetflariam circa festum beati Bartolomei apostoli sub nostris expensis, periculis et laboribus annuatim pensionis nomine non obstante casu vel eventu quolibet presentanda pro certa summa pecunie nobis tradite et pagate. In cujus rei testimonium et robur perpetuum dedimus sibi presentes litteras sigillo castrensium in Kalsmunt nostris et domine et matris nostre predicte precibus firmiter communitas. Hujus vendicionis testes sunt: Godfridus et Henricus fratres milites in Kalsmunt, Hermannus Selege et Johannes Beyger, scabini Wetflarienses, et alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc°xvi°, in vigilia beati Thome apostoli.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

304. *Der statthalter des generalvisitators des Johanniterordens diesseits der Alpen genehmigt den verkauf des alten und des neuen hofes zu Flörsheim an das deutsche haus daselbst von seiten der Johanniter zu Hangenweisheim.* 1316 *dec.* 22.

1316 dec. 22.

Nos frater Hilphricus de Rudinkeim gerens vices per Alimaniam reverendi viri fratris Leonardi de Thibertis generalis visitatoris in cismontanis partibus tenore presencium recognoscimus et ad universorum noticiam cupimus pervenire, nos ratificasse vendicionem bonorum, videlicet antique et nove curiarum cum earum pertinenciis a fratre Phillippo de Hoinfels conmendatore in Wißen . . conmendatori domus Theutonice necnon fratribus in Flersheim factam ibidem, immo eciam presentibus ratificamus sub testimonio sigilli nostri, quod apposuimus huic scripto.

Datum anno domini m.ccc.xvi., in crastino beati Thome apostoli.

Aus nr. 559 (568) des Marburger copialbuches in Wien. Gedr.: Gudenus Codex 4, 1019. Hennes 2, 343 nr. 397.

305. *Das deutsche haus bei Marburg beurkundet, dass ihm Mechtild dienerin der burggräfin Agnes von Nürnberg gewisse einkünfte zu Stausebach vermacht hat, wofür nach ihrem tode ihr jahrgedächtniss gefeiert werden soll.* 1317 *jan.* 1 (3?).

1317 jan. 1 (3?). Nos frater Reymbado conmendator ceterique fratres domus Teuthonice prope Marpurg recognoscimus litteras per presentes, quod domicella Methildis ingenua [1]) domine de Nůrenberg ob remedium anime sue duo maldra siliginis et unum maldrum avene, unam aucam et unum pullum, sex denariatas panis in bonis sitis in Stuzenbach, que colit Wigandus dictus Můthere, justo empcionis tytulo suis denariis conparavit, ita scilicet, ut ipsos fructus percipiat integraliter ad tempora vite sue; set postquam diem clauserit extremum, extunc in anniversario ipsius dicti fructus fratribus nostris cedant nomine pyctancie. Quem anniversarium peragere debemus annis singulis cum vigiliis et missis et aliis operibus caritatis; hoc solo excepto, quod de predictis redditibus provisor pyctanciarum, qui pro tempore fuerit, infirmis in hospitali degentibus quinque solidos denariorum in ejusdem domicelle anniversario in festo beati Martini annis singulis amministret. Et ut hec ordinacio stabilis perseveret, presentem litteram prefate domicelle dedimus nostri sigilli munimine, quo uti consuevimus, roboratam. Hujus testes sunt: frater Syfridus prior, frater Rödolphus Rausten, frater Guntramus viceconmendator, frater Gobelo de Stedebach, frater Conradus de Folda traperarius, frater Kůnkelo Theolonearii [2]), et quam plures fratres alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc°xvii°, v° nonas januarii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Auf der rückseite steht von der hand bruder Konrads: 'Donacio . . . . . , quam fecit Mechtildis famula domine de Nurinberg'. Siegel abgefallen. Gedr.: v. Stillfried u. Märcker Monum. Zoller. 2, 334 nr. 519.

306. *Die richter des Mainzer stuhles gebieten dem official der propstei Fritzlar und dem pfarrer zu Löwenstein, die wegen unterstützung des gebannten deutschordensbruders Heinrich von Löwenstein bereits excommunicirten Heinrich von Schweinsberg canonicus zu Fritzlar, Werner von Westerburg und den . . genannt Löwenstein, sohn Hermanns von Romrod, burgmannen zu Löwenstein und Itter, wegen fortgesetzten ungehorsams allsonntäglich öffentlich für excommunicirt zu erklären.* 1317 *jan.* 20.

1317 jan. 20. Judices sancte Moguntine sedis discretis viris . . officiali prepositure

1) 'ingenue' orig.; hier anscheinend in der bedeutung: freigeborene dienerin.

2) 'Theol' orig.

ecclesie Fritslariensis et . . plebano in Lewenstein ceterisque plebanis et viceplebanis per Moguntinam dyocesim constitutis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in domino. Cum nos jam dudum Heinricum de Sweinsberg canonicum ecclesie Fritslariensis, Wernherum de Westerburg et . . dictum Lewenstein filium quondam Hermanni de Rumerode, castrenses in Lewenstein et in Itere, jam dudum excommunicaverimus et excommunicatos mandaverimus singulis diebus dominicis accensis candelis et pulsatis campanis publice nunciari et in tantum contra ipsos processerimus, quod inhibuimus omnibus Cristi fidelibus, ne quis ipsis communicaret verbo vel opere quovis modo, pro eo quod ipsi Heinricum de Lewenstein fratrem ordinis Theutonici domus in Marpurg excommunicatum et interdictum ad instantiam . . comendatoris et fratrum domus predicte in Marpurg pro spolio notorio in suis castris et munitionibus tamquam ejusdem forefacti participes et fautores recipiunt, prestando sibi auxilium et juvamen, hujusmodi excommunicationis sententiam animis sustinent induratis in sue salutis dispendium et scandalum plurimorum, nos volentes predictas sententias juvare, vobis et cuilibet vestrum, qui requisiti fueritis, sub pena suspensionis officii vestri et sub debito obedientie districte precipiendo mandamus, quatinus prefatos Heinricum, Wernherum et . . dictum Lewenstein excommunicatos juxta tenorem priorum nostrarum litterarum vobis directarum publice nuncietis et sententias nostras tam contra ipsos quam etiam contra fratrem Heinricum de Lewenstein supradictum prolatas publicetis singulis diebus dominicis et eas observari firmiter faciatis. In hiis exequendis alter alterum non respiciat vel expectet. Reddite litteras sigillatas vestris sigillis.

• Datum anno domini m°ccc°xvii°, xiii° kalendas februarii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Drei angehängt gewesene siegel abgefallen.

307. *Der edelknecht Gumpert Hobeherr verkauft dem deutschen hause bei Marburg einkünfte zu Heskem und Seelheim.* 1317 *febr.* 2.

Ego Gumpertus armiger, filius quondam Gumperti militis dicti in Curia, et ego Cristina conjuges recognoscimus et ad universorum noticiam cupimus pervenire, quod sana mente et corpore constituti, matura deliberacione et amicorum nostrorum consilio prehabitis, de bona nostra voluntate communicataque manu vendidimus vendicione simplici et legittima justoque vendicionis tytulo unum dimidium maldrum siliginis annue pensionis nuncupatum brachkorn, unum solidum denariorum dictum lemmerbede et duos pullos carnispreviales, tres denarios census an- 1317 febr. 2.

nui cum dimidio pullo carnispreviali, que omnia habuimus in bonis sitis in villa Heystenkem, que nuncupantur des[1] ungesentte hube; item tres denarios annui census et unum pullum carnisprevialem, quos habuimus in quodam agro sito in villa Selhem, quem possidet Henricus dictus Stuzenbechere, viris religiosis domino . . commendatori ceterisque fratribus domus Theotonice apud Marpurg pro quinque marcis et septem solidis Aquensium denariorum nobis numeratis et solutis conplete jure proprietario ad habenda omnia et singula prenotata et possidenda cum omni felicitate perpetue, pacifice et quiete; transferentesque in ipsos plenum dominium, veram possessionem cum tenuta predictorum bonorum, prout ad nos spectabant et spectare videbantur jure de communi. Renunciamus quoque et renunciasse nos profitemur precise et publice in hiis scriptis de omnibus prenotatis necnon de universis actionibus, questionibus et exceptionibus juris canonici et civilis, que nobis in predictis bonis nobis[2] nunc conpetunt et heredibus in posterum conpetere poterunt ullo modo, penitus nichil juris nobis nostris heredibusve in predictis bonis aliqualiter reservantes. Et ne in posterum de jam dicta, facta et scripta vendictione atque renunciacione in futurum ambiguitas insurgere valeat aliqualis, predicto commendatori et fratribus damus atque dedimus presentem litteram sigillo universitatis in Marpurg et sigillo strennui militis Gotfridi de Hattisfelt patencius sigillatam, cum testimonio Hartmudi militis dicti Schutsesper, Henrici Zolleneres, Lodewici in Curia, Arnoldi de Gambach, scabinorum in Marpurg, et aliorum quam plurium fide dignorum. Ego quoque Gotfridus de Hatisfelt et nos scabini predicti recognoscimus ad preces predictorum conjugum nostra sigilla presentibus appendisse in validum robur omnium premissorum.

Datum anno domini m°ccc°xvii°, iiii° nonas februarii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Auf der rückseite steht von der hand bruder Konrads: 'Empcio . . . . . de manso in Heistingheim dicto des ungesentin hube'. Beide siegel abgefallen. Gedr.: Entdeckter Ungrund nr. 75 a; daraus Samml. v. Deduct. 7, 525.

308. *Das nonnenkloster in Frankenhausen überlässt dem deutschen hause in Griefstedt äcker zu Hausen gegen andere zu Ringleben.* 1317 *febr.* 9.

1317 febr. 9. Nos Henricus prepositus totusque conventus sanctimonialium in Frankenhusen omnibus hanc litteram inspecturis publice profitemur, quod nos utilitate nostra prospecta cum religioso viro domino Henrico dicto de Wiltecke conmendatore in Grifstete ordinis sancte domus Theu-

1) Scheint in 'der' geändert orig. 2) So im orig. wiederholt.

tonicorum et conventu ejusdem sancte professionis concambium facientes dedimus eisdem conmendatori et conventui suo mansum et dimidium in campis ville Husen sitos, ad nos titulo proprietatis pertinentes, quos Fridricus dictus Hildegundis de Kindelbruckin, Guntherus dictus Keczeln residens in Rith et Ludewicus Syffridi residens in Husen hactenus coluerunt, pro manso et dimidio cum suis appertinenciis ad jam dictum conmendatorem et suum conventum titulo proprietatis pertinentibus, in campis ville Rinkeleibin sitis, octo forenses modios et tres modios tritici, siliginis et ordei solventibus; quem mansum et dimidium Theodericus dictus Gneyse et Vlricus de Borkisleybin residentes hactenus coluerunt. Ne igitur tale concambium nostrum in posterum violetur, presentem litteram sigillo nostro fecimus roborari. Testes hujus rei sunt: dominus Wedekindus, dominus Gerlacus, dominus Fridricus, dominus Conradus de Gotha, sacerdotes in Frankenhusen, Eckehardus rector parvulorum ibidem, frater Thilo magister curie nostre in Frankenhusen, frater Ludewicus magister curie in Etsleibin, frater Th. magister molendine, frater Hermannus magister textrine, frater Hermannus dictus Pletener, frater Henricus magister coquine, conversi ecclesie nostre, et alii quam plures fide digni.

Datum et actum anno domini m.ccc.xvii., v. idus februarii.

Aus nr. 752 (766) des Marburger copialbuches in Wien.

309. *Der edelknecht Gumpert Hobeherr verkauft dem deutschen hause bei Marburg einkünfte zu Heskem.* 1317 *märz* 15.

Ego Gumpertus armiger, filius quondam Gumperti militis dicti in Curia, et ego Cristina conjuges recognoscimus et universis constare cupimus per presentes, quod matura deliberatione prehabita, de bona nostra voluntate communicataque manu vendidimus vendicione simplici et legittima justoque vendicionis tytulo unum modium siliginis annue pensionis dictum brachkorn et unum pullum, quod [1]) habuimus in bonis sitis in villa Heystenkem nuncupatis Firnekornes hube, pro duabus marcis denariorum nobis numeratis et solutis conplete viris religiosis . . commendatori ceterisque fratribus domus Theotunice apud Marpurg ad habendum, possidendum jure proprietario aut hereditario cum omni felicitate perpetue, pacifice et quiete, transferentes in ipsos omne jus et dominium predicti modii et pulli, prout ad nos spectabant et spectare videbantur jure de communi. Renunciamus quoque et renunciasse nos profitemur publice in hiis scriptis de predicta pensione necnon omni juris

1317 märz 15.

1) So im orig.

auxilio tam canonici quam civilis necnon universis et singulis questionibus, actionibus et exceptionibus, que nobis et nostris heredibus in dicta pensione nunc et in futurum conpetere potuerint ullo modo, nichil penitus juris nobis aut nostris heredibus in eadem pensione reservantes; dantes ipsis fratribus de hoc presentem litteram sigillo universitatis in Marpurg patencius sigillatam, cum testimonio strennui militis Gotfridi de Hatisfelt, Alberti in Curia, Henrici Schinebenes, Syffridi de Bidenkap, scabinorum in Marpurg, Wicheri de Nova Civitate et Hermanni notarii, et aliorum quam plurium fide dignorum.

Datum et actum anno domini m°ccc°xvii°, ydus marcii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.), wo noch eine zweite, ganz gleiche ausfertigung. Siegel von beiden abgefallen.

310. *Schultheiss, burg und stadt zu Felsberg überlassen dem deutschen hause zu Marburg eine behausung in Felsberg und acht schillinge jährlich gegen einige äcker daselbst.* 1317 *märz* 21.

1317 märz 21. In nomine domini, amen. Quia deficiente tempore ea que fiunt in tempore deficiunt, nisi scriptorum suffragiis humane memorie commendentur, hinc est, quod nos scultetus, castrenses, scabini ac universi opidani in castro et opido Welsperg constituti recognoscimus et presentibus litteris publice profitemur, quod bona voluntate, deliberato animo seu maturo consilio prehabito ex parte illustris principis domini nostri langrabii terre Hassieque domini permutacionem cum honorabilibus et religiosis viris dominis . . conmendatore et fratribus ordinis Theutonicorum domus in Marpurg fecimus et ordinavimus infrascriptam: videlicet habitacionem, que vulgo Hobestad nuncupatur, sitam in predicto opido Welsperg inter curiam dictorum dominorum et nobilium virorum dictorum de Welsperg ipsis pro agris ipsorum sitis in campis sepedicti opidi Welsperg, que vulgariter dicuntur nuwe gelende, cum octo solidis denariorum Fritslarie dativorum, quos annuatim in festo beati Martini episcopi omni dilacione seu inpedimento postposito plenariter persolvemus, assignavimus et in hiis scriptis presentibus assignamus libere et quiete perpetuis temporibus possidendam. Et nec[1] hec permutacio sive ordinacio illibata permaneat nec deleri possit, sigillum supradicti opidi Welsperg huic scripto presentibus[2] est appensum in testimonium omnium premissorum.

Datum anno domini m°ccc°xvii°, xii° kalendas aprilis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

1) So im orig. irrig statt 'ut'. 2) So im orig.

311. *Abt Heinrich von Fulda willigt ein, dass genannte gebrüder von Dörnberg fünf bisher von Fulda zu lehen gehabte hufen an der Aue bei Allendorf dem deutschen hause bei Marburg gegen dessen dorf Lindewerra, welches fortan ein Fuldisches lehen sein soll, überlassen.* 1317 *apr.* 11.

Nos Henricus dei gracia Fuldensis ecclesie abbas recongnoscimus publice, quod nostro ac dilectorum nobis in Cristo filiorum Theoderici decani necnon tocius conventus nostri Fuldensis accedente consensu benivolo et expresso honesti viri Helwicus sacerdos, Bertoldus, Wilhelmus et Johannes armigeri dicti Duringenbergere fratres bona sua, videlicet quinque hubas juxta opidum Aldendorf in situ qui vulgariter an der owe dicitur collocatas, a nobis et nostra ecclesia descendentes in feudo cum religiosis viris . . commendatore ac toto conventu domus Theutonice prope Marpurg pro villa sua propria et soluta Lyndenwerden dicta cum omnibus suis pertinenciis justo permutacionis titulo permutarunt. Nos igitur ambarum parcium annuentes precibus dictas quinque hubas . . commendatori ac conventui prescriptis appropriavimus et appropriamus presentibus, recepta prius ab eisdem ville sue proprie Lyndenwerden dicte in manus nostras resingnacione libera, quam villam Helwico, Bertoldo, Wilhelmo et Johanni fratribus prefatis in reconpensam primorum feudorum contulimus et in hiis scriptis conferimus feudali titulo possidendam. In quorum omnium testimonium nostrum ac conventus nostri Fuldensis predicti sigilla presentibus sunt appensa.

Actum et datum anno domini millesimo trecentesimo decimo septimo, iii° idus aprilis. 1317 apr. 11.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Beide siegel abgefallen.

312. *Das deutsche haus bei Marburg verspricht dem Wetzlarer bürger Rupert von Altenstädten und seiner ehefrau Mechthild für geschenkte äcker zu Naunheim eine lebenslängliche jahresrente von sechs malter korn von seiner mühle zu Wetzlar.* 1317 *apr.* 15.

Nos frater Reymbado conmendator ceterique fratres domus Teuthonice prope Marpurg ad universorum noticiam cupimus pervenire, quod cum Rupertus et Methildis conjux sua legitima dicti de Aldenstede cives Wetflarienses ex speciali devocione, quam ad nos et domum nostram Marpurg habere dinoscuntur, quosdam agros sitos in campis ville Nûenheym a Rudolpho fabro cive Wetflariensi pro octo marcis conparaverint et nobis seu domui nostre Marpurg predicte eosdem agros in puram elemosinam contulerint propter deum necnon alias quedam alia bona cum 1317 apr. 15.

predictis agris nobis contulerint et veros possessores nos fecerint eorundem, nos beneficiis eorundem benivole occurrere volentes, promisimus et promittimus in hiis scriptis, quod eidem Ruperto et Methildi sue conjugi in reconpensacionem dictorum agrorum et bonorum sex maldra siliginis Wetflariensis mensure de molendino nostro Wetflarie annis singulis in festo nativitatis beate Marie virginis, quamdiu vixerint vel alter eorum, omni contradictione postposita porrigemus. In cujus rei testimonium eisdem presentem litteram dedimus sigillo nostro, quo uti consuevimus, roboratam.

Datum anno domini m°ccc°xvii°, in crastino Tyburtii et Valeriani.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

313. *Das deutsche haus bei Marburg verspricht dem Helwich von Winnen und seiner schwester Gertrud den lebenslänglichen genuss der von ihnen erkauften und dem orden zugewandten einkünfte zu Leidenhofen, am Leckerberg, am Grün und zu Marbach.*

1317 *apr.* 26.

1317 apr. 26. Nos frater Reymbado conmendator ceterique fratres domus Teuthonice prope Marpurg coram universis recognoscimus publice per presentes, quod cum dominus Helwicus de Wȳne et Gerdrudis soror sua carnalis nobis et domui nostre quosdam redditus, scilicet quatuor solidos in villa Ludenhaben, in monte dicto Leckerberg triginta duos denarios et duos pullos carnispriviales, item tres solidos de quodam orto an deme Griende, tres quoque solidos in villa Marpach [1]) erga Andream conparaverint dictos redditus in animarum suarum remedium et salutem, nos beneficiis eorundem benivole occurrere volentes hoc admittimus et promittimus in hiis scriptis, quod dominus Helwicus, Gerdrudis sua soror vel heredes eorum predictos redditus annis singulis tollant et percipiant nomine domus nostre, quamdiu vixerint in hac vita. (Cum vero diem) clauserint extremum, extunc memorati redditus infirmis nostris cedant integraliter in animarum suarum remedium et salutem. In cujus rei testimonium predictis, videlicet domino Helwico et sorori sue, presentem litteram dedimus sigilli nostri munimine, quo uti consuevimus, (firmiter roboratam).

Datum anno domini m°ccc°xvii°, v° kalendas maji.

Aus dem durch feuchtigkeit beschädigten orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

1) 'Marparch' orig.

314. *Ritter Kuno Halber burgmann zu Giessen und Hedwig seine ehefrau überlassen dem deutschen hause bei Marburg ihre güter zu Hene bei Hausen gegen zins.* 1317 *jun.* 2.

Nos Cûno dictus Halbir miles, castrensis in Gyezcen, et Hedewigis 1317
uxor mea legitima ad universorum noticiam tenore presencium pervenire jun. 2.
cupimus et publice protestamur, quod communicata manu, consensu mutuo et unanimi voluntate contulimus, dedimus, conferimus et presentibus donamus justo donacionis tytulo irrevocabiliter et pure propter deum in hiis scriptis viris religiosis et honestis . . commendatori et . . fratribus domus Theotonice apud Marburch dyocesis Moguntine universa bona nostra sita in Hene prope Husen in agris, pratis, pascuis, nemoribus et aliis rebus quibuscunque consistencia et quocunque nomine nuncupentur, colenda, possidenda in perpetuum et habenda pro dimidia marca denariorum nobis in die beati Martini episcopi annis singulis ad vite nostre tempora persolvenda. Nobis vero defunctis dicta dimidia marca ad prefatos religiosos una cum omnibus bonis supradictis revertantur solute et libere in animarum nostrarum remedium et salutem. In cujus donacionis et facti testimonium et robur dedimus sibi presentes litteras sigillo mei Cûnonis, quo ego Hedewigis utor, una cum sigillo civitatis in Gyezcen nostris precibus firmiter communitas. Testes hujus: Theodericus dictus Schuzcesper, Johannes de Kincenbach, milites, Burkardus dictus Kalp, Gyso de Berstad, armigeri, castrenses in Gyzcen; item Eckardus et Gerlacus Lodewici, scabini ibidem, et alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc° decimoseptimo, in die corporis Cristi.

Aus orig.-perg. in Darmstadt. Von den beiden wohlerhaltenen runden siegeln zeigt das erste drei rechtsum gewandte schwäne in der stellung ⁘; umschr.: S' · CONONIS · HALBER · DE · CLEB' · Das zweite ist das bekannte SIGILLVM · CIVITATIS · DE · GIEZEN · Gedr.: Baur Hess. Urkunden 1, 338 nr. 486.

315. *Konrad Heimburge von Kirchhain, seine frau und seine tochter beurkunden ihr hörigkeitsverhältniss gegen das deutsche haus bei Marburg und versprechen sich demselben nicht entziehen zu wollen.* 1317 *jun.* 28.

Ego Conradus dictus Hemburge et ego Methildis conjuges necnon 1317
Alheydis filia nostra dicti de Kirchen recognoscimus publice per presen- jun. 28.
tes, quod nos viris religiosis domino . . commendatori ceterisque fratribus domus Theotonice apud Marpurg de jure attinemus et adjuncti sumus tytulo servitutis, quibus promittimus et promisisse recognoscimus, quod ab eorum servicio nunquam recedere aut divertere ipsis invitis nolumus[1])

1) So im orig.

nec debemus nec in aliquo loco civilitatem recipere, nisi de ipsorum consensu et libera fuerit voluntate, nec filiam nostram predictam alicui hominum alterius condicionis matrimonialiter copulare. Cupientes et volentes predictos fratres de preexpressis promissionibus nostris certiorari et amplius securare, ipsis xxxii agros sitos in villa et campis Kirchen cum eorum juribus nomine ypothece, que ab ipsis jure hereditario possidemus, presentibus obligamus, de quibus quidem agris censum ipsorum consuetum et unum pullum carnisprivialem specialiter in verum signum hujusmodi resignationis et reconcessionis nobis facte per ipsos annis singulis promittimus et tenemur. Nichilominus recognoscimus predictis fratribus fidejussores subscriptos in penam similiter statuisse et quemlibet eorum in solidum: videlicet Hermannum et Conradum fratres carnales dictos Spedel, Conradum scultetum et Bertholdum vir Gisselin, villanos in Kirchen; adjecta condicionis lege tali, quod, si nos conjuges aut ego Alheydis prenotati prescriptam nostram promissionem infringeremus vel secus faceremus, aut ego Alheydis eciam parentibus meis ignorantibus hominem condicionis alterius manifeste vel clandestine copularem, quod absit, contra ipsum promissum nostrum notorie veniendo, predicti agri ad ipsos fratres omni nostra reclamatione precisa soluti et liberi revertentur et penam viginti marcarum denariorum usualium sponte nos eligimus incidisse, quas quidem xx marcas infra spacium duorum mensium ipsis fratribus debemus solvere et tenemur. Alioquin prescripti nostri fidejussores more bonorum fidejussorum debitum sue fidejussionis exsolvent, ipsas xx marcas aut bona et valencia pro ipsis pignora predictis fratribus presentabunt. Nos quoque fidejussores prelibati ad predeterminata nos fore obligatos recognoscimus in hiis scriptis. In cujus rei testimonium presentem litteram petivimus sigillo universitatis in Marpurg roborari et predictis fratribus dedimus roboratam cum testimonio Lodewici in Curia, Henrici Wiglonis, Syffridi de Bidenkap, scabinorum in Marpurg, et aliorum quam plurium fide dignorum.

Datum et actum anno domini m°ccc°xvii°, in vigilia Petri et Pauli apostolorum.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

316. *Meister Ludwig von Battenfeld schenkt dem deutschen hause bei Marburg güter und einkünfte zu Walgern, Gossfelden, Unterrosphe, Wehrda, Kernbach, Engelbach, Weidenhausen, am Grün in Marburg und zu Wetter.* 1317 *jul.* 14.

1317 jul. 14. In nomine domini, amen. Quia hominum memoria infirma est et debilis, ideo de re gesta fit scriptura, que contineat testimonium veri-

tatis. Notum sit igitur omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego magister Ludewicus dictus de Battenuelt ex deliberacione matura prehabita, mentis mee bene conpos, volens consulere saluti anime mee ac incertam horam mortis certa rerum mearum disposicione juxta sapientis consilium salubriter prevenire, ad honorem dei omnipotentis et gloriose matris ejus virginis Marie necnon et beate Elyzabet, in remedium ac salutem anime mee meorumque progenitorum do et donavi irrevocabiliter donacione inter vivos sine omni revocacione religiosis ac honestis viris . . conmendatori et fratribus domus Teuthonice prope Marpurg omnia bona mea infra scripta: videlicet dimidietatem curie mee in Walgeren: dimidietatem curie in Gozuelden; in inferiori Roisphe dimidietatem curie, quam colit Rudolphus Bruningi; ibidem quartam partem curie, quam colit Henkelo frater suus, cum pertinenciis earundem, scilicet terris cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, cum omni utilitate, questu et proventu, qui nunc est, apparet, vel in posterum poterit apparere; item in Werde duo modia cum dimidio et xx denarios; in Kerenbach xii solidos denariorum, quos solvit Ditmarus molendinarius; in Engelnbach dimidiam marcam et unum puttum buttiri; in Widenhusen duos solidos cum pullo; an deme Griende duos solidos; de domo et area Henrici de Wisentbach unum solidum; de macello carnium, quod possidet Gerlacus Wurstebendel, xxi denarios; de macello panis, quod possidet Hilla Hebernmelen, xviii denarios; de domo et area domine Wenken x denarios; item in Wetthere bona mea cum omnibus suis pertinenciis quocunque nomine censeantur; ibidem de domo Rudelonis xii solidos et ii pullos; ibidem domina Kenchen de area iii solidos et ii pullos; ibidem Sybado de area xviii denarios et duos pullos; ibidem domina Cysa de area xviii denarios et ii pullos; dictus Fridac ibidem de macello duos solidos et iiii pullos; ibidem dictus Heile de orto xxx denarios et ii pullos; ibidem Albradis opiliatrix de area xxi denarios; quidam alter in vicino ibidem xxi denarios; Conradus textor ibidem de orto x denarios et ii pullos; ibidem domina dicta Huderen i solidum et ii pullos; filius ejusdem domine i solidum et ii pullos; Henninus Shuze de area i solidum et ii pullos; Bertha Mengenraderen i pullum. Dedi inquam predicta bona et censum predictis . . conmendatori et fratribus omni eo jure et dominio possidenda, quo ipsa hactenus possedi vel poteram possidere. Transtuli quoque in dictos fratres et transfero in hiis scriptis quidquid juris in proprietate, possessione et dominio dictorum bonorum habui usque modo; accedente ad hoc consensu sororis mee Bertradis dicte de Rudichem et ejus filie Bertradis; immo si quid juris habent vel habere poterunt in futurum, dictam meam donacionem non solum ratificantes, set eciam mecum donant et transferunt in ipsos fratres donacione irrevocabili inter vivos.

Quod ego Bertradis predicta una cum filia mea Bertradi recognoscimus per omnia esse verum. Ego eciam magister Ludewicus vice versa consenciens et ratum tenere absque omni contradictione donacionem factam a dicta sorore mea ac ejus filia [1]) volens vel adhuc faciendam aut ipsis . . conmendatori et fratribus seu aliis religiosis quibuscunque, cupiens cum eisdem seminare in hac vita, quod possimus in eterna vita metere in futurum; renuncians eciam et ipsis mecum renunciantibus simpliciter et expresse omni ordinacioni vel inmutacioni, quam circa dictam donacionem aut ego vel ipse possemus facere in futurum; hoc solo excepto, quod una marca denariorum post mortem meam in meo anniversario ipsis fratribus annis singulis ministretur pro consolacione et pictancia speciali. Et ne liberalitatis mee beneficium a quoquam in dubium revocetur, predictis . . conmendatori et fratribus presentem litteram dedi et eandem petivi una cum sorore et ejus filia sigilli civitatis civium in Marpurg munimine roborari. Nos quoque scabini et cives in Marpurg predicti recognoscimus ad preces predictorum, scilicet magistri Ludewici, Bertradis sororis sue ac ejus filie Bertradis, nostrum sigillum presentibus apposuisse in testimonium omnium premissorum. Hujus testes sunt: Ludewicus ex Curia magister civium, Rukelo Angeli, Henkelo Wigelonis, Syfridus de Bydenkap, et quam plures alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc°xvii°, secundo idus julii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

317. *Bertradis wittwe des Marburger bürgers Rudolf von Rüdigheim und ihre tochter Bertradis schenken dem deutschen hause bei Marburg theile von zwei höfen zu Rosphe.* 1317 *jul.* 14.

1317 jul. 14. Noverint universi presencium inspectores, quod ego Bertradis relicta Rudolphi dicti de Rudinchem quondam civis in Marpurg una cum filia mea Bertradi unanimi consensu et voluntate libera, ex deliberacione matura prehabita, volentes saluti animarum nostrarum consulere ac incertam horam mortis certa rerum nostrarum disposicione juxta sapientis consilium salubriter prevenire, ad honorem dei omnipotentis et gloriose virginis matris ejus Marie necnon et beate Elyzabet, in remedium ac salutem animarum nostrarum damus et dedimus irrevocabiliter donacione inter vivos absque omni revocacione honestis et religiosis viris . . conmendatori et fratribus domus Teuthonice prope Marpurg dimidietatem curie nostre in Roisphe et tres partes alterius curie ibidem cum usufructu earundem in puram et perpetuam elemosinam pure et simpliciter propter

1) Nr. 317.

deum proprietatis titulo quiete et pacifice in perpetuum possidendas cum omni eo jure et dominio, quo ad nos dicta bona seu curie ex porcione hereditaria fuerant devolute vel quo ea possedimus usque modo; accedente ad hoc consensu benivolo et voluntate magistri Ludewici de Battenuelt fratris mei carnalis et ipso nobiscum renunciante dictis bonis simpliciter et expresse. Quod ego magister Ludewicus predictus profiteor esse verum. Transtulimus quoque et transferimus in hiis scriptis in jam dictos fratres quidquid juris in proprietate et dominio in dictis bonis habuimus usque modo, renunciantes eciam omni ordinacioni vel inmutacioni, quam circa predicta bona vellemus seu possemus facere in futurum. Et ne quispiam dictam donacionem per nos tam rite factam valeat in posterum irritare, memoratis . . conmendatori et fratribus presentem litteram dedimus et eandem petivimus sigilli civitatis civium in Marpurg munimine roborari. Nos quoque scabini et cives in Marpurg predicti recognoscimus ad preces predictarum, scilicet Bertradis de Rudinchem et sue filie Bertradis, ac eciam ad preces ipsius magistri Ludewici de Batthenuelt nostrum sigillum presentibus apposuisse in testimonium omnium premissorum. Hujus testes sunt: Ludewicus ex Curia magister civium, Syfridus de Bydenkap gener suus, Rûkelo Angeli, Henkelo Wigelonis, Conradus de Bydenkap, scabini in Marpurg, et quam plures alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc°xvii°, secundo idus julii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

318. *Adolf von Linne verzichtet auf seine ansprüche an das deutsche haus bei Marburg.* 1317 *jul.* 27.

Noverint universi presencium inspectores, quod ego Adolphus dictus de Linne renunciavi et renuncio in hiis scriptis omni actioni, impeticioni, questioni, quam movere potui seu potero in futurum contra religiosos viros . . conmendatorem et fratres domus Teuthonice prope Marpurg pro quibuscunque causis, rebus sive bonis mobilibus et inmobilibus, ita quod eosdem volo pocius pro mee possibilitatis modulo ubicunque potero promovere quam in aliquo inpedire. In cujus renunciacionis testimonium predictis fratribus presentem litteram dedi et eandem petivi sigilli civitatis civium in Marpurg munimine roborari. Nos quoque scabini et cives predicti recognoscimus ad preces ipsius Adolphi nostrum sigillum presentibus apposuisse in testimonium premissorum. Testes sunt: Henricus Theolonearius, Ludewicus ex Curia, Rukelo Angeli, et quam plures alii fide digni. 1317 jul. 27.

Datum anno domini m°ccc°xvii°, vi. kalendas augusti.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel beschädigt.

319. *Das deutsche haus in Marburg verspricht der Mechthild wittwe des Wetzlarer bürgers Rulo Welker und ihren kindern 2¼ malter korn jährlich, wofür sie dem hause ihren antheil an der mahlmühle zu Hausen vor Wetzlar verkauft haben.* 1317 *aug.* 16.

1317 aug. 16. Nos frater Bertoldus commendator ceterique fratres ordinis sancte Marie domus Teuthonice in Marpurch tenore presencium recognoscimus et constare cupimus universis, quod cum Mechtildis relicta quondam Rûlonis dicti Welkeres civis Wetflariensis, Henricus et Elyzabeth pueri ejusdem Mechtildis de consensu unanimi quidquid ipsos juris hereditarie contingebat in molendino dicto malmûlen in Husen extra muros Wetflarienses super Logenam sito nobis vendiderint pro duobus maldris siliginis et uno quartali Wetflariensis mensure reddituum, nos eisdem et suis heredibus predictos annone redditus promisimus et promisisse tenore presencium recognoscimus annis singulis in festo Michaelis pro dimidia parte et in festo pasche pro dimidia expedite in perpetuum ministrare. Fuit eciam adjectum, quod, si predicta Mechtildis, Henricus, Elyzabeth vel sui heredes predictos annone redditus vendere decreverint in futurum, nulli prorsus vendere debebunt nisi nobis, et nos seu nostri successores pro quolibet maldro siliginis eisdem dabimus septem marcas Coloniensium denariorum, tribus hallensibus pro denario conputandis. Preterea Mechtildis, Henricus et Elyzabeth sepedicti sub pena reddituum duorum maldrorum et quartalis predictorum se obligaverunt et pro subpignore eandem pensionem nobis deputaverunt, quod Marquardus et Cristina pueri ejusdem Mechtildis, qui minoris sunt etatis, predicte vendicioni sine contradictione consentient, cum ad annos discretionis pervenerint et maturos. In cujus rei testimonium presentem litteram cum appensione sigilli domus nostre predicte, quo uti consuevimus, sepedictis duximus porrigendam.

Datum anno domini m°ccc° decimo septimo, in crastino assumpcionis beate Marie virginis.

Aus dem durch feuchtigkeit beschädigten orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

320. 1317 *dec.*

1317 dec. Ego Heydindrudis relicta quondam Conradi dicti Speth civis Wetflariensis vendidi Hermanno de Brathbac, Katherine uxori sue, civibus Wetflariensibus, ortum meum situm extra portas Selhobin inter duos rivos Wetfe prope ortum Johannis dicti Webil et mediamnem ibidem, quem erga Heydolfum tinctorem et Heydindrudim conjugem in sede mea viduali comparasse dinoscor, et ideo ipsum vendere poteram et debebam absque

consensu meorum liberorum. In cujus rei testimonium dedi presentes litteras sigillo civitatis Wetflariensis communitas. Testes: Hermannus Selige, Gerlacus Madirsele, scabini dicte civitatis.

Datum anno domini m°ccc° decimoseptimo, mense decembri.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel beschädigt.

321. 1317 *dec.* 20.

1317 dec. 20.

Nos Ditmarus dictus de Selhem opidanus in Ameneburg, Henricus et Johannes pueri ipsius legitimi discreto viro Henrico dicto Stussenbechere et Hildegundi sue uxori legitime tria jugera sita in terminis campi ville majoris Selhem pro precio octo marcarum denariorum Wederebiensium vendidimus. Et nos Lodewicus de Selhem, Gerbertus et Hupertus ceterique scabini predicti opidi, quia predicte vendicioni interfuimus, recognoscimus ad rogatum Ditmari, Henrici et Johannis vendencium predictorum nostrum sigillum presentibus appendisse.

Datum anno domini m°ccc°xvii°, in vigilia beati Thome apostoli.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel der stadt Amöneburg abgefallen.

322. *Landgraf Otto von Hessen schenkt dem deutschen hause in Marburg einen schieferbruch bei der burg Blankenstein.* 1317 *dec.* 31.

1317 dec. 31.

Nos Otto dei gracia terre Hassie lantgravius profitemur, quod de consensu heredum nostrorum religiosis viris . . conmendatori ceterisque fratribus sancte Marie ordinis [1]) domus Marthbûrg ad instancias fratris Goblonis de Stedebach, secretarii nostri et devoti karissimi, unam foveam, in qua lapides tectuales jam fodiuntur et franguntur, sitam apud indaginem castri nostri Blankinstein dedimus favorabiliter et liberaliter atque damus pro suis et dicte domus [2]) usibus perpetuo possidendam testimonio presencium litterarum, quibus nostrum sigillum in premissorum certitudinem est appensum.

Datum [anno] domini m.ccc.xviii., in die beati Silvestri pape.

Aus nr. 13 des Marburger copialbuches in Wien. Gedr.: Gudenus Codex 4, 1042 mit der falschen jahrszahl 1328.

323. 1318 *jan.*

1318 jan.

Nos Henricus et Johannes fratres, filii quondam Godefridi dicti Lesse militis de Nunheim, vendidimus Heinemanno Gerberti scabino Wetfla-

1) 'Theutonicorum' fehlt hier im copialbuch.

2) 'domui' copialbuch.

riensi, Hildegundi uxori sue et eorum heredibus tria maldra puri siliginis Wetflariensis mensure annue et perpetue pensionis ex tota parte nostra curie nostre in villa Nůnhem sita omniumque bonorum ad ipsam spectancium, vinearum nostrarum solummodo excepta, sibi infra duo assumpcionis et nativitatis beate Marie virginis festa in domum suam infra Wetflariam sub nostris expensis, periculis et laboribus presentanda, pro viginti marcis et una denariorum pensionis nomine annuatim. In cujus rei testimonium sigillum civitatis Wetflariensis ad preces nostras presentibus est appensum. Testes: Rulo Reyge, Gerlacus Madirsele, scabini dicte civitatis.

Datum anno domini m°ccc° decimoseptimo, mense januario.

Aus dem durch feuchtigkeit beschädigten orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel beschädigt.

324. *Ingebrand von Maulbach verkauft dem hospitale des deutschen hauses bei Marburg eine mark jahresrente aus gütern zu Maulbach.* 1318 *jan.* 5.

1318 jan. 5. Ego Yngebrandus de Mulinbach coram universis recognosco publice per presentes, quod sana mente et corpore, maturo consilio prehabito, cum consensu et spontanea voluntate puerorum meorum accedente, scilicet Frederici, Yngebrandi, Cononis et Gerdrudis, onere debitorum pregravatus, vendidi recte et rationabiliter procuratori infirmorum hospitalis prope Marpurg redditus unius marce ex omnibus bonis meis in Mulinbach sitis, quolibet titulo ad me et ad meos pueros spectantibus, sine omni inpedimento et contradictione singulis annis in festo epyphanie domini persolvendos; hoc eciam adjecto, quod prefata bona cum onere et obligatione predictorum reddituum ex successione seu permutatione vel alienatione qualibet differantur ad quemlibet alium successorem vel devolvantur; renuncians simpliciter et precise in hoc facto omni auxilio [1] canonici et civilis, per quod in presenti vel in posterum possem contra dictam vendicionem venire aut ipsam in aliquo inpedire. Hujus rei testes sunt: . . miles dictus Sueime; Johannes de Lynden, Bruno de Buchen, armigeri; . . dictus Sumir, Henricus dictus Rode et Conradus dictus Cnode, scabini in Hohinburg, et alii quam plures fide digni. Et ut premissa omnia et singula firma et rata permaneant, memorato procuratori et fratribus domus Theuthonice in Marpurg presentes litteras sigillo scabinorum predictorum signatas dedimus et munitas. Et nos scabini prefati ad peticionem dictarum personarum sigillum nostrum hiis litteris appendisse recognoscimus in testimonium omnium premissorum.

1) Ergänze 'juris'.

Actum et datum anno domini m°ccc°xviii°, in vigilia epiphanie ejusdem.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

325. *Die stadt Fritzlar befreit den in der Flemichgasse daselbst gelegenen hof des deutschen hauses bei Marburg gegen eine loskaufsumme von den üblichen leistungen und erklärt, dass der orden weitere güter zu Fritzlar nicht erwerben dürfe.*

1318 *jan.* 23.

Nos scultetus, scabini et cives universi opidi Fritslariensis presen- 1318
tibus litteris scire volumus tam posteros quam presentes, quod libertatem jan. 23.
dedimus curie religiosorum virorum dominorum . . commendatoris et fratrum domus sancte Marie Jherosolimitane domus prope Marporg site infra muros Fritslarienses, ita ut ipsa curia sita in vico qui dicitur Flemichgasse, cum domibus, horreis et aliis edificiis pertinentibus ad dictam curiam et que infra septa dicte curie continentur in presenti, videlicet anno domini m°ccc°xviii° x° kalendas februarii, cum rebus et bonis sit libera et exempta a vigiliis, exactionibus et angariis et servitiis civitatis. Predicti etiam fratres aut ordo ipsorum emendi plurem vel ampliorem hereditatem nullam habent penitus potestatem in opido Fritslariensi vel in terminis ejusdem; et si qua eis legata fuerint pro testamento vel qualitercunque ad eos pervenerint, infra annum et diem debent et tenentur vendere Fritslariensibus opidanis, prout in eorum litteris super hoc confectis plenius continetur. Pro qua libertate prefati domini dederunt civitati Fritslariensi et civibus ibidem pro comodo et utilitate dictorum civium pensionem infrascriptam: videlicet de domo lapidea, quam Johannes Knorro inhabitat, quatuor talenta minus quinque solidos; item dederunt decem et octo talenta pro redditibus unius talenti, que conversa sunt ad novam fossam; item de domo quondam Ludewici de Bercken novem solidos; item de domo Conradi de Homberg quinque solidos cum duobus pullis; item de domo dicti Tobenich duos solidos; item de domo quondam Methildis nutricis infra institores quatuor solidos. Prefati etiam domini de Marporg quendam fontem in vico Flemichgasse suis expensis fieri procurarunt. Pro quibus omnibus ipsorum curia ab omnibus serviciis civitatis erit perpetuo libera et exempta. In quorum omnium cautelam et memoriam firmiorem sigillo civitatis Fritslariensis dedimus presentem litteram communitam.

Datum anno domini m°ccc°xviii°, x° kalendas februarii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Das siegel liegt zerbrochen bei.

326. *Mengot von Hepenberg, Hedwig seine schwester und Kunigunde seine frau verkaufen dem hospitale bei Marburg ihre güter zu Allendorf.* 1318 *febr.* 3.

1318 febr. 3. Ego Mengotus de Hepinberg et Hedewigis soror mea carnalis necnon Conegundis uxor mea legittima coram universis recognoscimus publice per presentes, quod nos sana mente et corpore constituti, deliberato animo, ore et manu communicata vendidimus recte et legaliter . . procuratori infirmorum hospitalis prope Marpurg bona nostra in Aldindorf sita cum omnibus et singulis suis pertinentiis, videlicet aquis, pratis, lignis, pascuis et juribus aliis quibuscunque, pro duodecim marcis denariorum jure proprietario cum omni felicitate perpetuo possidenda. Renuntiamus etiam et transferimus in jam dictum . . procuratorem omnem actionem et plenum jus, quod nobis vel nostris successoribus in predictis bonis conpetebat vel conpetere potest nunc vel in futurum. Volentes ipsum procuratorem predicti hospitalis de debita et consueta cerciorare warandia, statuimus et ordinamus ipsi fidejussores subscriptos quemlibet eorum in solidum: videlicet Wernherum de Hohinvels et Henricum dictum Fogil, qui se obligatos fore pro warandia facienda debita et consueta recognoscunt in hiis scriptis. Ut vero jam dicta et facta vendicio inviolabiliter et perpetuo conservetur, ipsi dedimus presentem litteram sigillo universitatis opidi Wettere consignatam. Hujus rei testes sunt: Henricus dictus Goz et Wigandus de Breme, canonici in Wettere; Wernherus de Hohinuels, Henricus dictus Vogil, Conradus dictus Weydebechere, armigeri; Petrus von der Larheldene, Lodewicus dictus Stinze, Hartmannus dictus Punt, scabini, et Arnoldus de Dreysbach civis in Wettere, et alii quam plures fide digni.

Datum anno domini m°ccc°xviii°, in die sancti Blasii episcopi et martiris.

Aus orig.-perg. mit siegelbruchstück in Marburg (deutscho.).

327. *Friedrich, Werner und Adolf gebrüder von Klein edelknechte verkaufen dem deutschen hause zu Marburg eine hörige.* 1318 *märz* 1.

1318 märz 1. Nos Fredericus et Gerdrudis conjuges, Wernherus et Adolfus fratres dicti de Glene armigeri recognoscimus presentibus profitentes, quod animo deliberato et consensu unanimi vendidimus et vendimus in hiis scriptis honorabilibus viris dominis fratribus ordinis Theutonicorum domus in Marburg Gretam filiam quondam Conradi dicti Eccichen[1], que nobis de

1) Kann auch 'Ettichen' gelesen werden.

corpore proprietatis titulo attinebat, cum omnibus suis pueris utriusque sexus, quos habet et habebit, pro precio sex librarum et quatuor solidorum hallensium, quas recognoscimus plene recepisse et in nostros usus convertisse, dictam Gretam cum suis pueris omni jure, honore et servitute, quo nobis astricta fuerat, obtinendam, proclamantes eam cum suis pueris a nobis liberam, omne nostrum jus, quod in ipsa habuimus, transferentes presentibus in fratres monasterii memorati. In cujus rei evidens testimonium damus presentem litteram sigillo universitatis opidi Ameneburg fideliter communitam. Et nos Wigandus sub Tilia, Hupertus, Gerbertus, Hermannus Czain, Ditmarus et Lod. dicti de Selhem ceterique scabini in Ameneburg recognoscimus ad rogatum predictorum fratrum de Glene nostrum sigillum appendisse presentibus in testimonium premissorum.

Datum anno domini millesimo trecentesimo decimo octavo, kal. marcii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

328. 1318 *märz* 12.

1318 märz 12. Nos sculthetus, scabini et consules de Frideberg protestamur, quod Fridebertus dictus von der Rûsen et Gela conjuges, nostri concives, in nostra presentia constituti recongnoverunt manifeste, quod ipsi et sui successores perpetuis futuris temporibus Hedewigi et Yrmengardi sororibus ipsius Frideberti et ipsarum heredibus legitimis de domo ze der Rusen, curia et duobus stabulis redditus quinque marcarum Coloniensium, pro quolibet Coloniensi tres hallenses numerando, equipartim in festis Walburgis et beati Martini episcopi exolvere debeant nomine annue pensionis. Testes: Johannes de Gronenberg, Heil. de Loubenberge, Eckehardus de Ocstad, Heil. Angeli, Heil. dictus von der Zit, Wikenandus pistor.

Datum anno domini m°ccc°xviii°, ipso die beati Gregorii pape.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel der stadt Friedberg beschädigt.

329. *Schultheiss, scheffen und rath zu Friedberg beurkunden den verkauf von gütern zu Melbach an das deutsche haus in Marburg.* 1318 *apr.* 4.

1318 apr. 4. Nos . . scultetus, . . scabini et . . consules de Frideberg ad universorum noticiam deducimus publice protestando, quod Gerwinus de Gronenberg et Hitzeka conjuges, Albertus Sculteti et Cunegundis conjuges, Heil. dictus Riche et Cunegundis conjuges, Conradus dictus Rode et Guda conjuges, qui Conradus pro Wernhero sororio suo ad faciendum, cum ad

partes Wederebie pervenerit, de bonis infrascriptis renunciationem legitimam fidejussit, item Lysa, Alheidis, Mige, Rodolfus de Wizele et Elizabeth conjuges in nostra constituti presentia manifeste confessi fuerunt, quod ipsi, matura deliberatione et unanimi voluntate ac consensu omnium coheredum suorum prehabitis, religiosis viris domino . . conmendatori et toti collegio fratrum domus Theutonicorum in Marpurg ementibus et recipientibus quadraginta jugera cum uno et dimidio jugere in campis seu terminis ville Melpach jacentia necnon unam aream, que solvit annuatim unum sumerinum papaveris et que fuerat quondam Conradi sculteti premortui, rite et rationabiliter pro centum et tribus marcis cum dimidia communis pagamenti vendidissent ipsis numeratis, traditis et solutis; renunciantes expresse fraudis sive doli necnon omnibus juribus seu jurium beneficiis, exceptionibus, consuetudinibus quibuscunque, si etiam de ipsis debeat fieri mentio specialis. Testes presentes aderant pariter et astantes: Johannes Angeli de Gronenberg, Angelus junior, Wenzelo dictus Riche, Heil. Markele, et quam plures alii ydonei homines et fideles. In cujus venditionis et emptionis perpetuam memoriam et certitudinem ampliorem nos . . scabini et . . consules a supradictis venditoribus et emptoribus rogati presens scriptum super hoc confectum sigilli nostri munimine duximus roborandum.

Datum anno domini m°cccxviii°, proxima feria tercia post dominicam Letare.

Aus orig.-perg. in Darmstadt. Siegel zerbrochen. Gedr.: Baur Hess. Urkunden 1, 339 nr. 490.

330. *Schultheiss, scheffen und rat zu Friedberg beurkunden, dass der Friedberger bürger Johann, sohn Ditwins von Ostheim, dem deutschen hause in Marburg eine hube zu Strasheim verkauft habe.* 1318 *apr.* 10.

1318 apr. 10. Nos . . scultetus, . . scabini et . . consules de Frideberg tenore presentium publice protestamur, quod Johannes filius quondam Ditwini de Ostheim noster coopidanus in nostra constitutus presentia recongnovit manifeste, quod ipse religiosis viris . . domino commendatori et universis fratribus et militibus Cristi domus Theutonicorum in Marpurg unum mansum proprium terre arabilis in terminis ville Strashem et in campis situm rite et rationabiliter vendidisset. Et quia pupilli seu pueri sui propter etatis sue defectum adhuc bonis prefatis juribus renitentibus non poterant renunciare, ideoque prefatus Johannes . . domino commendatori et religiosis predictis pro legitima renunciatione suorum liberorum, cum ad maturam etatem pervenerint, facienda Wenzelonem dictum Riche,

Bernonem, Lynungum dictum von me Scilde et Gerckinum dictum Munzere suos substituit fidejussores et quemlibet eorum in sollidum. Qui quidem fidejussores, postquam dicti pupilli ad perfectam etatem pervenerint et dictis bonis perfecte renunciaverint, nichilominus adhuc per annum et diem debent esse ad onus dicte fidejussionis obligati. Item est adjectum, quod, si quispiam dictorum fidejussorum tempore intermedio debitum carnis exolverit, extunc alter fidejussor eque ydoneus, quandocunque requiritur, ab ipso Johanne infra mensem dictis religiosis debebit subrogari; alioquin alii fidejussores superstites tamdiu fidejussionis debitum exolvere tenentur et obstagium facere, quoad alter fidejussor loco defuncti fuerit legitime subrogatus. Testes hujus facti sunt, qui presentes aderant et astantes: Heil. de Loubenberg, Henr. scultetus de Rospach, Heil. dictus Riche, et quam plures alii fide digni. In cujus venditionis evidens testimonium nos scabini et consules rogati sigillum nostre communitatis accomodavimus huic scripto.

Datum anno domini m°cccxviii°, proxima feria secunda post dominicam Judica.

Aus orig.-perg. in Darmstadt. Siegel abgefallen. Gedr.: Baur Hess. Urkunden 1, 340 nr. 491.

331. *Die richter des Mainzer stuhles benachrichtigen den official der propstei Fritzlar und den pfarrer zu Urf, dass die gegen bruder Heinrich von Löwenstein wegen raubes verhängte excommunication mit willen des deutschen hauses zu Marburg bis zum 24. juni aufgeschoben sei.* 1318 *apr.* 14.

Judices sancte Moguntine sedis . . officiali prepositure ecclesie Fritslariensis et . . plebano in Orphe ceterisque plebanis et viceplebanis per Moguntinam dyocesim constitutis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in domino. Sententias excommunicationis, suspensionis divinorum et interdicti cum processibus et aggravationibus quibuscunque subsecutis prolatas a nobis pro spolio notorio secundum statuta provincialis concilii Moguntini contra fratrem Heinricum de Lewenstein ad instantiam . . commendatoris et fratrum ordinis sancte Marie Theutonicorum domus in Marpůrg de consensu et voluntate actorum predictorum usque ad festum beati Johannis baptiste proximum relaxamus et eundem Heinricum ab eisdem sententiis absolvimus in hiis scriptis sub spe pacis et concordie inter ipsos medio tempore attemptande; mandantes vobis et cuilibet vestrum, qui fueritis requisiti, quatinus predictas sententias relaxatas et ipsum Heinricum ab eis absolutum, ut prescribitur, publice nuncietis injuncta sibi penitentia salutari. Quas sententias cum suis pro- 1318 apr. 14.

cessibus subsecutis post lapsum predicti termini extunc sicut exnunc, si conpositio in medio tempore non accesserit inter partes, in suo robore volumus per omnia permanere; in quas sententias dictum fratrem Heinricum etiam reducimus per presentes, volentes, ut predictas nostras sententias priores contra ipsum reum prolatas executioni debite demandetis et eas publicetis, quotiens fueritis requisiti.

Datum anno domini m°ccc°xviii°, xviii° kalendas maji.

Aus orig.-perg. mit siegelbruchstück in Marburg (deutscho.).

332. *Schultheiss, scheffen und rath zu Friedberg beurkunden, dass ihr mitbürger Wigand von Limburg bei aufnahme seines sohnes in das deutsche haus zu Marburg diesem eine halbe hube landes bei Niederwöllstadt geschenkt, und dass Wigands schwiegersohn der edelknecht Albert Leideleben dem genannten hause 23 morgen landes bei dem selben orte verkauft habe.* 1318 *apr.* 18.

1318 apr. 18. Nos . . scultetus, scabini et consules de Friedeberg ad universorum noticiam deducimus publice protestando, quod Wigandus de Limpûrg et Gertrudis conjuges, nostri concives, in nostra presencia publice confessi fuerunt, quod ipsi pari manu et bona voluntate omnium liberorum et heredum suorum religiosis viris domino . . commendatori et collegio fratrum domus Theutonice in Marthpûrg dimidium mansum terre arabilis in terminis ville Nidern Wûllinstad situm proprietatis titulo perpetuo possidendum, postquam Wigandum filium suum ad collegium fratrum suorum pure propter deum receperant, simplici donacione inter vivos facta libere tradidissent pariter et resignassent. Item presentibus manifeste protestamur, quod Albertus dictus Leidelebin armiger, gener ipsius Wigandi, et Lysa uxor ejus legittima coram nobis recognoverunt similiter manifeste, quod ipsi prehabito consensu et bona voluntate Wigandi et Gerdrudis dictis religiosis viginti et tria jugera eciam terre arabilis in terminis ejusdem ville sita titulo proprietatis perpetuo possidenda rite et racionabiliter vendidissent, renunciantes expresse decepcioni mali doli, actioni in factum, beneficio restitucionis in integrum et specialiter juri, quo deceptis ultra dimidiam justi precii subvenitur, juri dicendi generalem renunciacionem non tenere, et generaliter et specialiter omni privilegio et omnibus graciis tam sedis apostolice quam imperialibus omnique suffragio tam juris canonici quam civilis, per que in posterum contra premissa vel eorum aliquod dictis conjugibus posset suffragium quomodolibet generari. Testes presentes aderant, cum hec fierent, insimul et astantes: Jungo de Lympurg, Engel minor, Henricus scultetus de Ros-

pach, et quam plures alii viri ydonei et fideles. In cujus donacionis et vendicionis evidens testimonium nos scabini et consules rogati sigillum nostre conmunitatis accomodavimus huic scripto.

Datum anno domini m.ccc.xviii., proxima feria tercia post festum Palmarum.

Aus nr. 510 (518) des Marburger copialbuches in Wien.

333. *Genannte erzbischöfe und bischöfe geben den besuchern und wohlthätern der pfarrkirche zu Marburg vierzig tage ablass. Avignon 1318 mai.*

Erzbischof Peter von Mainz bestätigt durch transfix diesen ablass. Mainz 1319 febr. 9.

Universis Cristi fidelibus presentes litteras inspecturis nos miseratione divina frater Ysnardus patriarcha Anthiocenus, Rostagnus Neopatensis, Raymundus Adrinopolitanus et Janizlaus Gneznensis archiepiscopi, Berengarius Carpentoratensis, Andreas Croensis, Petrus Narniensis, Guillelmus Cunauiensis, Petrus Civitatis Nove, Petrus Achilonensis, Guillelmus ad partes Tartarorum ac Jacobus de Cabanis episcopi salutem in domino sempiternam. Quoniam, ut ait — vitam eternam[1]). Cupientes igitur, ut ecclesia in Marpurg Maguntine diocesis in honore beate Marie virginis dedicata congruis honoribus frequentetur et a Cristi fidelibus jugiter veneretur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictam ecclesiam in omnibus et singulis festivitatibus sancte Marie virginis necnon in festivitatibus nativitatis domini nostri Jhesu Cristi, circumcisionis, epiphanie, parasceves, resurrectionis, ascensionis et penthecostes, ac in festivitatibus sanctorum Michaelis archangeli omniumque ac singulorum apostolorum et evangelistarum, Johannis baptiste, Laurentii, Martini, Nicolai, ac sanctarum Marie Magdalene, Katherine, Margarete, Barbare, undecim milium virginum, in commemoratione omnium sanctorum et in dedicatione ipsius ecclesie ac per octavas ipsarum festivitatum octavas habentium causa devotionis, peregrinationis vel orationis accesserint aut qui corpus Cristi secuti fuerint, cum portatur infirmis, vel qui in extremis laborantes quicquam suarum dicte ecclesie legaverint facultatum, necnon qui ad fabricam, luminaria, ornamenta et alia dicte ecclesie necessaria manus porrexerint adjutrices, seu qui in pulsatione campane de sero vel circueundo cimiterium ecclesie predicte orationem dominicam cum salutatione angelica dixerint mente devota, quandocumque et quo- 1318 mai.

1) Wie 1, 16 nr. 18.

tienscumque premissa fecerint, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, singuli nostrum singulas dierum quadragenas de injunctis eis penitentiis misericorditer in domino relaxamus, dummodo diocesani voluntas ad id accesserit et consensus. Sanctissimus etiam pater et dominus dominus Johannes papa xxii. omnibus et singulis, qui infra missam, dum nominatur nomen domini nostri Jhesu Cristi vel gloriosum nomen beate Marie virginis matris ejus, devote capita sua inclinaverint vel genua flexerint saltem cordis, viginti dies de injunctis eis penitentiis misericorditer relaxavit. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum jussimus appensione muniri.

Datum Auinione, anno domini millesimo trecentesimo decimo octavo, indictione prima, de mense maji, pontificatus domini Johannis pape xxii. anno secundo.

1319 febr. 9. Nos Petrus dei gracia sancte Moguntine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius, omnes indulgencias venerabilium in Cristo patrum dominorum . . patriarche, . . archiepiscoporum et . . episcoporum quorumcumque datas et concessas ad parrochialem ecclesiam in Marpurg nostre dyocesis, contentas in litteris, quibus hec nostra littera est transfixa, ratas habentes et gratas, eas, prout provide sunt, tenore presencium auctoritate ordinaria in nomine domini confirmamus, addentes et concedentes secundum omnem modum et formam in eisdem litteris contentam quadraginta dierum indulgencias ad ecclesiam memoratam.

Datum Moguncie, v. idus februarii, anno domini millesimo trecentesimo decimo nono.

Aus orig.-perg. in Marburg (stadtarchiv). Die siegel, in rothem wachs, sehr beschädigt, das erste und das sechste abgefallen. Siegel des transfix gleichfalls abgefallen. Gedr.: Zeitschr. f. hess. Gesch. u. Landesk. Neue Folge 3, 344—346.

334. *Die begine Immicha Raustein schenkt dem deutschen hause bei Marburg ihre güter zu Rossdorf und Asbach.* 1318 *mai* 1.

1318 mai 1. Noverint universi presencium inspectores et lectores necnon omnes, quos nosse fuerit oportunum, quod ego Ymmicha becgina dicta Raustenen, sana mente et corpore constituta, cupiens anime mee et parentum meorum consulere et certam horam mortis mee cerciori rerum mearum disposicione salubriter subvenire, ad honorem dei omnipotentis et gloriosissime virginis Marie beateque Elizabeth do, trado, dedi, tradidi et assignavi donatione simplici et legittima irrevocabiliter inter vivos bona mea sita in villa Rastorf, que colit Henricus der hobevrowen suin, bona mea in Aspach cum universis et singulis juribus, attinenciis ac appen-

diciis suis eciam quibuscumque, necnon alia universa bona mea et singula mobilia et inmobilia ubicumque locorum sita, quocumque eciam nomine censeantur, viris religiosis domino . . commendatori ceterisque fratribus domus Theotunice apud Marpurg ad habenda, possidenda eo jure, dominio et tenuta, quo ipsa hactenus habui, tenui et possedi jure de communi. Insuper renuncio et renunciasse me profiteor simpliciter et precise atque publice in hiis scriptis omni ordinacioni, inmutacioni, quam circa predicta bona possem habere vel facere nunc aut in futurum. Nichilominus renuncio universis et singulis actionibus, questionibus et excepcionibus juris canonici et civilis, que michi nunc in dictis bonis et eorum emolumentis nunc [1]) conpetunt et in futurum meis heredibus et coheredibus possunt conpetere ullo modo, nichil penitus juris michi in dictis bonis aliqualiter reservando. In cujus rei testimonium predicto domino commendatori et fratribus do et contuli [2]) sigillo universitatis in Marpurg cum testimonio generose ac inclite domine Agnetis dicte de Nurenberg, domini Volperti plebani, fratris Svffridi prioris, fratris Conradi trapperarii; Lodewici in Curia magistri civium, Henrici Schineben, Syffridi de Bidenkap, scabinorum in Marpurg, et aliorum quam plurium patencius sigillatam. Nos scabini in Marpurg recognoscimus ad preces et ad rogatum prenotate Ymmichen becgine nostre universitatis sigillum in validum robur prescriptorum presentibus appendisse.

Datum et actum anno domini m°ccc°xviii°, ipso die et festo beate Walpurgis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen. — 1318 mai 14 erscheinen 'Bertoldus commendator in Marpurg, fratres Volpertus plebanus in Marpurg, Rudolfus dictus Rauhestin, Reimboldus de Attinderna, Wilhelmus de Colonia et Rupertus plebanus in Kirchagein, sacerdotes'. Baur Urkb. d. Kl. Arnsburg nr. 484.

335. *Ritter Heinrich von Sassen überlässt dem deutschen hause bei Marburg güter zu Lampertshausen gegen solche zu Windevelt.* 1318 *mai* 25.

Ego Henricus dictus de Sassen miles recognosco tenore presencium et ad universorum noticiam cupio pervenire, quod conmunicata manu meorum heredum cum honorabilibus viris fratribus domus Theuthonice prope Marthbûrg quendam contractum seu permutacionem quorundam bonorum feci justo permutacionis titulo in hunc modum, ut dicti fratres bona mea sita in Lamprechtishusin, ad me jure proprietatis pertinencia cum pleno jure habeant, teneant et perpetuo possideant, sicut ego ea hactenus possidebam, et ego e converso bona in Windeuelt sita, ad dictos

1318 mai 25.

1) So im orig. wiederholt. 2) Ergänze 'presentem litteram'.

fratres spectancia teneam, possideam perpetuo libere et quiete cum omni jure, prout prefati fratres hactenus possidebant. Preterea si aliquis antedicta bona in Windeuelt vendicare voluerit vel quietam possessionem disturbare, memorati fratres tale gravamen exterminabunt penitus et excludent, et ego de bonis in Lamprechtishusin idem faciam vice versa. Promitto eciam presentibus et promisi supradictis fratribus pro me et meis heredibus sive quibuscumque aliis facere warandiam debitam et condignam, pro qua Bertoldum filium meum, Johannem Suindeleben et Conradum fratrem ejus, cives in Fulda, obligo et obligavi. Ac nos Bertoldus, Conradus et Johannes prefati pro warandia facienda nomine fidejussorum recognoscimus in hiis scriptis nos esse obligatos. In cujus rei evidens testimonium hanc litteram sepedictis fratribus sigillo strennui militis Gysonis de Wigers tradidi roboratam. Et ego Gyso jam dictus ad peticionem Henrici de Sassen militis antedicti et fidejussorum predictorum, scilicet Bertoldi filii prelibati Henrici, Johannis dicti Suindeleben et Conradi fratris sui sigillum meum presentibus duxi appendendum in premissorum fidem et testimonium veritatis.

Datum anno domini m.ccc.xviii., viii. kalendas junii.

Hujus rei testes sunt: Gyso de Wigers, Th. Coquinarius, milites; Henricus dictus Jordan, Johannes dictus Suindeleben, Conradus frater jam dicti Johannis, cives in Fulda, et alii quam plures fide digni.

Aus nr. 47 des Marburger copialbuches in Wien.

336. *Ritter Volpert Hobeherr schenkt dem deutschen hause bei Marburg einen hörigen.* 1318 *jun.* 22.

1318 jun. 22. Ego Volpertus miles dictus ex Curia et ego Albradis conjuges recognoscimus et universis cupimus constare, quod matura deliberatione prehabita puerum Gerhardum, filium quondam Gerhardi dicti Kobele, nobis tytulo servitutis hactenus attinentem manumittimus et ipsum viris religiosis domino . . commendatori ceterisque fratribus domus Theotunice apud Marpurg tradimus et donamus omne jus, quod in ipso habuimus et habere hactenus videbamur, nichil juris aut facti nobis et nostris heredibus in predicto Gerhardo puero Gerhardi predicti aliqualiter reservantes aut in heredibus ipsius Gerhardi, si quos genuerit ex nunc in ante, dantes de hoc predictis . . commendatori et fratribus predictis presentem litteram in validum robur premissorum sigillo nostro proprio patenter patentius [1]) sigillatam.

Datum et actum anno domini m°ccc°xviii°, x° kalendas julii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

1) So im orig.

337. *Ritter Volpert Hobeherr und seine verwandten genehmigen den verkauf der Landulfenhube zu Heskem an das deutsche haus bei Marburg.* 1318 *jul.* 23.

Nos Volpertus miles dictus ex Curia, Albradis uxor mea legittima 1318
et Gerlacus filius noster, necnon ego Cristina relicta quondam Gumperti jul. 23.
armigeri dicti ex Curia et Gumpertus filius meus recognoscimus et ad universorum notitiam cupimus pervenire, quod vendicioni facte viris religiosis . . conmendatori ceterisque fratribus domus Theuthonice prope Marpurg per Henricum de Radehusin residentem in Selheym, Yrmingardim sororiam suam de Eloe, Wigandum de Kalderen et sorores ejus et Henricum sororium predicti Wigandi et Ditmarum etiam ejus sororium, Bernhardum dictum Cranich de minori Selheym, Hillam Reynhardi, Reynhardum ejus filium, Hildegundim, Irmingardim, Juttam, Alheydim et Abem, filias predicte Hillen, in bonis sitis in villa Heystinkeym dictis Landulfin hube ex certa nostra sciencia esse factam et eidem consentimus et eandem vendicionem favorabiliter admittimus admisisseque recognoscimus in hiis scriptis, dantes super hoc presentem litteram sigillo mei Volperti militis predicti, quo et nos alii prescripti peticionaliter utimur ista vice, prelibatis viris . . conmendatori et fratribus patentius sigillatam.

Datum anno domini m°ccc°xviii°, in vigilia beati Johannis baptiste.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

338. 1318 *aug.*

Ego Kusa civis in Frideberg, filia quondam Vdonis scabini Wetfla- 1318
riensis, communicata manu Henrici de Gysinhem mariti mei legitimi, ac- aug.
cedente consensu Volperti generi mei et Lucardis ejus uxoris ac Johannis puerorum meorum vendidi Alheydi mee cognate dilecte, relicte quondam Johannis dicti Beygir scabini Wetflariensis, jus meum in bonis meis sitis in villa Leytgesteren, quorum bonorum alteram partem religiose domine . . magistra et conventus monasterii Celle in Schiffinburch possidere dinoscuntur. Recognoscimus insuper nos Volpertus et Johannes supradicti, nos fidejussisse pro Nycolao fratre et sororio nostro, qui minoris etatis est, ut dicte vendicioni consensum adhibeat, cum ad annos pervenerit discrecionis. Et in horum omnium testimonium sigillum civitatis Frideberch ad rogatum nostrum omnium predictorum litteris presentibus est appensum. Testes: Henricus Engelonis, Johannes Dytwini et Engelo, scabini dicte civitatis.

Datum anno domini m°ccc° decimo octavo, mense augusto.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

339. *Die stadt Weissensee beurkundet eine einigung des deutschen hauses zu Griefstedt mit der wittwe Elisabeth von Hausen und ihrem schwiegersohn Heinrich Anewege über eine streitige hube bei Hausen.* 1318 *aug.* 16.

1318 aug. 16. Nos Burchardus de Gunnestete et Helwicus Mayus magistri consulum ceterique consules civitatis in Wizense universi recognoscimus et presentibus litteris publice protestamur, quod lis seu contentio jam dudum ventilata inter honorabiles viros commendatorem et fratres ordinis domus Theutonice in Grifstete ex una et Elizabet de Husin viduam et Henricum dictum Anewege generum suum ex parte altera super uno manso sito in campis ville Husin, quem ipsi fratres in Grifstete jure hereditario possident a domino preposito in Gelingen, proborum virorum mediante consilio sopita est in hunc modum, quod iidem commendator et fratres in Grifstete dederunt Henrico Anewegen predicto undecimam dimidiam marcas Northusensis argenti et ipse Henricus Anewege et Elizabet socrus sua cum omnibus heredibus suis renunciaverunt et presentibus renunciant perfecta renunciatione omni juri, quod habebant vel habere videbantur in dicto manso et in suis appertinenciis tam in campis quam in villa. Si vero succedente tempore ipsa Elizabet seu aliquis suorum heredum predictos fratres de eisdem bonis inpeteret vel aliquatenus inpediret, Henricus Anewege prefatus cum suis heredibus ipsos fratres ab hujusmodi inpetitione absolvere debet et liberos reddere et indemnes. Super quo presentem litteram conscribi fecimus et nostri sigilli munimine roborari ad petitionem parcium predictarum. Testes hujus conpositionis sunt: Ludewicus de Gruzen et Bertoldus de Summerde, milites, castellani in Wizense, Fridericus de Botelstete advocatus ibidem, et quam plures alii clerici et laici fide digni.

Datum anno domini m°ccc°xviii°, feria quarta post assumptionem sancte Marie virginis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Stark beschädigtes rundes reitersiegel, zwischen den füssen des pferdes ein fisch; umschr.: SIG . . . . . STRI · FO . . ET . . . . . NSE ·

340. *Linza wittwe Bertrams zu Engelbach verkauft dem deutschen hause bei Marburg ihren hof zu Engelbach und erhält ihn in erbpacht zurück.* 1318 *sept.* 15.

1318 sept. 15. Quia hominum memoria infirma est et debilis, ideo de re gesta fit scriptura, que contineat testimonium veritatis. Propter quod ego Linza relicta quondam Bertrami in Engelnbach una cum pueris meis et here-

dibus universis, videlicet Henrico, Conrado, Bertramo, Hermanno, Arnoldo, Hademaro et uxore sua Osterlindi, recognoscimus et constare volumus universis, quod vendidimus communicata manu, consensu unanimi curiam nostram sitam in Engelnbach cum bonis attinenciis, scilicet pratis, campis, pascuis, silvis ac aliis juribus quibuscunque, que bona quondam bona Bertrami nuncupata fuerunt; vendidimus inquam honestis et religiosis viris . . conmendatori et fratribus domus Teuthonice prope Marpurg pro undecem marcis denariorum nobis ab ipsis plenarie persolutis proprietatis titulo in perpetuum possidenda; tali adjecta condicione, quod eadem bona seniori in nostra progenie concedant pro annuo censu, scilicet pro una marca denariorum, tribus hallensibus seu duobus Wedrebiensibus pro denario conputatis, in festo Martini annis singulis persolvenda et pro uno pullo carnispriviali; ita tamen, ut, cum idem senior, cui dicta bona locata sunt et concessa, viam universe carnis ingressus fuerit, successor eorundem bonorum ipsis fratribus pro optimali sex solidos hallensium ministrabit, et sic successive, quamdiu prefata bona poterimus possidere. In cujus rei testimonium prenominatis . . conmendatori et fratribus presentem litteram dedimus et eandem petivimus sigillo civitatis civium in Bydenkap roborari. Et nos scabini et cives in Bydenkap jam predicti recognoscimus ad preces predictorum, scilicet domine Lynze et suorum heredum, nostrum sigillum presentibus apposuisse in testimonium omnium premissorum. Testes eciam hujus sunt: Gyso magister civium, Dytmarus de Wisentbach, Henricus de Nůnnehusen, Guntherus, Hermannus de Breidenbach, Hermannus filius Henrici, Henricus Waltheri, et quam plures alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc°xviii°, in octava nativitatis beate Marie virginis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

341. 1318 *sept.* 17.

1318 sept. 17. Ego Obe relicta quondam Osperti, Hermannus, Hilla et Alheydis liberi mei bona nostra sita in villa Echen, que Conradus ibidem colit, videlicet dimidiam curiam et omnem partem ejusdem aut bonorum eorundem, quam habuimus et nos pro rata attingebat in dictis bonis, vendidimus . . abbatisse et conventui sanctimonialium in Georgenberge apud Frankenberg pro triginta marcis denariorum usualium. In cujus rei testimonium predicte . . abbatisse et conventui damus presentem litteram sigillo universitatis in Marpurg patencius sigillatam, cum testimonio Henrici Schinebenes proconsulis, Alberti in Curia et Syffridi de Bedenkap, scabinorum in Marpurg.

Datum et actum anno domini m°ccc°xviii°, ipso die Lamberti.

Aus orig.-perg. mit siegelbruchstück in Marburg (deutscho.). Auf der rückseite steht von hand des XVI. jahrh.: 'Zu den Eychenn bei Weimar'.

342. *Die richter des Mainzer stuhles beurkunden, dass Johann von Limburg bürger zu Mainz und seine ehefrau Lutza dem deutschen hause in Marburg 7½ achtel korn jährlich aus dem zehnten zu Obererlenbach geschenkt haben.* 1318 *sept.* 30.

1318 sept. 30 Judices sancte Moguntine sedis recognoscimus per presentes, quod Johannes de Lympurg civis Moguntinus et Lutza ejus uxor legittima in nostra presentia constituti pari consensu, unanimi voluntate et matura deliberatione prehabita dederunt et donaverunt perfecta, pura et simplici donatione inter vivos religiosis viris . . commendatori et fratribus ordinis sancte Marie Theutunicorum domus in Marpurg pure propter deum et pro animarum suarum et suorum progenitorum remedio et salute redditus septem et dimidii octalium siliginis mensure Frankenuordensis annue et perpetue pensionis, quam habent et habuerunt ac possederunt hactenus in decima superioris ville Erlebach, et in ipsos eosdem redditus transtulerunt et transferunt simpliciter in hiis scriptis, omni dolo et fraude penitus exclusis, recipiendos perpetue et possidendos, renunciantes omni juri, quod ipsis in predicta pensione conpetiit vel conpetere posset quomodolibet in futurum, ac promittentes contra donationem predictam nunquam venire vel facere per se vel per alium verbo vel opere, publice vel occulte, sed eam ratam et firmam perpetuis temporibus observare. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum.

Actum anno domini m°ccc°xviii°, ii° kalendas octobris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

343. *Der official des propstes von st. Stephan zu Mainz beauftragt den pfarrer zu Cölbe, von dem vicar zu Hassenhausen auskunft darüber zu verlangen, ob der pfarrer daselbst noch am leben sei.* 1318 *dec.* 20.

1318 dec. 20. . . Officialis domini prepositi ecclesie sancti Stephani Moguntine . . plebano in Kulbe seu vices ejus gerenti salutem. Vobis sub pena suspensionis jam late sentencie, quam in vos ferimus in hiis scriptis, trium tamen dierum monicione premissa, [mandamus,] quatenus villam Hossinhusen personaliter accedentes, vicarium ibidem publice moneatis, quem

et nos presentibus ammonemus, ut infra unum mensem post vestram monicionem de vita sui pastoris nos certificet cum effectu, cum nos ex relacione multorum intellexerimus, quod viam universe carnis sit ingressus, cum eciam nolimus, quod dicta ecclesia pastoris solacio destituatur. Alioquin nos patronos dicte ecclesie elapso dicto mense monebimus, ut infra tempus jure [1]) de pastore ydoneo ejusdem ecclesie provideant, ut saltim circa predictam ecclesiam, prout ad nostrum officium pertinet, faciemus. Reddite litteras sigillatas.

Datum anno domini m°ccc°xviii°, xiii° kalendas januarii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel des officials beschädigt; ein zweites war nie angehängt.

344. *Wigand von Wehren schultheiss zu Gudensberg genannt Hobemann verkauft dem deutschen hause bei Marburg zwei malter korn und hafer jährlicher gült zu Wehren.* 1318 *dec.* 22.

Noverint universi, quod ego Wigandus de Werhene scultetus in Gûdinsberg dictus Hobeman consensu Mechtildis mee conthoralis, Alberti, Wigandi et Gisle meorum heredum libere accedente vendidi viris religiosis dominis . . conmendatori domus Jerosolimitane domus prope Marthpûrg de uno manso sito in terminis ville Werhene duo maldra siliginis et avene mixtim in omnem eventum singulis annis persolvenda, quibus redditibus cum heredibus meis predictis renuncio litteras per presentes, promittens dictis fratribus prefatorum reddituum facere warandiam, prout justum fuerit et consuetum; hoc adjecto, si me vel meos heredes conpulsum vel conpulsos vendere contingeret quacumque necessitate dictum mansum, primo exhibebo [2]) vel mei heredes exhibebunt fratribus et dominis antedictis. Qui si forsan emere nollent adeo preciose tamquam alter, quicumque alter emerit dictum mansum, ille emptor dabit et solvet dictis fratribus redditus duorum maldrorum siliginis et avene in omnem eventum annis singulis, sicut superius est expressum. In quorum omnium evidenciam sigillo civium in Gûdinsperg procuravi presentem litteram conmuniri. Et nos Ditmarus Schindelep proconsul, Hermannus Schûffeler, Conradus prope Tiliam, Arnoldus dictus Robere ceterique scabini in Gûdinsperg et Albertus de Werhene [dictus] Hobeman ad preces Wigandi predicti et suorum heredum sigillum civitatis Gûdinsperg apposuimus huic scripto. 1318 dec. 22.

Datum anno m.ccc.xviii., in crastino Thome apostoli.

Aus nr. 333 (340) des Marburger copialbuches in Wien.

1) Oder 'juris' ('jurp' orig.). 2) 'exhibeo' copialbuch.

345. *Abe zu Melbach verkauft ihren hof daselbst dem deutschen hause zu Marburg.* 1318 *dec.* 31.

1318 dec. 31. Ich Abe zů eym male Gernandis suster ufem Anger zů Melpach důn kunt allen den, die dîsen brieb sehen ader horen lesen, daz ich minen hob, der da gelegen ist zů Melpach, han virkauft vur rehtlich eygen den erbern herren von me Duschenhus zů Marpurch mit willen und mit gehancnusse miner ganerben. Da bi waren die erbern lude her Růdolf der wirt, Dyetwin an der Strasen, Emmerche an der Strazen und Růdolf des wirtes sůn, die sceffinnen sint zů Melpach. Rehter werscheffe jar und dach so han ich zů burgen gesast die erbern lude hern Růdolfen den wirt und Dietwinen an der Strasen die vorgenanten. Furwerter me so setzen ich den vorgenanten herren zwene morgen landes, die da ligent an dem Sodeler wege, zů eym underphande also lange, bis mines bruder kint virzihent des vorgenanten hobes. Und me die selben zwene morgen landes hant mir die vorgenanten herren geluhen alle jar um eyn hůn. Und wanne die kint virzihent, so sint die selben vorgenanten zwene morgen ledich und los. Daz diese rede feste und stede si, so han ich den erbern man den pherrer von Melpach gebeden sin ingesigel her an legen. Und ich der vorgenante pherrer bekennen mich an diesem genwortigem briebe, daz ich durch bede der vorgenanten Aben han min ingesigel her an gehangen.

Dirre brieb wart gegeben da man zalte nach godis geburte dusint jar druhundert jar in dem nunzhendem jare, an dem nesten sundage nach Cristes geburte.

Aus orig.-perg. mit siegelbruchstücken in Darmstadt. Gedr.: Baur Hess. Urkunden 1, 342 nr. 496.

346. *Zulo von Amöneburg bürger zu Alsfeld verkauft dem deutschen hause bei Marburg seinen hof zu Kleinseelheim.* 1319 *jan.* 9.

1319 jan. 9. Quoniam (ad instar rote volubilis tempus labitur) et ea, que fiunt in tempore, simul cum tempore (evanescunt), nisi scripturarum (robore et testium ydoneorum robore firmiter) fulciantur atque muniantur; nos igitur Zculo (dictus de) Ameneburg (civis Alsfeltdensis necnon Gerdrudis conjuges) legitimi universis presencium inspectoribus seu auditoribus (cupimus) fore notum (tenore presencium (!) pagine publice profitentes, quod) manu communicata, parili consensu, matura deliberacione (prehabita ac) spontanea voluntate (vendidimus et tenore presentium vendimus) venerabilibus viris . . conmendatori et fratribus (domus) Theutonice prope

(Marpurg curiam nostram in minori Selheim) sitam, quam ad presens inhabitat et colit . . relicta (quondam) Wydradi, cum (omnibus et singulis suis pertinenciis tam in) villa quam extra villam, scilicet aquis, pratis, (campis), pascuis, silvis, (domibus, areis et aliis juribus quibuscunque), pro sexaginta et sex marcis denariorum legalium (nobis ab ipsis), videlicet (. . conmendatore et fratribus plenarie persolutis) titulo proprietatis quiete et pacifice in perpetuum (possidendam), condicionibus (additis infra scriptis: videlicet quod) nulli prorsus quidquam de predicta curia cedat (vel cedere) debet, nisi quod (duo solidi denariorum Marpurgensium et due metrete) siliginis ministrentur de predicta curia annis (singulis) fratribus antedictis; (renunciantes omni juri, proprietati et utilitati,) quod vel quas habuimus et habere potuimus in curia (memo)rata. Promisimus (eciam et promittimus in hiis scriptis) . . conmendatori et fratribus antedictis de vendicione (predicte curie) facere warandiam debitam (et consuetam, et nichilominus fidejussores) ejusdem warandie ipsis fratribus obligavimus et (presentibus) obligamus, videlicet (Wernherum dictum de Frankenberg), Gotfridum dictum de Bernhartsburg et Conradum (dictum) Kempe, scabinos in Alsfeltd. (Et nos antedicti fidejussores) recognoscimus presentibus, quod fidejussimus et tenore (presencium) fidejubemus . . conmendatori (et fratribus antedictis) ex parte Zculonis et Gerdrudis sue legitime uxoris pro warandia facienda de curia sepedicta. Et nos supradicti Zculo et Gerdrudis conjuges legitimi presentem paginam dicto . . conmendatori et fratribus contulimus sigillo civitatis Alsfeltdensis firmiter roboratam in testimonium omnium prescriptorum. Et nos insuper scabini, consules et universi cives de Alsfeltdia recognoscimus, quod ad preces . . conmendatoris et fratrum de domo Theutonica prope Marpurg, Zculonis et Gerdrudis antedictorum et ob veritatis testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum et testes sumus cum aliis quam pluribus fide dignis omnium prescriptorum.

Datum anno domini m°ccc°xix°, feria tercia proxima post epyphaniam domini.

Aus dem von mäusen zerfressenen orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Die eingeklammerten stellen in der schreibung des orig. ergänzt aus nr. 264 (268) des Marburger copialbuches in Wien. Siegel abgefallen.

347. *Friedrich herr zu Heldrungen überlässt dem deutschen hause in Griefstedt zwanzig von ritter Hermann Rost erkaufte morgen waldes auf dem berge Olw zu eigen.* 1319 *jan.* 11.

Nos Fridricus dominus in Helderungen presentibus protestamur, quod honorabilibus viris dominis conmendatori in Grifstete suoque con- 1319 jan. 11.

ventui viginti jugera lignorum, que erga Hermannum militem dictum Rost et suos filios emerant, sita in monte Olw, justo proprietatis titulo erogamus. In cujus rei certitudinem nostrum sigillum duximus presentibus apponendum. Testes hujus donacionis sunt: Hermannus de Appoldia miles, Johannes suus frater, Eckehardus Dives, nostri castellani, et alii fide digni.

Datum anno domini m.ccc.xix., feria quinta post ephyphaniam domini.

Aus nr. 765 (779) des Marburger copialbuches in Wien.

348. *Der official des propstes von st. Stephan zu Mainz gebietet dem pfarrer zu Cölbe, das deutsche haus in Marburg und die übrigen patronatsherren zur sofortigen wiederbesetzung der erledigten pfarrstelle zu Hassenhausen aufzufordern.* 1319 *febr.* 3.

1319 febr. 3. . . Officialis domini . . prepositi ecclesie sancti Stephani Moguntine . . plebano in Kulbe salutem in domino. Vobis sub pena suspensionis, quam in vos ferimus, si non feceritis, quod mandamus, trium tamen dierum monicione premissa [mandamus], quatenus statim visis presentibus religiosos viros conmendatorem et fratres ordinis Thetunicorum domus sancte Marie in Marpurge, patronos ecclesie parrochialis in Hossinhusen, ut intelleximus, ac omnes alios, ad quos jus patronatus predicte ecclesie dicitur pertinere, diligenter et publice moneatis, quos et nos presentibus ammonemus, ut infra octo dies post vestram monicionem de pastore sepedicte ecclesie provideant, cum pro certo didicerimus, quod dicta ecclesia tam diu vacaverit, quod ipsius collacio seu provisio ad proximum superiorem merito sit devoluta. Alioquin nos circa dictam ecclesiam elapsis dictis octo diebus, prout ad nostrum spectat officium, faciemus. Reddite litteras sigillatas.

Datum anno domini m°ccc°xix°, iii° nonas februarii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel des officials abgefallen; ein zweites war nie angehängt.

349. *Das deutsche haus bei Marburg präsentirt dem official des propstes von st. Stephan zu Mainz den geistlichen Johann für die erledigte pfarrei Hassenhausen.* 1319 *febr.* 11.

1319 febr. 11. Honorabili viro domino . . officiali . . prepositi sancti Stephani[1] Moguntini . . conmendator ac universi fratres domus Teuthonice prope

1) 'Stephani Sthephani' orig.

Marpurg cum devotis oracionibus quicquid servicii poterunt et honoris. Ad ecclesiam parrochialem in Hoßenhusen vestre prepositure ex morte . . quondam pastoris ibidem jam vacantem, cujus jus presentandi ad nos tamquam ad veros patronos dinoscitur pertinere, vobis utpote loci archidyacono Johannem clericum, qui licet non existat scolarem [1]) utique ydoneum et discretum per presentes litteras presentamus, rogantes humiliter et devote, quatinus ipsum admittere ad eandem et de eadem dignemini investire pure et simpliciter propter deum, facientes ipsum mitti per quemcunque decreveritis in possessionem ipsius ecclesie corporalem, adhibitis sollempnitatibus debitis et consuetis.

Datum anno domini m°ccc°xix°, dominica Exurge.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

350. *Der official des propstes von st. Stephan zu Mainz fordert den pfarrer zu Bellnhausen auf, die von seiten des deutschen hauses bei Marburg geschehene präsentirung des geistlichen Johann für die pfarrei Hassenhausen in der kirche daselbst behufs erhebung etwaigen einspruches bekannt zu machen.* 1319 *febr.* 15.

. . Officialis domini . . prepositi ecclesie sancti Stephani Moguntine 1319 febr. 15.
. . plebano in Badelingehůsen salutem in domino. Ex parte Johannis clerici nobis extitit humiliter supplicatum, ut, cum ipse ad ecclesiam parrochialem in Hoßenhůsen vacantem ex morte quondam ipsius ecclesie rectoris per conmendatorem ac universos fratres domus Teuthonice prope Marpurg sit nobis presentatus, ipsum investiremus et in possessionem ipsius mittere curaremus. Nolentes igitur secundum doctrinam apostoli nemini cito manum inponere [2]), vestre discrecioni conmittimus et mandamus, quatenus dictam ecclesiam personaliter accedentes proclamacionis edictum publice proponatis, ut omnes ac singuli, qui sua crediderint interesse, feria quinta proxima post dominicam Reminiscere [3]) coram nobis conpareant, jus suum de dicta ecclesia legittime ostensuri; alioquin nos circa predictum presentatum, prout ad nostrum spectat officium, faciemus. Reddite litteras sigillatas.

Datum anno domini m°ccc°xix°, xv. kalendas marcii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel des officials zerbrochen; ein zweites war nie angehängt.

---

1) So im orig.; vielleicht fehlt etwas nach 'existat', und 'scolarem' gehört zum folgenden.

2) 1 Tim. 5, 22.

3) März 8.

351. *Das deutsche haus bei Marburg und das kloster Altenberg wollen die kosten ihres prozesses gegen ritter Milchling von Giessen wegen eines hofes zu Lützellinden gemeinsam tragen.* 1319 *febr.* 28.

1319 febr. 28. Universis presencium inspectoribus nos frater Bertholdus de Buches commendator ac ceteri fratres domus Teuthonice prope Marpurg ex una, et nos prior, magistra totusque conventus monasterii in Aldenburg . . . . ex parte altera notum facimus tenore presencium publice protestantes, quod super causa, quam movemus seu movere intendimus coram quibuscunque judicibus ecclesiasticis vel mundanis contra pueros seu heredes quondam dicti Milcheling de Gyzen militis occasione cujusdam annue pensionis conpetenti nobis partibus legitime in villa Luzelinden de curia dicta in vulgo der Gradishoiv et de bonis dependentibus ab eadem, simul expensas necessarias absque omni dolo et fraude tolerare volumus et debemus nec una pars sine alia composicionem aliquam inire debet nec poterit aliquatenus de facto vel de jure amotis omnibus occasionibus penitus et exclusis. In cujus rei testimonium nos commendator et fratres predicti pro nobis sigillum domus nostre, et nos prior, magistra et conventus . . . pro nobis sigillum nostri monasterii presentibus apposuimus in testimonium premissorum.

Datum et actum anno domini m.ccc.xix., feria iiii. post dominicam Invocavit.

Aus Gudenus Codex III, 169.

352. *Der official des propstes von st. Stephan zu Mainz beauftragt den pfarrer zu Oberwalgern, den für die pfarrei Hassenhausen präsentirten und investirten geistlichen Johann in dieselbe einzuführen.* 1319 *märz* 12.

1319 märz 12. . . Officialis domini . . prepositi ecclesie sancti Stephani Moguntine . . plebano in superiori Walgerin salutem in domino. Cum Johannes clericus nobis ad ecclesiam parrochialem in Hossinhusen a veris ipsius ecclesie patronis presentatus [sit eundemque] premissa proclamacione legitima investiverimus, sic et presentibus investimus, mandantes vobis, quatenus ipsum sic a nobis investitum ducatis eundem in possessionem ipsius ecclesie corporalem, facientes sibi a fructibus, redditibus et obvencionibus tamquam vero rectori integraliter responderi, adhibitis circa premissa sollempnitatibus debitis et consuetis. Reddite litteras sigillatas.

Datum anno domini m°ccc°xix°, iiii° idus marcii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen; ein zweites war nie angehängt.

353. *Der deutschmeister und der comthur des deutschen hauses zu Marburg bestimmen, dass der vorsteher des deutschen hauses zu Wetzlar wegen der schenkung der königin Agnes von Ungarn dem Marburger pietanzmeister jährlich 10 pfund heller zu entrichten habe. 1319 märz 14.*

Frater Elberhardus de Sulzberg ordinis sancte Marie Teuthonicorum per Alemanniam preceptor universis presentem litteram inspecturis salutem et subscriptam cognoscere veritatem. Quia humanum genus tantis perversitatibus et astuciis est inbutum, ut ea, que sunt legitime ordinata, abolere studeant et mutare, ad hoc itaque precavendum nos frater Elberhardus preceptor predictus et frater Bertholdus de Bůches conmendator domus Marpurg constare volumus universis tam presentibus quam futuris, quod ex deliberacione matura prehabita, fratribus pocioribus domus Marpurg in hoc nobiscum concordantibus et consencientibus, statuimus, ordinavimus et presentibus inviolabiliter ordinamus, ut provisor domus Wetflariensis quicunque pro tempore fuerit . . magistro pyctanciarum domus Marpurg quinque libras hallensium in festo obitus beate Elyzabet et quinque libras in anniversario incliti domini Andree quondam Vngarie regis, hoc est ipso die Felicis in pincis [1]), sine omni contradictione annis singulis perpetuis temporibus amministret, non de aliquibus redditibus hic vel ibi cedentibus, set de domo Wetflarie specialiter derivandis, et hoc racione quinquaginta quinque marcarum argenti puri, quas serenissima domina Agnes quondam regina Vngarie ob sue anime et suorum progenitorum remedium nostro, scilicet . . preceptoris, mediante consilio domui Marpurg in puram elemosinam contulit et legavit [2]). Et ne hoc factum possit ab aliquibus in posterum irritari, nos frater Elberhardus preceptor predictus una cum conmendatore predicte domus nostra sigilla presentibus apposuimus in perpetuam memoriam rei geste.

1319 märz 14.

Datum anno domini m°ccc°xix°, ii° idus marcii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Beide siegel abgefallen. Unterm datum Frankenford 1335 die beate Elizabeth festi yemalis' (nov. 19.) wurde diese urkunde transsumirt und bestätigt durch 'frater Wolframus de Nellenburg ordinis fratrum Theutonicorum per Alemanniam preceptor'. Orig.-perg. wie vor. Siegel beschädigt.

354. *Johann Rodechin bürger zu Friedberg verkauft dem deutschen hause in Marburg seine güter zu Hulshofen. 1319 apr. 12.*

Nos Johannes Rodechin necnon Katherina conthoralis mea legittima, cives in Frideberg, universis presencia visuris, audituris seu legi audi-

1319 apr. 12.

1) Jan. 14. 2) Nr. 139.

turis [1]) constare cupimus publice protestantes, quod nos matura prehabita deliberacione, pari consensu ac manibus adunatis omnia et singula bona nostra in Vlishouen in villa et extra villam, campis, pratis et nemoribus, quocunque nominentur vocabulo, cum omni jure, dominio et proprietate, quibus nos ea hactenus possidebamus, vendidimus atque simplici vendicione alienamus in hiis scriptis honorabilibus viris conmendatori totique conventui fratrum ordinis Theutonicorum domus in Marpurg habenda, tenenda et possidenda perpetuis futuris temporibus cum omni felicitate et quiete, ita quod in memoratis bonis nobis nec nostris heredibus nichil juris neque actionis nunc aut in posterum penitus reservemus. Testes ad hoc vocati sunt: Jungo de Lympurg, Johannes der Groze, Angelus filius Angeli, scabini; Hartmannus de Ascaffenburg, Wenzelo Riche, Henricus dictus Swane de Dorheym et Henricus Deykwecke de Carben, oppidani Fridebergenses, et quam plures alii fide digni. In quorum robur et evidenciam hanc kartam sigillo civitatis Frideberg rogavimus conmuniri. Nos vero scultetus, scabini et consules jam dicte civitatis recognoscimus ad preces prescriptorum nostrorum concivium nostrum apposuisse sigillum huic scripto.

Datum anno domini m°ccc°xix°, feria quinta post pascha.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

355. *Die scheffen von Fritzlar beurkunden, dass Albert Hoveman von Wehren und Volpert sein sohn dem deutschen hause bei Marburg eine halbe hube zu Wehren verkauft haben.* 1319 *apr.* 14.

1319 apr. 14. Nos Theodericus de Kerchain, Wernherus de Foro, proconsules; Iwanus, Hermannus Mulenere, Giso Katzeman, Albertus de Rytthe, Kono, Conradus Bodonis, Johannes Moyscheit, Conradus Wicnandi, Johannes Knorro, Gerlacus de Delike et Conradus Lucelwic, scabini Fritslarienses, presentibus litteris profitemur, quod Albertus de Werhene dictus Houeman et Volpertus suus filius constituti coram nobis medietatem unius mansi siti in Werhene, in quo habebant quoddam jus quod vulgo dicitur liphgedinge, vendiderunt viris religiosis dominis . . conmendatori et fratribus domus Teutonice prope Marpurg proprietatis titulo perpetuo possidendam, renunciantes suo juri in dicto manso publice coram nobis. Hujus vendicionis sunt testes: dominus Volpertus Stengoz sacerdos, Wigandus de Werhene, Hermannus de Lemego, Albertus Wersinc et magister Johannes, et plures alii fide digni. In quorum omnium

1) So im orig.; statt des ersten 'audituris' hätte es 'lecturis' heissen müssen.

memoriam nos scabini predicti ad preces Alberti et sui filii predictorum sigillum civitatis apposuimus huic scripto.

Datum xviiii° kalendas maji, anno domini m°ccc°xviiii°

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

356. 1319 *apr.* 15.

Nos sculthetus, scabini et consules in Geylnhusen recognoscimus, quod Gotfrido una cum Jutta uxore ejus legitima, Ludewico una cum Irmengarde uxore sua legitima necnon Gerlaco fratribus dictis de Orba coram nobis constitutis recognoverunt se vendidisse viro provido Hermanno filio Rulo Reye, Alheydi uxori ejus legitime, civibus Wetflariensibus, decimam ipsorum in villa Dudenhofen et terminis ejus habitam. In cujus rei testimonium sigillum nostri opidi ad preces parcium presentibus est appensum. 1319 apr. 15.

Datum anno domini millesimo trecentesimo decimo nono, ipsa dominica Quasimodo geniti.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel beschädigt.

357. *P. official der propstei Fritzlar beurkundet, dass der priester Volpert Steyngosse dem deutschen hause bei Marburg äcker bei Fritzlar überlassen habe.* 1319 *apr.* 29.

Nos P. officialis prepositure Friczlariensis presentibus litteris publice profitemur, quod dominus Volpertus sacerdos dictus Steyngosse partem agrorum sitorum in campo Friczlariensi, ipsum ex paterna successione contingentem, videlicet duo jugera cum dimidio et unum juger, quod emit apud fratrem suum Gerlacum Steyngossen, assignavit et dedit viris religiosis dominis . . conmendatori et fratribus domus Jherosolimitane prope Marporg et ipsos misit in possessionem dictorum agrorum divisione facta cum suis coheredibus in dictis agris. In quam agrorum assignacionem coheredes sepefati domini Volperti, videlicet Gerlacus suus frater, Elizabet sua uxor, Volpertus et Greta, ipsius coheredes, libere consenserunt. Hujus rei testes sunt: dominus Conradus Yetze presbiter, Johannes clericus pedagogus domini Godeberti de Rvmerade, Johannes servus domini Petri et Gebeno filius Ywani, et plures alii fide digni. In quorum omnium memoriam firmiorem nos P. officialis prepositure Friczlariensis ad preces domini Volperti sacerdotis et suorum coheredum sigillum officialatus [1]) prepositure Friczlariensis apposuimus huic carte. 1319 apr. 29.

Datum anno domini m°ccc°xix°, iii° kalendas maji.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

1) 'officφ' orig.

358. *Der priester Heinrich von Holzheim verkauft dem deutschen hause bei Marburg eine hube bei Gombet.* 1319 *mai* 8.

1319 mai 8. In dei nomine, amen. Quoniam humana memoria labilis est et caduca, expedit ea que aguntur scripture et testium testimonio perennari. Noverint universi presencium inspectores, quod ego Henricus sacerdos dictus de Holzheym bona deliberacione prehabita et consilio meorum amicorum vendidi unum mansum situm in terminis ville Gumpette, prout ipsum hactenus possedi ex paterna successione, cum suis pertinenciis, domibus, orreis, pratis, pascuis, silvis, aquis, vel quocunque nomine censeantur, viris religiosis dominis . . conmendatori, . . priori et collegio domus Jherosolimitane prope Marporg titulo proprietatis perpetuo possidenda; cui manso sive bonis, prout ea hactenus possedi, renuncio litteras per presentes, promittens dictorum bonorum prefatis dominis prope Marporg facere warandiam debitam et consuetam. Nos vero Conradus frater dicti domini Henrici, Henricus et Johannes fratres dicti de Holzheym fidejussores nos constituimus pro warandia dictorum bonorum facienda, prout justum fuerit et consuetum. Hujus[1]) vendicionis testes sunt: dominus Johannes sacerdos dictus de Nuwinborg, Hermannus de Lemegowe, Henricus de Strithusin, Rudolfus Knorre, magister Johannes, et plures alii fide digni. In quorum omnium memoriam sigillo civitatis Fritzlariensis procuravimus presentem litteram sigillari. Et nos Th. de Kirchagin, Wernherus de Foro, Ywanus, Hermannus Mulnere, Giso Katzeman, Cvno, Johannes Monscheyt, Conradus Bodonis ceterique scabini Fritzlarienses ad preces domini Henrici sacerdotis, Conradi sui fratris, Henrici et Johannis fratrum dictorum de Holzheym sigillum civitatis in testimonium premissorum apposuimus huic scripto.

Actum et datum Fritzlarie, anno domini m°ccc°xix°, feria tercia proxima post dominicam Cantate.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

359. 1319 *jun.* 17.

1319 jun. 17. Ego Ruclo Angeli et ego Ymeludis conjuges Jutthe et Vden sororibus carnalibus dictis uf der Gozzen, nostris neptibus, concessimus bona nostra sita in villa Wenkebach jure hereditario aut mansionario, quoad vixerint; ita tamen sane, quod nobis aut nostris heredibus singulis annis nomine census annui ipso festo beati Martini unum solidum denariorum Marpurgensium et unum pullum carnisprivialem amicabiliter ministrabunt. Quia dicte sorores eadem bona nobis tradiderunt voluntarie atque

1) Von hier ab ist mit etwas blasserer tinte geschrieben.

sponte, quandocumque ipsos decedere contigerit, sex marcas denariorum Aquensium, videlicet tribus hallensibus pro denario conputandis, dare debemus in salutem animarum suarum quocumque aut cuicumque assignare decreverint. In cujus rei testimonium ipsis sororibus damus presentem litteram sigillorum domini . . plebani in Marpurg ac universitatis ejusdem munimine sigillatam, cum testimonio domini Volperti ipsius plebani, Henrici Zolleneres[1]) militis, Henrici Schinebenes et Hermanni notarii.

Datum anno domini m°ccc°xix°, xv° kalendas julii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Beide siegel zerbrochen.

360. *Der geistliche Friedrich Raustein schenkt dem deutschen hause bei Marburg sein haus am Kilianskirchhof daselbst.* 1319 *jul.* 6.

Ego Fridericus Rausten clericus coram universis publice recognosco, quod do et dedi voluntate libera honestis et religiosis viris . . commendatori et fratribus domus Teuthonice prope Marpurg domum meam contiguam cymiterio sancti Kyliani in Marpurg, quam quondam Dylemannus figulus vasorum, quod in vulgo dicitur ulnnere, inhabitabat, in puram et perpetuam elemosinam simpliciter propter deum, ita quod anniversarius parentum meorum aput eosdem fratres cum vigiliis et missis annis singulis perpetuis temporibus peragatur. Et hanc donacionem feci presentibus ydoneis viris magistro Volperto plebano in Marpurg, Henrico Wigelonis magistro civium, Ernesto, scabinis ibidem, cum appensione sigilli civitatis ejusdem, quod apponi rogavi in testimonium omnium premissorum, quod et nos plebanus, Henricus et Ernestus predicti recognoscimus premissa omnia esse vera. 1319 jul. 6.

Datum anno domini m°ccc°xix°, in octava apostolorum Petri et Pauli.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

361. *Papst Johann XXII. beauftragt den erzbischof von Mainz und die bischöfe von Strassburg und Würzburg, den deutschen orden gegen beeinträchtigungen zu schützen, und ertheilt ihnen dafür umfassende vollmacht. Avignon* 1319 *jul.* 12.

Johannes episcopus servus servorum dei venerabilibus fratribus . . archiepiscopo Moguntino et . . Argentinensi ac . . Herbipolensi episcopis salutem et apostolicam benedictionem. Etsi quibuslibet religiosis per- 1319 jul. 12.

1) 'Zoll' orig.

sonis et locis ex injuncte nobis servitutis officio assistere defensionis presidio teneamur, illis tamen specialius et efficacius adesse nos convenit, qui sedi apostolice inmediate subjecti non habent preter Romanum pontificem alium defensorem. Sane dilectorum filiorum . . magistri et fratrum hospitalis sancte Marie Theutonicorum Jerosolimitani ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis conquestione percepimus, quod nonnulli archiepiscopi, episcopi, abbates et alii clerici ecclesiasticeque persone tam religiose quam seculares, necnon comites et barones, nobiles, milites, universitates et alii seculares civitatum et dyocesum ac parcium vicinarum, in quibus dictum hospitale necnon et alia loca et menbra eidem hospitali pleno jure inmediate subjecta, ad eandem sedem dumtaxat spectancia consistere dinoscuntur, occuparunt et occupari fecerunt ecclesias, grangias, obediencias, castra, casalia, terras, vineas, possessiones, census, redditus et proventus, jura, jurisdictiones et nonnulla alia bona mobilia et inmobilia ad dictum hospitale et alia prelibata ejus menbra spectancia, seu eadem detinentibus prestant auxilium et favorem, nonnulli eciam civitatum, dyocesum ac parcium predictarum, qui nomen domini in vacuum recipere non formidant, dictis . . magistro et fratribus dicti hospitalis in ecclesiis, grangiis, castris, casalibus, terris, jurisdictionibus, juribus, bonis et rebus aliis ad hospitale predictum spectantibus multiplices molestias et injurias inferunt et jacturas. Quare dicti . . magister et fratres nobis humiliter supplicarunt, ut, cum valde difficile reddatur eisdem et aliis menbris suis pro singulis querelis ad apostolicam sedem habere recursum, provideri eis super hoc paterna diligencia curaremus. Nos igitur adversus occupatores, detentores, presumptores, molestatores et injuriatores hujusmodi illo volentes eis remedio subvenire, per quod ipsorum conpescatur temeritas et aliis aditus committendi similia precludatur, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios, etiam si sint extra loca, in quibus deputati estis conservatores et judices, . . magistro, fratribus et menbris predictis efficacis defensionis presidio assistentes, non permittatis eosdem [1]) super hiis et quibuslibet aliis bonis et juribus ad ipsos spectantibus ab eisdem et quibuscunque aliis indebite molestari vel sibi gravamina seu dampna vel injurias irrogari, facturi ipsis, cum ab eis vel eorum aliquo seu procuratore vel procuratoribus eorundem vel alicujus eorum fueritis requisiti, de predictis et aliis personis quibuslibet super restitucione ecclesiarum, grangiarum, castrorum, casalium, terrarum, possessionum, jurisdictionum, jurium et bonorum inmobilium et mobilium, reddituum quoque, proventuum et aliorum quorumcunque bonorum necnon et quibuslibet injuriis et molestiis atque

1) So B; 'eisdem' A.

dampnis presentibus et futuris, in illis videlicet, que judicialem requirunt indaginem de plano, sine strepitu et figura judicii, in aliis vero, prout qualitas ipsorum exegerit, justicie conplementum, occupatores seu detentores, molestatores, presumptores et injuriatores hujusmodi necnon contradictores quoslibet et rebelles cujuscumque status, ordinis vel condicionis, eciam si archiepiscopalis vel episcopalis dignitatis extiterint, quandocumque et quotienscumque expedierit, auctoritate nostra appellacione postposita conpescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis; non obstantibus felicis recordacionis Bonifacii pape viii. predecessoris nostri [1]), in quibus cavetur, ne aliquis extra suam civitatem et dyocesim nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine sue dyocesis ad judicium evocetur, seu ne judices et conservatores a sede deputati predicta extra civitatem et dyocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere seu alii vel aliis vices suas committere aut aliquos ultra unam dietam a fine dyocesis eorundem trahere presumant, seu quod de aliis quam de manifestis injuriis et violenciis, que judicialem indaginem exigunt, penis in eos, si secus egerint, et in id procurantes adjectis conservatores se nullatenus intromittant, ut [2]) tam de duabus dietis in concilio generali, dummodo ultra terciam vel quartam dietam aliquis extra suam civitatem et dyocesim auctoritate presencium ad judicium non trahatur, quam aliis quibuscumque constitucionibus a predecessoribus nostris Romanorum [3]) pontificibus tam de judicibus delegatis et conservatoribus quam personis ultra certum numerum ad judicium non vocandis aut aliis editis, que vestre possent in hac parte jurisdictioni ac potestati ejusque libero exercicio quomodolibet obviare, seu si aliquibus communiter vel divisim a predicta sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari seu extra vel ultra certa loca ad judicium evocari non possint, per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi et eorum personis, locis et ordinibus et nominibus propriis mencionem, et qualibet alia dicte sedis indulgencia generali vel speciali, cujuscunque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam vestre jurisdictionis explicacio valeat quomodolibet inpediri et de qua cujusque toto tenore de verbo ad verbum in nostris litteris habenda sit mencio specialis. Ceterum volumus et apostolica auctoritate decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum eciam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit inpedimento canonico inpeditus, quodque a data presencium sit vobis et unicuique vestrum in premissis omnibus et eorum singulis, ceptis et non ceptis, presentibus et futuris,

1) Ergänze 'litteris' (fehlt A. B. C).
2) 'et' B.
3) 'Romanis' B.

perpetuata potestas et jurisdictio attributa, ut eo vigore eaque firmitate possitis in premissis omnibus, ceptis et non ceptis, presentibus et futuris, et pro predictis procedere, ac si predicta omnia et singula coram vobis cepta fuissent et jurisdictio vestra et cujuslibet vestrum in predictis omnibus et singulis per citacionem vel modum alium perpetuata legitimum exstitisset, constitucione predicta super conservatoribus et alia qualibet in contrarium edita non obstante.

Datum Auinione, iiii° idus julii, pontificatus nostri anno tercio.

Aus einer von erzbischof Mathias von Mainz ausgestellten und besiegelten abschrift auf perg. (A), d. d. Moguncia, in festo beatorum Phylippi et Jacobi apostolorum (ohne jahr), in Marburg (deutscho.). Daselbst noch eine andere copie auf perg., ausgestellt und besiegelt von dem decan Heinrich und dem cantor Reinhard des domes zu Frankfurt (B).

Eine gleiche bulle (C) erging an dem selben tage an den erzbischof von Trier und die bischöfe von Lüttich und Metz; abschrift wie A.

362. *Landgraf Otto von Hessen und Alheidis seine gemahlin entlassen auf bitten bruder Gobelins vom deutschen hause in Marburg dessen diener Tilemann von Martinsweimar der hörigkeit.* 1319 *jul.* 22.

1319 jul. 22. Nos Otto dei gracia lantgravius, terre Hassie dominus, ac Alheydis eadem gracia lantgravia, conthoralis nostra, presentibus liquide profitemur, quod precibus et instanciis religiosi viri fratris Gobelini ordinis Theutonicorum domus in Marpurg amici nostri specialis obtemperati annuentes, Thilemannum ejus pro tempore famulum dictum de Mertinswymer, nostrum servum et ad nos jure proprietatis pertinentem, libertavimus et presentibus libertamus, renunciantes omni juri nobis in posterum contra dictum nostrum servum quomodolibet suffraganti, dantes super hoc nostrum sigillum, quo nostra conthoralis et domina contentatur, presentibus appensum in testimonium premissorum.

Datum eciam [1]) anno domini m°ccc°xix°, in die beate Marie Magdalene.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

363. *Ritter Heinrich von Gebesee und seine söhne Johann und Heinrich verkaufen dem deutschen hause zu Griefstedt zwei huben landes bei Gebesee.* 1319 *jul.* 25 (29?).

1319 jul. 25 (29?). Nos Henricus de Gebese, Johannes filius suus, milites, et Henricus filius suus junior recognoscimus tenore presencium litterarum lucide pro-

1) So im orig.

fitentes, quod nos unanimi consensu vendidimus duos mansos sitos in campis ville Gebese honorabilibus et religiosis viris . . conmendatori et fratribus ordinis domus Theutonicorum in Grifstete pro quinquaginta marcis puri argenti nobis integraliter persolutis, quos duos mansos iidem fratres jure proprietario quiete et pacifice perpetuo possidebunt. De quibus bonis memoratos fratres warandamus et warandiam facimus, sicut de bonis proprii juris warandiam seu caucionem facere est consuetum. Super quo presentem litteram conscribi fecimus et nostri sigilli munimine roborari.

Datum anno domini m.ccc.xix., iiii. kalendas augusti, hoc est in die sancti Jacobi apostoli [1]).

Aus nr. 787 (801) des Marburger copialbuches in Wien.

364. *Der hochmeister des deutschen ordens bestätigt die stiftung der Emecha für die Michaelskapelle beim deutschen hause zu Marburg.* 1319 *sept.* 7.

Frater Karulus de Treuiris magister generalis hospitalis sancte Marie Theutonicorum Jherosolymitani universis presentem litteram inspecturis salutem in eo, qui dat salutem omnibus et conservat. Cum dilecta nobis in Christo Emecha familiaris nostra pro remedio anime sue parentumque suorum capellam sancti Michaelis sitam apud domum nostram Marpurc bonis suis dotaverit [2]) et redditus certos [3]), de quibus sacerdos in eadem capella domino serviturus sustentari potest, eedem capelle deputaverit, dederit et jam libere resignaverit in hunc modum, quod de cetero numerus fratrum sacerdotum in uno sacerdote excrescat, qui in dicta capella in perpetuum diebus singulis officia celebret divinorum et sacerdos undecimus habeatur, cum jam sint decem numero deputati, nos dicte Emeche pie voluntati et desiderio per omnia obtemperare volentes, accedente consensu et voluntate unanimi commendatoris et fratrum omnium domus Marpurc, omnem hujusmodi ordinationem suam ratam habentes et gratam, ipsam presentibus confirmamus etc. In cujus facti testimonium et robur perpetuum presentem litteram cum appensione sigilli nostri duximus porrigendam.

1319 sept. 7.

Datum anno domini m.ccc.xix., in vigilia nativitatis beate virginis.

Aus Histor. diplom. Unterricht nr. 96.

---

1) Erstere datirung bezeichnet den 29., letztere den 25. juli; vermuthlich las der abschreiber irrig 'iiii.' statt 'viii.'

2) 'dotavit' druck. 3) 'ceteros' druck.

365. *Mechthild und Cysa Dychteren bürgerinnen zu Wetzlar verkaufen dem deutschen hause in Marburg zwei malter korn jährlich zu Rehenborn.* 1319 *sept.* 23.

1319 sept. 23. Nos Mechtildis et Cysa dicte Dychteren cives Wetflarienses ad universorum noticiam cupimus pervenire, quod sana deliberacione maturoque consilio prehabitis vendidimus, dedimus, vendimus et damus justo vendicionis titulo in hiis scriptis honorabilibus et religiosis viris . . commendatori et fratribus domus Theutonice in Marcpurch duo maldra puri siliginis mensure Wetflariensis annue et perpetue pensionis ex omnibus bonis mee Mechtildis predicte sitis in villa Rehinburne et in ejus confinione, ipsis annis singulis Wetflariam per colonum dictorum bonorum, qui pro tempore fuerit, infra duo assumpcionis et nativitatis beate Marie virginis festa presentanda, non obstante casu quolibet vel eventu, tollenda, percipienda in perpetuum et habenda, pro certa summa pecunie nobis penitus tradite et pagate. In cujus rei testimonium, robur firmum et munimen sigillum civitatis Wetflariensis nostris precibus presentibus est appensum. Hujus facti testes sunt: Hermannus Selige, Rulo Reye, scabini dicte civitatis, et alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc°xix°, dominica proxima post Mathei.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel zerbrochen.

366. *Ritter Heinrich Heczebolt burgmann zu Weissensee verkauft dem deutschen hause zu Griefstedt eine hube bei Schönstedt.* 1319 *nov.* 9.

1319 nov. 9. Ego Henricus miles dictus Heczebolt castellanus in Wizense recognosco per presentes, quod ego de unanimi consensu omnium heredum meorum vendidi unum mansum situm in campis ville Schinstete honorabilibus et religiosis viris conmendatori et fratribus domus Theutonice in Grifstete pro sex marcis et uno fertone Northusensis argenti michi integraliter persolutis, cujus mansi medietatem Wernherus dictus der Kinde et reliquam mediam partem Albertus Ermentrudis a me jure hereditario actenus possederunt. Ejusdem eciam mansi jus proprietarium seu proprietatem ante festum penthecostes proxime affuturum procurabo omni postposita dilacione et omni dolo procul moto fratribus memoratis. Sin autem, ego una cum Henrico de Someringen in civitate Wißinse obstagium observabimus apud alienos hospites conmedendo nec inde recessuri, donec ejusdem mansi proprietas jam dictis fratribus a me fuerit legittime procurata. In cujus rei testimonium presentem litteram dedi sigillo castellanorum in Wißinse roboratam. Testes hujus rei sunt: Ber-

toldus de Sumerde miles, Guntherus dictus Meicz et Hermannus de Krannichborn, et quam plures alii fide digni.

Actum et datum anno domini m.ccc.xix., feria sexta ante festum beati Martini.

Aus nr. 768 (782) des Marburger copialbuches in Wien.

367. *Frau Agnes von Nürnberg schenkt im namen der verstorbenen Alheidis von Bauerbach dem deutschen hause bei Marburg einkünfte von dem hause des verstorbenen Johann von Eilo.*

1319 *dec.* 20.

Nos domina Agnes de Nûrenberg tenore presencium recognoscimus et constare volumus universis, quod damus et dedimus nomine Alheydis de Burbach bone memorie religiosis et discretis viris . . conmendatori et fratribus domus Theuthonice prope Marpurg septem solidos denariorum Marpurgensium cum uno pullo carnispriviali cedentes de area et domo quondam Johannis de Eylo proprietatis titulo perpetuis temporibus possidendos, quos inquam septem solidos cum pullo eadem Alheydis nobis tamquam manufideli commisit omnibus suis heredibus consencientibus et donavit. Dedimus inquam predictos septem solidos presente Ludewico dicto Kalp canonico Fricslariensi et Ludewico ex Curia magistro civium in Marpurg memoratis fratribus[1]) sub sigillo predicte civitatis, quod apponi rogavimus, roboratum, eo ut ejusdem Alheydis memoria apud predictos fratres jugiter habeatur. Nos quoque scabini et cives predicti recognoscimus nostrum sigillum ad preces prefate domine nostre de Nûrenberg presentibus apposuisse in testimonium omnium premissorum. 1319 dec. 20.

Datum anno domini m°ccc°xix°, in vigilia Thome apostoli.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

368. *Johann von Rodenhausen, seine ehefrau Lukard und sein schwager Johann von Vers verkaufen dem deutschen hause bei Marburg den dritten theil eines hofes zu Cyriaxweimar.*

1320 *febr.* 5.

Noverint universi presencium inspectores, quod ego Johannes de Rudenhusen una cum Luchardi uxore mea legitima, ego quoque Johannes sororius suus, filius quondam Rudolphi de Verse, vendidimus et vendidisse nos recognoscimus conmunicata manu et unanimi consensu religiosis et honestis viris . . conmendatori et fratribus domus Teuthonice prope 1320 febr. 5.

1) Ergänze 'per presens scriptum'.

Marpurg terciam partem curie site in villa Wymere sancti Cyriaci, de qua curia idem comendator et fratres habent et habebant antea tria maldra siliginis et tria maldra avene; vendidimus inquam cum omnibus pertinenciis in eadem villa, scilicet pratis, campis, ortis, areis, silvis, pascuis, aquis et aliis juribus quibuscunque, exceptis hominibus ibidem nobis attinentibus, pro triginta marcis denariorum proprietatis titulo quiete et pacifice in perpetuum possidenda, renunciantes omni actioni, questioni, utilitati et juri, quod de cetero in eadem curia cum pertinenciis ejusdem nobis posset conpetere seu deberet; immo transferimus simpliciter et expresse quicquid juris in ipsa habuimus in jam dictos fratres et transtulisse nos recognoscimus in hiis scriptis. Promisimus quoque et promittimus per presentes predictis fratribus dicte nostre vendicionis et renunciacionis facere warandiam debitam et consuetam, et nichilominus fidejussorem perfecte warandie, scilicet Emmerchonem dictum Wolfeskele militem, posuimus et obligamus. Quod et nos Emmercho miles predictus recognoscimus esse verum et ad ipsam warandiam faciendam, si ipsi deficerent, quod absit, nos astringimus per presentes. In cujus rei testimonium nos venditores una cum fidejussore nostro memoratis . . conmendatori et fratribus presentem litteram dedimus sigillo civitatis civium in Marpurg, quod apponi rogavimus, roboratam. Et nos scabini et cives in Marpurg predicti recognoscimus ad preces predictorum Johannis et uxoris sue Luchardis necnon et Johannis sororii sui nostrum sigillum presentibus apposuisse in testimonium omnium premissorum. Hujus eciam testes sunt: Hartmudus Suzesper dictus, Zabel de Verse, milites, Ludewicus ex Curia magister civium, Rukelo Angeli, Henricus filius Ludewici, Theodericus de Rymershusen, Arnoldus frater suus, et quam plures alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc°xx°, Agate virginis.

Nos insuper Emmercho miles ad majorem cautelam nostrum sigillum similiter huic littere apposuimus in testimonium veritatis. Datum ut supra.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Beide siegel abgefallen.

369. *Volkmar sohn des Fritzlarer bürgers Konrad von Homberg verkauft dem deutschen hause in Marburg güter zu Obermöllrich.* 1320 *febr.* 21.

1320 febr. 21. In nomine domini, amen. Acta modernorum idcirco privilegiis roborantur, ne, ut quandoque solet fieri, a posteris maliciose valeant irritari. Hinc ego Volcmarus dictus de Hoinberg natus quondam Conradi de Hoinberg oppidani Fritslariensis omnibus, qui sua interesse voluerint aut

intererit, cupio perpetuis temporibus ut sit notum, quod cum prescientia ac[1]) benivolo consensu omnium meorum choheredum, videlicet Conradi mei fratris, Hermanni dicti Molnnere mei sororii, filiorum dicti Hermanni, Thilemanni clerici, Hermanni, Conradi ac Johannis, necnon Wernheri dicti de Foro generi dicti Hermanni mei sororii, matura deliberatione antehabita, vendidi rite et rationabiliter viris relligiosis . . commendatori et conventui fratrum domus Theuthonice in Marpûrg omnia bona mea, que ad me hereditaria successione pervenerunt, sita in Obrinmeldrych, cum omnibus suis pertinentiis, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, viis, inviis, rubetis, salictis, aquarum decursibus seu quocunque nomine censeantur, cum redditibus denariorum ac aucarum, ac septem jugera sita versus V̊nradren cum omni suo onere et honore, quibus jampridem ea possedi, tytulo proprietatis perpetuis temporibus pacifice possidenda pro quadraginta quinque et dimidia marcis argenti ponderis Frytslariensis, quas marcas ab eis recepisse me profiteor examinatas ac fideliter ponderatas; renuntians ore et manu omni juri, quod habui vel videbar habere in bonis memoratis. Volo etiam, ut teneor, dictorum bonorum infra tempus a jure communi statutum warandiam facere debitam et consuetam. Hujus venditionis, renuntiationis et warandie testes sunt et affuerunt: validus vir Gerlacus de Lynne miles, Conradus de Gûdensperg oppidanus Caslensis, Thilo de Kirchain et Cvno in Foro oppidani Fritslarienses, et plures alii fidedigni. In horum omnium evidentiam et permanentiam firmiorem do hanc litteram sigillo civitatis Frytslariensis sigillatam, quod ad preces meas et omnium predictorum meorum choheredum preces presentibus est appensum. Et nos . . Volcmarus Grebe, Heinricus Katzman proconsules, Theodericus de Sassenhûsen, Heinricus de Rytte, Heinricus de Velsperg, Heinricus de Strithûsen, Conradus Holtzheim, Conradus de Hoinberg, Bertoldus Terkis, Rûdolfus Knorre, Hermannus de Lemegoywe, Wigandus de Kirchain, Walthelmus Ywani et Hermannus Wignandi scabini oppidi Frytslariensis profitemur, quod ad rogatus dicti Volcmari de Hoinberg et aliorum suorum choheredum, Conradi sui fratris nostri conscabini, Hermanni Molnnere senioris, Thylemanni, Hermanni, Conradi ac Johannis filiorum dicti Hermanni atque Wernheri de Foro, qui licet choheredes ratione divisionis que vulgo geathdeylt dicitur nullum penitus jus habuerint in dictis bonis per predictum Volcmarum venditis, attamen ad rogatus eorum sigillum nostre civitatis duximus presentibus appendendum in testimonium premissorum.

Datum feria quinta post dominicam Invocavit, anno domini m°ccc° vigesimo.

Aus orig.-perg in Marburg (deutscho.). Siegel mit rücksiegel (wie an nr. 279) beschädigt.

1) ‘a’ orig.

370. *Marburg 1320 märz 15 (?).*

1320 märz 15 (?). Frater Ludolphus dei gracia episcopus Insule sancte Marie . . . . . Omnibus vere contritis et confessis, qui ad ecclesiam gloriose sponse Cristi beate Elyzabeth aput Marpurg et ad capellam, in qua obiit, necnon ad capellam sancti Michahelis ac eciam ad capellam hospitalis infirmorum Moguntine dyocesis cottidie causa devocionis accesserint, et eis, qui pias suas elemosinas fuerint quocunque tempore elargiti, quadraginta dies et unam karenam de injuncta sibi penitencia relaxamus, accedente tamen consensu domini . . archiepiscopi Moguntini.

Datum Marpurg, anno domini m°ccc°xx°, xviii° kalendas aprilis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen. — Völlig gleichlautende urk. stellten aus: 1) Frater Johannes Sambiensis episcopus. D. Marpurg 1320 xv° kal. apr. (märz 18.). 2) Frater Dytmarus ordinis Cisterciensis Gabulensis episcopus, gerens vices . . . domini Mathie sancte Moguntine sedis electi. D. Marpurg 1322 feria sexta post festum annunciacionis virginis gloriose (märz 26.). 3) Frater Paulus Curoniensis episcopus. D. Marpurg 1322 vii° id. maji (mai 9.). Sämmtlich orig.-perg. wie vor. Die siegel abgefallen.

371. *Landgraf Otto von Hessen bestätigt dem deutschen hause bei Marburg die schenkung meister Ludwigs von Battenfeld. 1320 märz 21.*

1320 märz 21. Nos Otto dei gracia lantgravius, terre Hassie dominus, recognoscimus et constare volumus universis, quod damus et dedimus una cum consensu collateranis [1]) nostre domine Alhedis quidquid juris habuimus vel habere poterimus in futurum in bonis magistri Ludewici de Battinuelt ex quacumque causa religiosis et discretis viris . . conmendatori et fratribus domus Theuthonice prope Marthpůrg et donacionem ipsis fratribus ab eodem magistro Ludewico factam [2]) approbamus et ratam tenere volumus nunc et semper, dantes super hiis presentem litteram nostri sigilli munimine roboratam.

Datum anno domini m.ccc.xx., xii. kalendas aprilis.

Aus nr. 41 des Marburger copialbuches in Wien.

372. *Konrad Budener und Hilla seine ehefrau übergeben sich und ihre habe dem deutschen hause bei Marburg. 1320 märz 21.*

1320 märz 21. Ego Conradus dictus Budenere una cum uxore mea Hilla legitima coram universis recognoscimus publice per presentes, quod in presencia honorabilium virorum domini Gotfridi de Hotsuelt militis et Ludewici de

1) So im copialbuch. 2) Nr. 316.

Curia magistri civium in Marpurg constituti dedimus et damus ex matura deliberacione prehabita donacione irrevocabili ad honorem dei omnipotentis et gloriose matrone beate Elyzabeth personas nostras et res nostras tam mobiles quam inmobiles, quas nunc habemus vel habere poterimus in futurum, honestis et religiosis viris . . conmendatori et fratribus domus Teuthonice prope Marpurg sine omni revocacione in puram et perpetuam elemosinam simpliciter propter deum, cupientes per eandem donacionem certa rerum nostrarum disposicione incertam horam mortis juxta sapientis consilium salubriter prevenire, dantes super hiis predictis . . conmendatori et fratribus presentem litteram sigillo civitatis civium in Marpurg, quod apponi rogavimus, roboratam. Nos quoque scabini et cives in Marpurg predicti recognoscimus ad preces ipsius Conradi et Hille uxoris sue nostrum sigillum presentibus apposuisse in testimonium omnium premissorum.

Datum anno domini m°ccc°xx°, xii° kalendas aprilis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

373. 1320 *märz 24.*

Ich Henrich Drûsmûd und Gerdrût min eliche wirthin dûn kûnt, daz wer mit samender hant han wirkauft eyn maldir korngeldis eweliche uchz umseme eygene, daz sint fier morgin landis und eyn wisse under Dodinhûsin, daz lant ligit dry morgin zû Hûzelingin, eyn morgin hindir den hanbûchin, Dammen Zûlin ûnd siner elichin swester. Des sint geschûge: H. Zûle von Dreyse, Menger Beckere, Menger Lûzzere, Rodolf Erweyzsach, Arnûlt Helwigisson und Hel. Menger de[1] Dodinhûsin. Daz dith sted ûnd weste sy, sa han wers besiggelt mit ingesiggelle hern Gerlachis von Lundorf des ersamen ritheres. 1320 märz 24.

Datum anno domini m°ccc°xx., ix°[2] kalendas aprilis, in secunda feria post palmas.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

374. 1320 *apr. 24.*

Dithmarus dei gracia episcopus ecclesie Gabulensis, gerens vices reverendi in Cristo patris domini P. sancte Maguntine sedis archiepiscopi . . . . . Omnibus vere penitentibus, qui ad ecclesiam sancte Marie virginis sanctique Jacobi apostoli Maguntine diocesis in festis subscriptis, videlicet nativitatis domini, circumcisionis, epyphanie, resurrectionis, ascensionis, penthecostes, omnium sanctorum, in omnibus sollemp- 1320 apr. 24.

1) 'd°' orig. 2) 'xxix°' orig., statt 'xx., ix°'.

nitatibus sancte Marie, in precipuis festis apostolorum Johannis baptiste, Michahelis archangeli, Laurencii martiris, Martini, Nicolai pontificum, Marie Magdalene, in die patronorum et in dedicacione ecclesie accesserint graciam propiciacionis quesituri, vel qui ipsam ecclesiam circumierint oraciones pro defunctis faciendo, quadraginta dies et karenam, illisque, qui corpus dominicum sequntur, cum ad infirmum deportatum fuerit, quadraginta dies de injuncta sibi penitencia in domino misericorditer relaxamus. In cujus rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum.

Datum et actum anno domini m°ccc°xx°, viii° kalendas may.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

375. *Die gebrüder von Göns entsagen ihren ansprüchen auf die mühle zu Damm zu gunsten des deutschen hauses bei Marburg.* 1320 *apr.* 27.

1320 apr. 27. Quoniam propter humane labilitatem memorie actiones hominum, ne labantur cum tempore, in scriptis redigi est utile et necesse, ideo nos Bernhardus miles, Gilbertus, Lupelinus, Marolphus, Gerhardus et Heidenricus fratres carnales dicti de Gunse ad universorum noticiam volumus pervenire et presentibus publice profitemur, quod cum quedam controversia inter nos ex parte una et honorabiles et religiosos viros . . commendatorem et fratres domus Teuthonice prope Marpurg ex parte altera verteretur pro quodam molendino sito in Damme, putantes nos in ipso molendino, quod non fuerat, jus habere, quia vivo et validissimo instructi fuimus testimonio, quod nec nos nec nostri progenitores quicquam juris nunquam habuimus in eodem, hoc presentibus recognoscimus et est verum. Hac itaque cognita veritate ab omni questione, actione et inpecione racione dicti molendini cessavimus et cessare volumus nunc et semper, permittentes et permitti volentes a nostris heredibus dictos fratres predictum molendinum pacifice et quiete imperpetuum possidere cum omni integritate, utilitate, sicut ipsum hucusque liberaliter possiderunt, nec ipsos deinceps in nullo turbare volumus nec debemus, immo pocius eos pro nostre possibilitatis modulo volumus, in quantum possumus, promovere. In cujus rei testimonium memoratis . . conmendatori et fratribus presentem litteram dedimus sigillo nobilis viri domini Johannis comitis de Solmese, nostri Bernhardi, Reinhardi scolteti in Gyzen, Craftonis dicti Shaben militum sigillis, que apponi rogavimus, roboratam. Et nos dominus Johannes comes predictus, Reynhardus et Crafto milites predicti recognoscimus nostra sigilla ad preces supradictorum confratrum, scilicet Bernhardi, Gilberti, Lupelini, Marolphi, Gerhardi et Heidenrici

et eorum coheredum presentibus apposuisse in testimonium omnium premissorum.

Datum anno domini m°ccc°xx° v. kalendas maji.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Jahres- und tagesdatum sind nicht mit sicherheit zu trennen (1320 apr. 27 oder 1325 mai 1), doch ist das angenommene wahrscheinlicher. Die vier siegel beschädigt: 1) rund; im schild ein nach links aufgerichteter, von schindeln umgebener löwe; umschr.: . . . . . NNIS · COMITIS · DE · . . . . . 2) rund; zwei gekreuzte schwerter, die griffe oben; umschr.: . . . . . DI · MILITIS · D . . . . . 3) rund; im schild drei ringe schrägrechts, darüber links ein stern; umschr.: S' · REYNHARDI · . . . . . SVALBACH · 4) dreieckig; im schild ein zweigriffiges schabmesser; umschr.: S' · CRAFTONIS · DICTI · SCABE · MIL' ·

376. *Das deutsche haus bei Marburg und die brüder Johann und Friedrich von Langenstein kommen überein, das patronatsrecht zu Langenstein abwechselnd auszuüben.* 1320 *mai* 10.

1320 mai 10.

Quia in brevi tempore humana labitur et transit memoria, idcirco de hiis, que coram modernis aguntur, ne oblivionem intercidant, publica fieri permittimus instrumenta. Innotescat itaque tam presentibus quam futuris intuentibus presens scriptum, quod cum olim inter nos scilicet . . conmendatorem et fratres domus Theutonice prope Marpurg ex parte una et Johannem et Fridericum fratres carnales dictos de Langenstein ex parte altera, inmo eciam patrem nostrum Fridericum quondam bone memorie super collacione et presentacione ecclesie in Langenstein aliqualis dissensionis materia verteretur, tandem honestis et discretis viris ad hoc assumptis, videlicet dominum Johannem patruum nostrum et dominum Rupertum plebanum in Kirchain, de eorundem dominorum consilio amicabiliter concordavimus in hunc modum, quod dictam ecclesiam in Langenstein alternatim, quandocunque quocunque tempore vacare contingerit, conferamus; ipsi quoque conmendator et fratres primam donacionem facient et habebunt, nos vero Johannes et Fridericus fratres ac nostri heredes habebimus subsequentem, et sic deinceps, ut premissum est, ut omnis cesset litis occasio, predictam ecclesiam dabimus alternatim. In cujus rei testimonium simul et semel presentem litteram damus et dedimus et eandem petivimus sigilli civium in Amenebûrg munimine roborari. Nos quoque . . scabini et cives in Ameneburg predicti recognoscimus ad preces utrarumque parcium nostrum sigillum presentibus apposuisse in testimonium omnium premissorum. Hujus eciam testes sunt: Ditmarus de Selheym, Gerbertus, Ludewicus de Selhem, Wigandus subtus Tilia, Hupertus dictus Amelung et Gerhardus, scabini in Ameneburg, et quam plures alii fide digni.

Datum anno domini m°ccc°xx°, vi° idus maji.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel beschädigt.

377. *Der priester Eckard Kaldaben von Mardorf verkauft dem deutschen hause bei Marburg vier morgen ackerlandes, eine wiese und ein haus zu Mardorf.* 1320 *mai* 20.

1320 mai 20. Noverint universi presentium inspectores, quod ego Eckehardus sacerdos dictus Kaldaben de Marcdorf vendidi religiosis viris . . conmendatori et fratribus domus Teuthonice prope Marpurg quatuor jugera agrorum sitorum juxta villam Marcdorf et pratum unum cum domo in villa proprietatis titulo imperpetuum possidenda, et promisi dictis . . conmendatori et fratribus fide data de predicta vendicione facere warandiam debitam et consuetam coram honestis viris, scilicet Ludewico ex Curia magistro civium in Marpurg, Syfrido de Bydenkap et Ernesto scabinis ibidem, qui dicte vendicioni mee intérerant, et plures alii fide digni; dans memoratis fratribus presentem litteram in testimonium vendicionis et warandie sigillo civitatis civium in Marpurg, quod apponi rogavi, firmiter roboratam. Et nos scabini et cives predicti recognoscimus ad preces ipsius domini Eckehardi nostrum sigillum presentibus apposuisse in testimonium omnium premissorum.

Datum anno domini m°ccc°xx., xiii. kalendas junii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

378. 1320 *jun.* 19.

1320 jun. 19. Nos Johannes filius quondam Baldemari de Rostorf et Gertrudis conjuges necnon Fredericus frater antedicti Johannis vendidimus omnia bona nostra in villa Nunnenhusen sita cum omnibus juribus, cum quibus ex parte . . patris nostri bone memorie hereditario jure ad nos devolvebant, Henrico dicto Vflendere et Yludi uxori sue legitime, Ludewico dicto Swab et Lukardi uxori sue legitime necnon Mechthildi et Tzyne de Herbern sororibus pro novem marcis cum uno solido Coloniensium denariorum jure proprietatis libere possidenda. Testes: Ludewicus de Selheym et Wygandus sub Tylia scabini in Ameneburg cum pluribus aliis fidedignis. In majorem evidentiam hanc litteram sigillo civitatis in Ameneburg petivimus confirmari. Nos quoque . . scabini opidi jam dicti recognoscimus sigillum nostre universitatis presentibus nos appendisse. Et quia Henricus frater nostrorum fratrum predictorum in predictis bonis per nos venditis nichil habet, sed suam partem, quam in eis quondam habuit, nobis vendidit cum testimonio Ludewici et Wygandi predictorum

et aliorum fidedignorum, unde presentibus nobiscum non est inpositus nec insertus.

Datum anno domini m°ccc°xx°, ipso die Gervasii et Prothasii martirum.

Aus dem durch feuchtigkeit beschädigten orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Auf der rückseite steht von der hand bruder Konrads: 'Emptio bonorum in Nunnenhusin'. Siegel abgefallen.

379. *Gottfried von Hatzfeld amtmann zu Marburg entscheidet einen streit zwischen dem deutschen hause bei Marburg und dem ritter Albert von Romrod wegen des zehnten zu Habertshausen.* 1320 *jun.* 29.

Nos Gotfridus de Hatisfelt officiatus in Marpurg innotescere cupimus universis, quod littigantibus religiosis viris . . commendatore et fratribus domus Theotunice apud Marpurg ex parte una et Alberto milite de Rumenrade ex parte altera super quadam decima, quam de bonis ipsis fratribus attinentibus sitis in villa Hadebrateshusen idem Albertus miles receperat, putans se ipsis fratribus melius jus habere, tandem habito consilio dicti fratres una cum ipso Alberto predicto se ex utraque parte nostri Gotfridi et Henrici Zolleners felicis recordacionis arbitrio submiserunt, ut per viam juris proborum virorum testimonium super ipsa decima audiremus et sic cognita veritate ipsam discordiam terminaremus justicia exigente. Quod et fecimus, et didicimus evidenter a viris ydoneis, sapientibus et discretis, quod eadem decima ad ipsos fratres jure pertinet pociori, quod presentibus publice profitemur, nec vellemus perhibere testimonium, quod non esset consonum veritati; dantes super hiis presentem litteram nostri sigilli munimine roboratam. 1320 jun. 29.

Datum anno domini m°ccc°xx°, tercio kalendas julii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Auf der rückseite steht von der hand bruder Konrads: ' . . . super decima in Habrachtzhusen'. Im schilde des beschädigten runden siegels ein wagrechter doppelter hausanker; umschr.: S' · GOTFR . . . DE · . . T . . ELT.

380. *Bischof Ludwig von Münster entsagt zu gunsten des deutschen hauses bei Marburg seinen ansprüchen auf güter zu Niederweimar und Marburg.* 1320 *jul.* 23.

Nos Lodewicus dei gracia Monasteriensis ecclesie episcopus universis presentia visuris et audituris notum facimus presentibus publice profitendo, quod inter nos ex una et dilectos nobis religiosos viros . . con- 1320 jul. 23.

mendatorem et fratres domus Theotunice apud Marpurg ex parte altera super quibusdam bonis et possessionibus, videlicet duabus curiis sitis in villa Niderwimere, quas possident Lodewicus de Rimershusen et Lutzerichus, novem mansis, quorum unum colit Hilla Hartmuden, alterum Mengotus Scheckenhemere et sui heredes, tercium Renhardus, quartum Syffridus Wennere, quintum . . Schonlader, sextum Noweman, septimum Syffridus Cranzelin, octavum Gela Stunken, nonum Marquardus, necnon molendino sito an dem Grinde, agris sitis juxta fontem Lacheburne et agris sitis ex opposito fontis Clingelburne, cum universis et singulis censibus hospitali infirmorum ibidem attinentibus, ubicunque locorum sitis dissensione suborta, nos visis et auditis litteris patentibus dictorum . . conmendatoris et fratrum super graciosa donatione et traditione bonorum predictorum confectis, habitaque deliberatione conpetenti et conmunicato nobis consilio familiarium nostrorum considerantes et invenientes eisdem conmendatori et fratribus hujusmodi bona, possessiones, mansos, census et molendinum cum eorum attinenciis memoratis jure conpetere pociori, a premissa dissensione et impetitione dictorum bonorum omnium totaliter recedimus et cessamus, traditiones et donationes progenitorum nostrorum in premissis bonis presentibus confirmantes, prefatosque . . conmendatorem et fratres restituimus in dictorum bonorum, mansorum, agrorum, molendini et suarum attinentiarum possessionem pristinam et quietam, in qua ipsos per nos aut per successores nostros inpediri nolumus [1]) vel turbari, set pocius promoveri cupimus in perpetuum et tueri. In premissorum omnium testimonium et firmitatem prefatis . . conmendatori et fratribus presens scriptum sigilli nostri munimine tradimus communitum cum testimonio testium subscriptorum, videlicet nobilis viri Gotfridi comitis Seynensis junioris, Friderici canonici Monasteriensis dicti de Kesterburg, Burchardi decani ecclesie sancti Martini ibidem, magistri Nycolay notharii domini . . lantgravii, terre Hassie domini, Gotfridi de Hatisfelt, Bernhardi dicti Bitter, Hartmudi dicti Schutzesper, Craftonis dicti Rode, Wigandi dicti Kezelring militum, Lodewici dicti in Curia proconsulis in Marpurg, et quam plurium fide dignorum.

Datum et actum anno domini m°ccc°xx°, in crastino beate Marie Magdalene.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Auf der rückseite steht von der hand bruder Konrads: 'Conposicio et reformacio inter dominum Monasteriensem et fratres super bonis in Wimere et super agris, qui dicuntur der Biege, juxta fontem Clingelburn'. Siegel abgefallen.

1) Auf rasur von anderer hand mit dunklerer tinte geschrieben.

381. *Landgraf Otto von Hessen gibt dem deutschen hause bei Marburg die demselben bisher vorenthaltenen güter, bestehend in neun huben und zwei höfen zu Niederweimar, der mühle am Grün und den äckern und zinsen des hospitals, zurück und bestätigt ihm die von den landgrafen Heinrich, Konrad und Hermann erhaltenen privilegien.* 1320 *aug.* 8.

In nomine domini, amen. Memoriam omnium habere divine nature pocius est quam humane, unde necesse est, ut ea, que fiunt in tempore, ne cum fluxu temporis labantur, testimonio seu litteris perhennentur[1]. 1320 aug. 8. Pateat igitur universis et singulis inspectoribus seu auditoribus presencium litterarum, quod cum inter nos Ottonem dei gracia lantgravium, terre Hassie dominum, ex una et inter religiosos viros . . conmendatorem et fratres domus Theutonice prope Marpurg ex parte altera verteretur super novem mansis et duabus curiis in villa et in campis ville Nydrinwymere sitis, quas possident Ludewicus de Rymershůsin et Lutzericus, unum eciam horum novem mansorum possidet Hylla Hartmudi, secundum Mengotus Schekinhemere, tercium Reynhardus, quartum Siffridus, quintum Schonloder, sextum Nuweman, septimum Syffridus Kinctzelin[2], octavum Gela Stůnken, nonum Marquardus, cum molendino sito an dem Gryene et universis agris, quos, antequam nos de ipsis intromisissemus, possederant, et aliis quibuslibet censibus hospitali infirmorum ibidem attinentibus lis et discordia satis gravis ex quorundam instinctu, qui predicta bona ad nos et ad nostros heredes pociori jure quam ad dictos . . conmendatorem et fratres pertinere ex suis opinionibus asserebant, sic quod hiis assercionibus fidem dantes jussimus predictas curias, mansos, molendinum et agros cum censibus et aliis pertinenciis nostros officiatos nostris usibus applicare, dictis . . conmendatori et fratribus quantum audebant fortiter reluctantibus, contrarium asserebant, eadem bona ad se pocius quam ad nos ex donacionibus et empcionibus publicis pertinere. prout possent declarare publicis instrumentis. Que quamvis ad videndum et ad examinandum multociens requisissemus, tamen ipsa nobis ostendere distulerunt, et ideo suggestionibus nobis factis simpliciter credentes eadem bona nobis usurpavimus et possedimus et a tempore nostri dominii hucusque a nobis et nostris successoribus sunt possessa pariter et retenta. Tandem omnium graciarum dator altissimus, qui de inexsiccabili fonte sue misericordie direxit hactenus in felicibus successibus actus nostros, disposuit, ut devocionis nostre gressus dirigerentur non in invio, sed in via, privilegia donacionum, libertatum et aliarum graciarum

1) 'perhennari' orig. (A). 2) 'Kinzelin' B; aber s. 284, 7 'Cranzelin'.

ipsis . . conmendatori et fratribus per nostros progenitores tradita et indulta iterum istis temporibus decrevimus requirenda ad scrutandum de jure, quod in predictis bonis conpetere nobis posset. Quibus nobis per dictos . . conmendatorem et fratres oblatis ea perlegimus et ulterius ad audienciam domine conthoralis nostre Alh. lantgravie et Henrici filii nostri primogeniti duximus deducenda. Quibus perlectis, auditis pariter et scrutatis invenimus et cognovimus, in predictis bonis seu possessionibus juris nos penitus nil habere et dictis . . conmendatori et fratribus pocius quam nobis jure conpetere meliori. Ob hoc sepedictum . . conmendatorem et fratres devote accessimus humiliterque rogavimus, ut violencias, si quas in usurpacione horum bonorum fecissemus aut injurias, nobis dignarentur propter deum et ad nostras instancias indulgere. Qui cum promptitudine hylaris benivolencie id fecerunt. Proinde spectabilem dominam Alh. conthoralem nostram karissimam et Henricum filium nostrum primogenitum ceterosque heredes nostros induximus instanciis effectivis ad renunciandum predictis bonis et possessionibus, qui una nobiscum et nos simul cum ipsis renunciavimus et renunciamus publice et expresse omni actioni, que de jure seu de facto in hiis dictis bonis conpetere nobis posset. Et ut hec renunciacio lucidius fiat cognita et expressa, nos Alh. dei gracia terre Hassie lantgravia et nos Henricus filius domini Ottonis patris nostri et domine Alh. matris nostre primogenitus ceterique coheredes nostri unanimiter profitemur, quod prescriptam renunciacionem quoad omnia predicta bona et possessiones unanimi consensu et conmunicatis manibus libere et voluntarie fecimus, omnia et singula jura, que nobis in eisdem bonis seu possessionibus possent conpetere quovis modo, in . . conmendatorem et fratres domus Theutonice Marpurg cum predicto domino patre nostro Ottone terre Hassie lantgravio favorabiliter transferentes per ipsos quiete perpetuis temporibus possidenda. Insuper ex interne devocionis nostre affectu nostre consideracionis oculos lympidius attolentes prospeximus illam insignem domum hospitalis fratrum domus Theutonice Marpurg quamplurimis spiritualium virtutum splendoribus choruscare et quod eadem domus quasi firma columpna totum ordinem domus Theutonice non solum in Germania, inmo per universa mundi clymata extollit pariter et sustentat, hoc ad devocionem frequentissime nos induxit. Nos igitur, ut firmum firmius solidemus et ejusdem domus honores, fructus et proventus amplius ampliemus, predecessorum nostrorum . . lantgraviorum vestigiis, qui eandem domum multis honoribus auxerunt et fundatam multis possessionibus dotaverunt, ex zelo fervide fidei inherentes, omnia et singula privilegia, donaciones, jura et gracias per illustres principes Henricum, Conradum et Hermannum quondam lantgravios Thuringie Saxonieque comites palatinos pre-

clare memorie dicte domui Marpurg et fratribus ejusdem domus traditas et concessas innovamus, ratificamus et presentis scripti patrocinio communimus, volentes eas gratas et ratas per nostros heredes et posteros firmiter inperpetuum observari. In robur omnium premissorum nos Otto dei gracia lantgravius et nos Alh. eadem gracia lantgravia pro nobis et Henrico filio nostro primogenito et aliis nostris heredibus, qui sigillis carent, nostra sigilla presentibus sunt appensa [1]). Et ego Henricus filius predictorum domini patris et domine matris mee primogenitus cum ceteris confratribus meis, qui sigillis propriis caremus, sub predictis sigillis domini patris et matris nostre, que per instancias nostras eciam hiis litteris annecti rogavimus, astringimus nos ad observanciam omnium premissorum.

Datum per manus Nycolai nostri prothonotarii, anno domini millesimo ccc°xx°, in die beati Cyriaci martiris et sociorum ejus.

Aus dem durch moder beschädigten orig.-perg. (A) in Marburg (deutscho.). Beide siegel abgefallen. Eine zweite ausfertigung (B) hat sich nur in nr. 15 des Marburger copialbuches in Wien und in einer um 1350 gefertigten deutschen übersetzung in Marburg erhalten. B, sonst mit A gleichlautend, hat den eingang: 'In nomine dei, qui virtute verbi condidit universa et in nomine beate Elyzabeth, que suis virtutibus totam Germaniam decoravit'. Gedr.: Kuchenbecker Analecta Hass. 1, 82 (nach B). Retter Hess. Nachrichten 2, 64 (nach B); daraus: Histor. u. rechtsbegr. Nachricht 35 nr. 45; Beurk. Nachricht 1, 20 nr. 26; Samml. v. Deduct. 5, 221 u. 6, 158. Histor. diplom. Unterricht nr. 79 (nach A).

382. *Irmengard Kremers wittwe zu Grünberg und ihre söhne überlassen dem deutschen hause bei Marburg wegen dessen ansprüche auf das erbtheil einiger dem orden angehöriger verwandten einen hof vor dem Stangenroder thor zu Grünberg.* 1320 *aug.* 11.

Nos Irmengardis relicta Thi. dicti Kremere olim civis in Grůnen- 1320 aug. 11.
berg, Conradus et Folzo filii mei universis presens scriptum lecturis seu legi audituris notum facimus per presentes, quod religiosis ac honestis viris . . commendatori ac toti conventui fratrum domus Teuthonice prope Marpurg Moguntine dyocesis pro allocucione seu impeticione porcionis hereditarie ipsos nomine fratris Johannis ejusdem religionis nostri fratris et avunculi et Hildegardis nostre sororis et matertere felicis recordacionis necnon fratris Thi. pie memorie, fratris Johannis et fratris Nycolai ejusdem conventus nostrorum filiorum et fratrum contingentis, pro qua quidem hereditatis porcione jamdudum nos impetebant seu alloquebantur, manu unita ac communicata et gracia amicabilis conposicionis curiam seu curtam nostram sitam extra muros civitatis Grůnenberg ante portam

1) So A. B statt 'appendimus'.

que dicitur Stangenroder dor damus, dedimus, contulimus presentibus tytulo proprietatis irrevocabiliter et assignamus cum universis et singulis suis agris, appendiciis et pertinenciis aliis quibuscumque cum omni eo jure, quo hactenus ipsam dinoscebamur possidere, ad habendam possidendamque perpetue feliciter et quiete, resignantes ipsam curiam cum suis pertinenciis porrigendo in manus fratrum predictorum mittentesque ipsos in dicte curie possessionem corporalem, memorate eciam curie cum suis pertinenciis renunciantes simpliciter et expresse, nichil nobis nec nostris heredibus in futurum in ipsa juris reservantes. Testes ad hoc vocati sunt: viri ydonei Happlo de Drahe officiatus, Zabelo de Kolnhusen, milites; Henricus Hildegardis senior, Conradus Monetarius, Hermannus de Pedershen, Ditmarus de Ameneburg, Henricus de Cornice, Conradus Irmengardis, Fredebertus de Sassen et Conradus de Pedirshen, scabini in Grůnenberg, et alii quamplures fidedigni. In evidenciam premissorum presentes litteras sigillo universitatis in Grůnenberg dictis . . commendatori et conventui dedimus firmiter consignatas. Nos vero scabini et universitas predicti recognoscimus sigillum nostrum ad preces predictorum presentibus appendisse.

Datum anno domini m°ccc°xx°, in crastino beati Laurencii martiris.

Hii sunt fidejussores pro debita guwarandia et consweta facienda obligati, videlicet Conradus Monetarius, Conradus Irmengardis, Guntramus de Lindinstrud et Fredebertus de Sassen. Pro Yrmingardi dicta Cremern [1]).

Nota. Hiis locis siti sunt agri traditi dominis et fratribus domus Theutonice prope Marpurg per Yrmengardim dictam Kremeren: Item iiii jugera sita sunt in loco qui dicitur die leyngrůbe; item ɟ juger apud Happlonem de Amene; item iɟ juger apud fratres Antonyenses, que dicitur daz erweystocke; item duo dimidia jugera in monte qui dicitur der V̊linberg; item iiiɟ juger situm in posteriori parte montis predicti apud Nicolaum Divitem; item iii jugera apud dictum Stůrzekůppin ex eadem parte montis ejusdem; item v jugera que dicuntur dye steynhettin eckere; item v jugera apud Henricum de Cornice in campo qui dicitur bi den baůmen; item viii jugera apud silvam que dicitur der Breydeloe; item ii jugera apud dicta viii jugera; item iiii jugera in parte campi quod dicitur dye Rodene; item ii jugera bye der hůldin eych; item iiii jugera apud Bertam Angeli que dicuntur dey bette; item iɟ juger apud Theodericum majorem et Teynhardum Beren; item iɟ juger apud Metildim Bracilis; item iii jugera apud dominos Antonyenses apud viam lapideam versus Gebelinrode; item ii jugera apud Bertam Angeli versus

1) Die worte von 'Pro' ab sind von anderer hand zugesetzt.

villa Gebillinrode; item ii jugera que dicuntur daz Bûrnenstücke, prope silvam que dicitur daz Quebpurner holz; item i juger apud Rudolfum de Manzelar apud stratam versus Werberg; item i juger bie der leyngruben; item i juger in via lapidea apud Wigandum de Langistorf; item iii jugera apud novum iter pecudum; item ij juger apud fontem qui dicitur der Gruntbûrne; item ii jugera retro Leprosos; item iii jugera retro Leprosos apud jugera memorata; item i juger apud Guntramum de Lyndenstrût; item i juger apud Henricum de Sassin; item ii jugera apud Conradum Monetarium in strata versus Stanginrode; item vii jugera ante rubum qui dicitur der Galginbûsch; item ix jugera in der Krûmbach; item iii jugera apud Guntramum de Lyndenstrud paulo ante.

Insuper est notandum, quod ad supradicta jugera sunt empta viii jugera terre arabilis ergo Denhardum dictum Bere et Gelam ejus legitimam cives in Grûninberg pro xvi marcis denariorum [1].

Insuper notandum est, quod ad omnia jugera prenotata sunt empta omnia et singula jugera pratorum, que fuerunt Henrici dicti de Sassen et Gele ejus conthoralis legitima cives [2] in Frideberg pro xx marcis denariorum, que sunt sita ante civitatem Gruninberg juxta sanctum Petrum et in ville Queppurne terminis, et unum pratum, quod situm in campo Eßirstorfer velt juxta Grûninberg [3].

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel verletzt. Die notizen über die bürgen und das äckerverzeichniss stehen auf zwei von gleichz. händen geschriebenen pergamentblättchen, welche an dem zur befestigung des siegels dienenden pergamentstreifen angeheftet sind.

383. *Der edelknecht Adolf von Schröck überlässt dem deutschen hause bei Marburg güter zu Lampertshausen gegen andere zu Holzhausen.* 1320 *aug.* 16.

Ego Adolfus dictus de Schrikede armiger et ego Odilia conjuges recognoscimus publice per presentes, quod prehabita bona deliberacione, manu conmunicata transmutavimus et permutacionem fecimus cum viris religiosis . . conmendatori et fratribus domus Theutonice apud Marthpurg, dantes et donantes eis septem agros sitos in Lampratesh ûsen et in campis ibidem, videlicet quatuor agros cum dimidio sitos et nuncupatos zû me hinderen brûche, unum agrum cum dimidio sitos apud Wipertum Zabulonis dictos der Gere, dimidium agrum situm juxta Gotzonem de Oberenhen et quartam partem unius agri sitam juxta viam cum area dicta der Gansacker, in reconpensam bonorum sitorum in Holczhûsen, videlicet quartam partem dictorum Bakengût, ad habendos, possidendos cum 1320 aug. 16.

1) Vgl. nr. 425. 2) So im orig. 3) Vgl. nr. 391.

omni jure et dominio, prout ipsos habuimus hactenus et possedimus, videlicet jure proprietario et ab omni decima liberos, cum omni felicitate perpetue et pacifice et quiete, nichil penitus juris nobis aut nostris heredibus in prenominatis agris aliqualiter reservantes. Promittentes nichilominus dictis . . conmendatori et fratribus facere warandiam dictorum agrorum, ipsis statuimus fidejussores subscriptos, quemlibet eorum in solidum, videlicet Rudolfum dictum Schůrensloz et Wenzelonem de Glene, ita sane, quod predictis fratribus faciemus et facere tenemur et debemus gwarandiam debitam et consuetam. Et nos fidejussores prelibati ad predeterminata nos fore predictis fratribus obligatos recognoscimus in hiis scriptis. In cujus permutacionis evidenciam pleniorem predictis . . conmendatori et fratribus damus atque dedimus presentem litteram sigillo universitatis in Marthpůrg patencius sigillatam [1]), cum testimonio Lůdewici in Curia, Alberti fratris ejus, Hartmanni Brůnigi, Henrici Schinebenes, Ernesti et Conradi de Bydenkap, et aliorum quam plurium. Et in validum robur premissorum proprium sigillum similiter duximus presentibus appendendum.

Datum anno domini m.ccc.xx., in crastino assumpcionis beatissime virginis Marie.

Aus nr. 155 (158) des Marburger copialbuches in Wien.

384. *Das deutsche haus bei Marburg verspricht einen der Emecha Raustein zu zahlenden zins nach deren willen zur unterhaltung je einer ewigen lampe auf den kirchhöfen von st. Elisabeth und st. Michael in Marburg zu verwenden.* 1320 *aug.* 23.

1320 aug. 23. Nos frater Kuno conmendator ceterique fratres domus Teuthonice prope Marpurg coram universis recognoscimus publice per presentes, quod dilecta nobis in Cristo domicella Emecha soror carnalis fratris Rudolphi dicti Rausten sacerdotis marcam unam denariorum penes nos justo empcionis tytulo conparavit, quam sibi de traperia nostra annis singulis perpetuo solvere tenebamur; ita eciam, quod eandem post mortem ipsius potuisset quomodocunque voluisset pro suo arbitrio divertisse. Tandem in hoc quievit et nobiscum concordavit, quod nos nomine ipsius pro eadem marca, quam ipso facto resignavit, duas lampades nocturno tempore ardentes, scilicet unam in cymiterio fratrum nostrorum extra monasterium, reliquam in cymiterio sancti Michahelis juxta ossa mortuorum perpetuis temporibus teneamus, ad quas tenendas, ut premissum est, nos presentibus firmiter obligamus, dantes super hiis, ne quispiam

1) 'sigllatam' copialbuch.

successorum nostrorum tam salubrem ordinacionem contra salutem anime sue infringere valeat, presentem litteram nostri sigilli munimine, quo uti consuevimus, roboratam.

Datum anno domini m°ccc°xx°, x° kalendas septembris.

Aus dem beschädigten orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

385. *Heinrich und Dietrich Schenken von Nebra überlassen dem deutschen hause in Griefstedt eine hube zu Schönstedt, die ritter Heinrich Hetzebolt von ihnen hatte.* 1320 *sept.* 23.

Nos Henricus et Th. pincerne dicti de Nebere recognoscimus tenore presencium publice profitentes, quod mansum illum situm in Schinstete, quem Henricus Heczebolt miles a nobis possedit, fratribus Theutonicis in Grifstete appropriamus jure proprio possidendum, faciendo ipsis super eo warandiam, quemadmodum super bonis propriis solitum est fieri et consuetum. In cujus rei testimonium presens scriptum nostris sigillis dedimus communitum. 1320 sept. 23.

Actum anno domini m.ccc.xx., ix. kalendas octobris.

Aus nr. 769 (783) des Marburger copialbuches in Wien.

386. *Landgraf Friedrich von Thüringen gibt dem deutschen hause in Marburg güter zu Hausen und Willstedt zu eigen und befreit dieselben nebst allen von den landgrafen Ludwig, Konrad und Hermann dem hause gegebenen gütern von der landbete.* *Gotha* 1320 *sept.* 25.

In gotis namen, amen. Wir Friderich von des selbin gnaden lantgrebe zu Duringen, marcgrebe zu Misne unde in deme Osterlande unde herre in dem lande zu Plisne, bekennen unde dûn kûnt allen den, die disen briep sehin odir horen lesen, daz wir gothe, unser vrowen von hymelriche unde unser vrowen sente Elzebethen zu lobe, zu eren unde zu troste, zu gnaden unde zu selikeit unser, unser husvrowen, unsern kindern unde aller unser altvorderen sele dem Dûzchenhus und den Duzchen bruderen dez spitalis zu Marpurg gebin unde eygenen allez daz gut, daz hernach gescriben stat, mit alle dem rechte, daz wir dar an hatten, eweclych zu besitzene. Diz ist daz gut: zu Husen eine hube, die da waz Ansorgen; eine hube und einen hoppengarten unde einen hôp, die da waren Reinharts Rôst; eine halbe hube, die da waz Ludwiges; eine hûbe und einen hop, die da waren Frideriches virn Hildegûnde; drittehalbe hube, die da waren Ludwiges von Husen unde siner geswisteren, unde sechzein hûbe unde sechzein hôbe, alles in deme vor- 1320 sept. 25.

genanten dorphe unde in velde zu Hůsen. Zu Willestede habe wir in gegebin unde geeygenit ein halbe hůbe, die da waz Dychterichs an dem Ende; drivierteyl einer hube, die da waren Petres wirn Johannen; nůn ackere, di da waren Lampreths; anderhalbe hůbe, di da waren Kirstanis Schulers; eyne halbe hube, die da waz Alken virn Byhen; eyne halbe hube, di da waz Hermannis virn Paulynen; eyne hube, die da waz Gvnthers Wißen; eyn vierteil einer hube, daz da waz Heinrichs hern Helwiges, unde eine můlen, die uns galt alle jar achte schillinge, in dem selben dorphe zu Willestete. Alliz ditz vorgenante gut, daz wir in hie geeygent haben, unde ander gut, daz sie von unsern vorderen lantgreben Ludewige, lantgreben Conrade unde lantgreben Hermanne haben gehath zu eygene, dez sie ire bribe habin, lazin wir vrie unde ledig hinnenvormer alle zith der lantbethe sunderliche zu helfe und zu gnaden dem vorgenanten spitale zu Marpurg. Ouch wollen wir daz hus und die brudere zu Marpurg bi allen den gnaden unde eren lazen, die in unse vorvaren lantgrebe Ludewig, lantgrebe Conrad unde lantgrebe Herman die vorgenanten gegeben haben, dez sie ire bribe haben, ane daz, daz sie vortme dickein gut in unser herschaft, da wir recht zu haben, koufen noch zutin gewinnen sullen, ez in sie unser oder unser erben wille. Zu eime urkunde dirre rede haben wir disen briep in heisen geben bestedigit mit unsem ingesigele. Dez sint gezůge: unse herre der bischof Heinrich zu Nowenburg, Heinrich lantgrebe zu Hessen unse eyden, grebe Heinrich von Stalberg, meister Walther der tumprobst zů Misne, her Otter techant zu Zytze, Gvnteram schenke von Sweinsberg, Herman Goltacker unse marschalc, bruder Conrad von Totelndorph commendur zů Marpurg, bruder Heinrich von Wildecke commendur zů Grifstede, bruder Rudolf Rausteyn, bruder Conrat von Dilleinberg, unde andere vromer lute gnůc.

Diz ist geschehen zu Gotha, nach gotes geburt tusent jar druhundert jar in dem zweinzcigiste jare, an deme nehsten dunrestage vor sente Mychaelis tage dez erczengels.

Aus orig.-perg. (A) in Marburg (deutscho.). Daselbst auch noch eine zweite orig.-ausfertigung (B) von anderer hand. An beiden hängt an grün und rothen seidensträngen das schön erhaltene runde siegel. Darauf der landgraf zu pferd, schild und fahne mit dem aufgerichteten löwen geschmückt; umschr.: S' · FRIDERICI · DEI · GRA · MISNENSIS · ET · ORIENTALIS · MARCHIONIS · THURINGIE · LANTGRAUII · Das siegel von B hat ein rundes rücksiegel, worauf ein antiker kopf; umschr.: SECRETV · FRID' · THVRING · LANTG' · ET · MARCH' · MIS' ·

387. *Gertrud tochter des Wetzlarer bürgers Ludwig Susekint verkauft dem deutschen hause bei Marburg ein malter korn jährlicher gült zu Rehinburnen.* 1320 *nov.* 11.

Omnibus et singulis presencium litterarum perceptoribus innotescat, 1320 nov. 11.
quod ego Gerdrudis nata quondam Ludewici dicti Susekint civis Wetflariensis bona deliberacione maturoque consilio prehabitis vendidi, dedi, vendo et do juste vendicionis titulo in hiis scriptis honorabilibus et religiosis viris dominis . . commendatori et fratribus domus Theutonice prope Marpurch unum maldrum puri siliginis mensure Wetflariensis, quod habere dinoscor in bonis Mechtildis nate quondam Isendrudis dicte Dichteren sitis in Rehinburnen, ipsis annis singulis infra duo assumpcionis videlicet et nativitatis beate Marie virginis festa usque Wetflariam in curiam dictorum . . commendatoris et fratrum pensionis nomine presentandum, tollendum in perpetuum et habendum pro sex marcis denariorum michi traditis penitus et pagatis. In cujus rei testimonium sigillum civitatis Wetflariensis meis precibus presentibus est appensum. Hujus vendicionis testes sunt: Rulo dictus Reye, Conradus dictus Lange, scabini dicte civitatis, et alii fide digni.

Actum et datum anno domini m°ccc°xx., in festo beati Martini.

Aus dem beschädigten orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

388. *Genannte schiedsrichter zwischen dem Johanniterhause in Weissensee und dem deutschen hause in Griefstedt machen eine ordnung über die wasserbauten und mühlen an der Unstrut von Wundersleben bis Heilingen.* 1320 *nov.* 12.

Nos Bertoldus dictus de Somerde miles et Bertoldus dictus Meicz, 1320 nov. 12.
castellani in Wißinse, arbitri honorabilium virorum conmendatoris fratrum ordinis sancti Johannis domus in Wißinse, et nos Thilo de Erich e Albertus de Hopfgarten, arbitri religiosorum virorum conmendatoris et fratrum ordinis Theutonicorum in Grifstete, recognoscimus per presentes et ad noticiam quorum interest cupimus pervenire, quod omnis dissensio et controversia, que vertebatur inter honorabiles viros dominum conmendatorem et fratres in Wißinse ex parte una, dominum conmendatorem et fratres in Grifstete ex parte altera super meatu aque que Vnstruht dicitur, et ejusdem aque fragiis et aggeribus qui wer vulgariter nuncupatur, et molendinis ejusdem aque a villa Wunresleybin usque in Helingen, est reformata et sopita per nos secundum antiquam noticiam et certam expertorum scienciam secundum tenorem infra scriptum: ita quod molendenarius in Wunrsleiben, qui pro tempore fuerit, debet eicere et expur-

gare arenam que tripsant dicitur, a suo molendino usque ad pomerium Guntheri et H. dictorum Meicz, taliter quod aqua rite et debite possit habere suum fluxum, et hoc faciet sine subsidio omnium aliorum molendenariorum infra ipsum constitutorum. Item ceteri molendenarii infra predictum molendinum in Wunrsleiben[1]) constituti usque in Helingen eciam sine subsidio ejusdem molendenarii in Wunrsleibin debent purgare litus memorate aque Vnstruht a predicto pomerio Guntheri dicti Meicz usque in Helingen, in tanta amplitudine, prout servus in navi constitutus potest flexis genibus ramos, arundines, salices seu omnes alias aque occupaciones cum bipenni exstirpare. Item pronunciamus, quod quinque rivi aquarum debent effluere in Thunzenhusen, qui numquam die noctuque ab aliquo homine debent inpediri. Item cum agger qui dicitur wer ultra molendinum in Wunrsleiben constitutus aque fragium pacietur seu reparacione vel emendacione indiget aliquali, extunc molendenarii ejusdem molendini in Wunrsleiben id idem molendenariis aliis sitis infra Helingen et dictum molendinum publicabunt et eosdem convocando, si necesse fuerit, ad oculum demonstrabunt et ad reficiendum consilio et auxilio omnes simul faciunt taliter, quod una rota cujuslibet molendini tantos sumptos faciat quantum alia, ad reparandum et reintegrandum superiorem aggerem memoratum. Siquis vero molendenariorum ad reparandum aggerem predictum se subtraxerit seu reparacionem neglexerit quoquo modo, idem pignoribus conpellatur, ita quod per bodellum illustris domini lantgravii Thuringie ferro suo quod dicitur mûlysen privetur ad peticionem molendenarii in Wunrsleibin sepefati. Predictum vero aggerem qui dicitur wer in tanta altitudine faciant, sicut de antiquo jure fieri est consuetum, sic quod confines seu circumsedentes ex indebita altitudine nullum capiant detrimentum. Item cum idem molendenarius in Wunrsleibin vacat in molendo, debet exoccupare omnes aque effluxiones die noctuque. Si vero ad molendum habeat et laborat, tunc faciat, sicut in aliis molendinis est conswetum. Item omnibus hiis peractis omnes molendenarii ab Helingen usque ad Wunrsleiben debent omnes aque fragias seu aggeres reparare sine auxilio molendenarii in Wunrsleibin secundum altitudinem ab antiquo debitam et consuetam. Item pons molendenarii in Wunrsleibin debet edificari in hunc modum, quod navicula possit pertransire aqua mediocriter existente. Item ad reficiendos aggeres seu aque fragias nulli debent de conmunitate ville Wunrsleybin cespites fodere seu terras asportare sine consensu plebis ville Wunrsleibin memorate. Testes hujus ordinacionis sunt sive conposicionis facte sunt[2]): arbitri supradicti, Guntherus et Henricus dicti Meicz, Albertus de Burchterde et

1) oder 'Winirsleiben'.

2) So im copialbuch.

Deyno frater suus, et quam plures alii fide digni. Ut autem hujusmodi conposicio seu ordinacio inviolabilis perseveret et a nullo in posterum infringatur, presentem litteram desuper confectam conscribi fecimus, trium sigillorum munimine, videlicet honorabilium virorum ac religiosorum commendatorum et fratrum in Wißinse et in Grifstete necnon castellanorum in Wißinse fecimus conmuniri.

Datum et actum anno domini m.ccc.xx., pridie idus novembris, hoc est in crastino sancti Martini episcopi.

Aus nr. 756 (770) des Marburger copialbuches in Wien.

389. *Das deutsche haus bei Marburg verspricht Johann gewesenem schreiber des grafen von Nassau eine jährliche rente von zwei mark, die nach seinem tode zur feier seines gedächtnisses verwandt werden soll.* 1320 *dec.* 28.

Nos frater Kuno comendator ceterique fratres domus Theutonice prope Marpurg coram universis recognoscimus publice per presentes, quod tenemur honesto et discreto viro domino Johanni quondam notario nobilis viri . . domini comitis Nassuensis duas marcas denariorum persolvere annis singulis in festo Walpurgis quam diu vixerit et easdem duas marcas ad opidum Wezcflariense seu ad opidum Heberense[1]) in domum, quam acceptare decreverit, sub nostris periculis, expensis et laboribus ministrare; ita videlicet, ut easdem duas marcas post obitum suum in anniversario suo fratribus nostris pro speciali refectione et consolacione perpetuis temporibus ministremus; cujus eciam anniversarium annis singulis peragere debemus cum vigiliis et missis et aliis operibus caritatis. In cujus rei testimonium presentem litteram dedimus nostri sigilli munimine firmiter conmunitam. 1320 dec. 28.

Datum anno domini m°ccc°xxi°, in die sanctorum Innocentum.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel beschädigt.

390. *Das deutsche haus bei Marburg und ritter Hermann Lesch von Gleiberg beschliessen, die bisher zwischen ihnen streitigen güter des verstorbenen ritters Gottfried Lesch von Naunheim in und bei diesem orte gemeinsam zu besitzen.* 1321 *apr.* 4.

Universis presens scriptum visuris et audituris constet manifeste, quod de omni materia questionis, dissensionis et actionis, que inter nos 1321 apr. 4.

1) So im orig. statt 'Herberense' (Herborn).

. . commendatorem et fratres domus Theotonice prope Marburch Moguntine diocesis ex parte una et Hermannum dictum Lesche de Gliperch militem, Lucardim uxorem nostram et nostros liberos super bonis universis quondam Godefridi dicti Lesche de Nunheim militis, Benedicte ejusdem uxoris et puerorum eorundem sitis in villa et juxta villam Nunheim, quocunque nuncupentur nomine, hactenus vertebatur, de fidedignorum et honestorum ordinacione sumus amicabiliter complanati totaliter et sedati; in hunc modum videlicet, quod veri et legitimi coheredes omnium predictorum bonorum tam eorum, que nunc habentur in instanti, quam eciam illorum, que habebuntur inantea, existamus et ea per nos communiter et equaliter habeantur, et nichilominus, si qua pars emenda seu comparanda fuerit quocunque modo, per nos communiter comparetur. Pro dictis eciam bonis, si necesse fuerit, pro eorum defensione et quolibet alio inopinato casu vel eventu eminente nostris expensis et laboribus communiter respondebimus, sortem et infortunium in eisdem insimul perpetuo sustinendo, dolo et fraude quibuscunque amotis penitus et exclusis, tamquam veri et legitimi coheredes. Et in premissorum omnium testimonium et robur perpetuum sigilla nobilium virorum dominorum Johannis comitis de Solmisse et Hartradi de Merenberg una cum sigillo civitatis Wetflariensis ad rogatum omnium premissorum litteris presentibus sunt appensa. Hujus facti testes sunt: Hermannus de Solmisse canonicus ecclesie sancti Castoris in Confluencia, Fridericus scolasticus et Richolfus cantor ecclesie Wetflariensis; item Helfricus, Eckehardus dictus Slûne, Franko de Linden, Theodericus dictus Schizcesper, milites; Burkardus dictus Kalp, Lupelinus de Gunsse, armigeri de Gyzcen; Hermannus Selige, Hartmannus de Herlishein, scabini Wetflarienses, et alii quamplures fidedigni.

Actum et datum anno domini m°ccc°xxprimo, in die beati Ambrosii episcopi.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel: 1) und 2) abgefallen, 3) (stadt Wetzlar) beschädigt.

391. *Heinrich von Saasen bürger zu Friedberg und Gela seine ehefrau verkaufen dem deutschen hause bei Marburg ihre wiesen bei st. Peter vor Grünberg, in Queckborner gemarkung und im Eschersdorfer feld bei Grünberg.* 1321 *apr.* 20.

1321 apr. 20. Nos Henricus dictus de Sassen et Gela ejus conthoralis legittima cives in Fredeberg recognoscimus in hiis presentibus litteris manifeste protestando, quod bona et matura deliberacione prehabita, manu communicata parique consensu vendidimus justo vendicionis tytulo et in

presentibus vendimus religiosis et honestis viris . . commendatori ceterisque fratribus domus Theuthonice juxta Marpurg omnia et singula prata nostra propria, que ante civitatem Grûnenberg juxta sanctum Petrum et in ville Queppurne terminis sunt sita, necnon unum pratum in campo qui dicitur Eßirstorfer velt[1]) juxta Grûnenberg situm pro viginti marcis denariorum nobis integraliter pagatis jure proprietatis, quemadmodum hactenus ipsa possidebamus, possidenda perpetue et habenda pacifice et quiete, renunciantes nichilominus omni actioni et juris beneficio canonici seu civilis, per que predictis . . comendatori et . . fratribus in hujusmodi pratorum vendicione aliquod prejudicium possit generari, dantes predictis in evidenciam et majorem certitudinem premissorum hanc litteram sigillo universitatis in Grûnenberg firmiter roboratam. Nos vero scabini et universitas opidi jamdicti recognoscimus nostrum sigillum ad preces H. et Ge. et fratrum prefatorum presentibus appendisse.

Datum anno domini m°ccc°xxi°, secunda feria proxima post festum pasche.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel beschädigt.

392. 1321 *apr.* 30[2]).

1321 apr. 30.

Ego Johannes miles cognominatus Ritesel consensu filiorum meorum Johannis et Henrici vendidi aream meam cum fundo sitam juxta aream der Svzeyen, contiguam domui de Zanen kinden, inclite domine Agneti dicte de Nurenberg pro quatuordecim marcis denariorum gwerandie, tribus hallensibus pro denario conputatis. Insuper renuncio de jam dicta area et fundo. Nichilominus nos Johannes et Henricus fratres carnales, liberi Johannis militis prenotati, jam dictam vendicionem favorabiliter admittimus, renunciantes ipsi aree publice in hiis scriptis. Preterea quia alii nostri fratres et sorores nondum etatem legittimam attingerunt, pro eis cavemus, quam primum etatem legittimam attingerint, renunciationem facient, utpote et nos, debitam et consuetam. Alioquin commoniti a domina nostra prelibata opidum Marpurg intrabimus, inde non exituri, quousque predicti nostri fratres et sorores renuncient, ut tenentur. In cujus rei testimonium predicte nostre domine Agneti damus presentem litteram nos Johannes miles prenotatus et nos Johannes et Henricus prenotati sigillo universitatis in Marpurg et mei Johannis patencius sigillatam.

Datum anno domini m°ccc°xxi°, in vigilia beate Walpurgis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Beide siegel abgefallen.

1) Nordöstl. vor Grünberg liegt der Aschersberg, wo der Aeschersbach entspringt; hierdurch wird die lage bestimmt.

2) Kam mit nr. 468 an den orden.

393. *Christine wittwe Zabulos und Volpert ihr sohn schenken dem Elisabethenhospital bei Marburg den hörigen Heinrich Elenhusen.* 1321 *mai* 1.

1321 mai 1. Ego Cristina relicta quondam Zabulonis et Volpertus filius meus recognoscimus publice presencium per tenorem, quod Henricum dictum Elenhusen famulum infirmorum hospitalis apud Marpurg nobis titulo servitutis adjunctum manumittimus et manumisisse recognoscimus in hiis scriptis, tradentes et donantes ipsum ipsis infirmis et hospitali eorum predicto et quidquid juris in eo habuimus et habere videbamur jure de communi, nichil penitus juris in ipso nobis aut nostris heredibus reservantes. Et ne de premissis ambiguitas inposterum insurgere valeat aliqualis, predicto hospitali et infirmis damus atque dedimus presentem litteram, quia proprio caremus, sigillo strennui militis Hartmudi Schutzesperes patentius sigillatam. Et ego Hartmudus miles predictus recognosco ad preces predictorum Cristine et Volperti meum sigillum presentibus appendisse in testimonium premissorum.

Datum anno domini m°ccc°xxi°, ipso festo beate Walpurgis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgeschnitten.

394. *Ritter Dietrich Schutzbar von Giessen und seine gattin Caesaria überlassen dem deutschen hause zu Marburg die streitigen güter zu Ebsdorf, Fronhausen und Oberwalgern.* 1321 *jun.* 16[1]).

1321 jun. 16. Wizzen suln alle, die dusen brip sehen unde horen lesen, daz ich Thitterich Schutzesper von den Gizzen en ritther und ich Cesaria swei eliche lude bekennen unde bejheen an dusme uffen brive, daz ume den crig und die sweunge, di do was und wesen ist under den geistlichen luden dem commerdûr und den bruder des Duzhen huses zu Marpurg und under uns um en teil gudes, daz si unde wir dar ume von grunde unde rethlich und frûntliche gerichtet sin, also bescheidenliche, daz duse vornanten bruder daz gut, daz gelegen ist in dem dorf zu Ebistorf, daz gut, daz gelegen ist in dem dorf zu Vronhusen, und daz gut, daz gelegen ist in dem dorf zu Obirwalgern, mit alme irme rechte unde gehornisse, daz zu dusen drin vornanten guden horet, an felde, an walde, an wazzer, an wede, unde mit aller der herscaf, mit allir de eigenschaf, mit allem dem nuzze und frûmen und in allem dem gemach, daz unse liben wasen di swo juncvrowen Lukart unde Hedewig si gehabet unde besezzen hant biz her, besitzen sûln unde behalten in alle wis, so hi vor red-

1) Diese urkunde bildet den abschluss des bis in den october 1322 geführten streites, ist also antedatirt.

dit ist, ummerme, eigentliche, ewicliche unde geruwecliche mit alme glucke. Wir bekennen ouch, daz wir dirre vornante gude virzigen han unde virzien an dusme uffen brive der vornanter gude alles de retthes, allir der forderunge, de wir an den haben motthen obir solden in dekene wiz, unde behalten uns obir dekeme unsem erben an den selben gutten sleithes dekener hande reth. Wir bekennen ouch, daz wir obir deken unse erben obir yman von unser wegen duse vornante bruder an dusen vornanten guden nů obir nummer me gehindern in suln mit worten, mit werken obir anders in dekene wis. Und durch daz her noch an dusen vor scribenen redden deken swivel in si obir in werde, so geben wir Thiderich unde Cesaria den vorscriben commerdur unde brudern dusen uffen brif besiglit mit der stat ingesigle zu Gizzen unde mit mines selbis ingesigle Ditherich. Duses dinges gezuge sin: her Henrich de under perrer von Vronhusen, her Hartmud Schutzesper, her Hermann von Buchesecke, her Franko von Linden, her Renhard von Swalbach, her Henselin von Kintzenbach, her Johan von Beldershem, her Helferich, rither von den Gizzen; Gerlach filius Lod., Eberwin sin bruder, Lodewic, scheffen zu den Gizen, und ander ersamer lude vil. Unde wir di vornanten burgman unde scheffenen zu den Gizzen bekenne, daz wir durch bede der vornanten Thideriches unde Cesarien unser ingesigle zu ener sichirhet an dusen brif gehangen han.

Durre brif ist unde wart gegeben nach gottes geburten dusent jar drowhundert jar in dem enunswenzigistem jaren, an dem nehesten daga noch sente Vitis und Modestis[1].

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel: 1) abgefallen. 2) rund; im schild ein nach rechts schreitender vogel (rabe?); umschr.: S · THIDERICI · SHVTZESP . . . MILITI ·

395. 1321 *jul.*

Nos Ludewicus dictus Hane et Elizabeth conjuges cives Wetflarienses profitemur, quod in muro seu pariete domus . . commendatoris et fratrum domus Theotonice prope Marburch site infra muros Wetflarienses supra portam versus curiam seu domum nostram, qui murus seu paries eyn gybil vulgariter dicitur, neque in lapidibus dicto muro infixis, qui craynnesteyne[2] vulgariter nuncupantur, nullum jus habemus nec servitutem; hoc ordinato, quod domum ad dictum murum et super predictos lapides edificatam non tollemus, sed dicta domo vetustate consumpta vel aliquo casu destructa nullam aliam domum ad dictum murum et supra lapides

1321 jul.

1) 'Mod'' orig.

2) 'Kragstein, aus der mauer hervorragender stein als träger eines balkens u. dgl. md. krainstein'. Lexer Mhd. Wörterb. I, 1703.

reedificabimus. Et in testimonium dedimus has litteras sigillo civitatis Wetflariensis roboratas. Testes: Hermannus dictus Selige, Rulo dictus Reyge, Markelo de Nuueren, Hartmannus de Herlishem, Conradus dictus Lange, scabini dicte civitatis.

Datum anno domini m°ccc° vicesimo primo, mense julio.

Aus orig.-perg. mit siegelbruchstück in Marburg (deutscho.).

396. *Lukardis von Fronhausen wiederholt die von ihr und ihrer verstorbenen schwester Hedwig dem deutschen hause bei Marburg am 23. jan. 1302 gemachte schenkung von gütern zu Fronhausen und Oberwalgern. 1321 jul. 7.*

1321 jul. 7. Ego Luchardis dicta de Vronhusen recognosco publice et ad universorum noticiam cupio pervenire, quod quondam Hedewigis soror mea carnalis et ego unanimi consensu, matura deliberatione prehabita communicataque manu ob animarum nostrarum remedium et salutem dedimus, assignavimus et donavimus donatione simplici et legittima irrevocabilique inter vivos viris religiosis . . commendatori et fratribus domus Theotunice apud Marpurg omnia bona nostra in Vronhusen et in superiori Walgeren villis sita tam in longum quam in latum cum universis pertinenciis suis, videlicet pratis, pascuis, campis, silvis ac aliis juribus suis eciam quibuscumque jure hereditario et proprietario, prout ad nos ex successione hereditaria fuerant devoluta, ad habenda et possidenda cum omni felicitate perpetue et quiete. Quam donationem fecimus sub anno domini m°ccc° secundo, decimo kalendas februarii, sicut in instrumento confecto desuper plenius continetur[1]). Eapropter ne ipsa donatio per nos sic legittime facta inposterum per aliquem successorum aut heredum nostrorum possit vel debeat infirmari aliqualiter aut infringi, volens et cupiens universis et singulis actionibus, excepcionibus, inpugnationibus, contradictionibus, maliciis, dolis ac fraudibus omnium obviare et omnino precavere, ipsam donationem tactam, factam et scriptam ratam, gratam et firmam habeo, innovo et ratifico sub testimonio presencium litterarum et testium subscriptorum. Insuper recongnosco publice et profiteor precise, quod ipsam donationem postea nunquam immutavi nec quidquam aliud de ipsa ordinavi, immo ipsam immutabiliter et inviolabiliter observavi et, ut teneor, ipsam volo utique observare, dans de hoc ipsis . . commendatori et fratribus predictis presentem litteram sigillo universitatis in Marpurg patencius sigillatam in validum robur omnium premissorum cum testimonio Alberti in Curia proconsulis, Lodewici fratris sui,

1) Nr. 31.

Arnoldi de Gambach, Ernesti, Ruclonis Angeli, Henrici Schinebenis, Syffridi de Bidenkap scabinorum in Marpurg, et aliorum quam plurium fidedignorum. Et nos scabini prenotati recognoscimus prescripte recognitioni et innovationi interfuisse et audivisse et nostrum sigillum ad preces ipsius Lucardis in firmitatem presentibus appendisse.

Datum anno domini et actum m°ccc°xxi°, nonas julii.

Aus orig.-perg. (A) in Marburg (deutscho.). Daselbst noch eine zweite gleichlautende orig.-ausfertigung (B). Das siegel hängt an.

397. *Lukardis von Fronhausen schenkt dem deutschen hause bei Marburg alle ihre habe, namentlich ihre güter zu Ebsdorf und Hassenhausen.* 1321 *jul.* 7.

Noverint universi presentium inspectores et auditores necnon omnes, quos nosse fuerit oportunum, quod ego Luchardis dicta de Vronhusen, mentis mee bene conpos, de bona et libera voluntate mea, cupiens anime mee salubriter providere, do, trado irrevocabiliter et assigno integraliter bona mea sita in Ebistorf et in Hozenhusen villis cum universis juribus atque appendiciis et attinenciis suis eciam quibuscunque, videlicet pratis, pascuis, campis, silvis, eo jure et dominio, quo ipsa hactenus tenui et possedi et possidere videbar jure de communi, necnon res meas et bona mea universa mobilia et inmobilia, ubicunque locorum sunt, quocunque eciam nomine censeantur, que nunc habeo in presenti et ero in posterum habitura, religiosis viris . . comendatori et fratribus domus Theotunice apud Marpurg ad habenda et possidenda cum omni felicitate perpetue, pacifice et quiete, renunciansque simpliciter et precise omni ordinationi, inmutationi, quam circa predicta bona possem et vellem facere in futurum, nichil penitus juris michi in prenominatis bonis reservando, dans ipsis . . conmendatori et fratribus presentem litteram de hoc sigillo universitatis in Marpurg patentius sigillatam in validum robur omnium premissorum. Hujus donationis testes sunt: Albertus dictus in Curia proconsul, Lodewicus frater ejus, Ruclo Angeli, Henricus Schineben, Arnoldus de Gambach, Ernestus, Syffridus de Bidenkap, scabini in Marpurg, et quam plures alii fide digni. Et nos . . scabini jam dicti recognoscimus prescriptis interfuisse rogati et ad preces ipsius Luchardis sigillum nostre universitatis presentibus appendisse in validum robur et testimonium prescriptorum.

1321 jul. 7.

Datum et actum anno domini m°ccc°xxi°, nonas julii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel zerbrochen.

398. 1321 *aug.* 8.

1321 aug. 8. Officialis curie Confluentine . . plebano in Gyezin. Conquesti sunt nobis . . commendator totusque conventus fratrum domus Theutonice prope Marburch Moguntine diocesis, quod Theodericus dictus Schuzzespeir miles, vester parrochianus, ipsos religiosos super quibusdam bonis ipsorum sitis in terminis ville Vronehusin contra justiciam impetat. Quare vobis mandamus sub pena suspensionis et excommunicacionis, quatinus dictum Theodericum militem moneatis, ut ab hujusmodi impeticione desistat vel conpareat peremptorie Confluencie coram nobis feria quarta aug. 26. post diem beati Bartholomei apostoli, dicturus, quare ad id minime teneatur. Alioquin contra ipsum per excommunicacionis sentenciam et alias, prout de jure poterimus, procedemus. Reddite litteras sigillatas sub pena supradicta.

Datum sabbato ante diem beati Laurencii martiris, anno domini m°ccc°xxi°

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Vom siegel des officials hängt nur noch ein stückchen an. Ein zweites angehängt gewesenes siegel ist abgefallen.

399. *Alheid Zosel und ihr sohn Ludwig schenken dem deutschen hause bei Marburg alle ihre habe.* 1321 *aug.* 8.

1321 aug. 8. Noverint universi presentium perceptores, quod ego Alheydis dicta Zoselen et ego Lodewicus dictus Zosel filius ejus matura et bona deliberatione prehabita, cupientes et volentes animabus nostris consulere et incertam nostre mortis horam certa rerum nostrarum dispositione salubriter subvenire, ad honorem dei omnipotentis et gloriose virginis matris ejus Marie et ob animarum nostrarum remedium pariter et salutem res nostras universas et bona nostra mobilia et inmobilia, que nunc in presenti habemus, tenemus et possidemus aut habere et possidere poterimus in futurum, religiosis viris . . conmendatori ceterisque fratribus domus Theotunice prope Marpurg damus, tradimus et donamus irrevocabiliter inter vivos, assignavimus integraliter atque assignamus absque omni dolo eo jure et dominio, utpote ipsas et ipsa hactenus possideramus et possidere videbamur jure de communi, renunciantesque simpliciter et precise presentibus renunciasse profitemur omni ordinationi et inmutationi, quam circa predicta bona et res nostras et nostra possemus aut vellemus ordinare aut facere in futurum, dantes de hoc predictis . . conmendatori et fratribus presentem litteram sigilli universitatis in Marpurg munimine sigillatam in validum robur omnium prescriptorum, cum testimonio fratris Syffridi prioris, fratris Rudolfi Rausten, fratris Volperti de Firminnen; Alberti in Curia proconsulis, Lodewici fratris sui, Henrici Schinebenis,

Syffridi de Bidenkap scabinorum in Marpurg, et aliorum quam plurium fide dignorum. Et nos scabini universitatis in Marpurg recognoscimus ad preces predictorum Alheydis et Lodewici sigillum nostre universitatis presentibus appendisse.

Datum anno domini m°ccc°xxi°, ipso die et festo beati Cyriaci.

Aus orig.-perg. mit siegel in Marburg (deutscho.).

400. *Das deutsche haus in Marburg verspricht dem geistlichen Friedrich Raustein daselbst, welcher ihm* 600 *mark übergeben hat, jährlich* 60 *mark und* 4 *wagen holz auf lebenszeit und nach seinem tode die feier seines jahrgedächtnisses.* 1321 *aug.* 21.

Nos frater Kůno conmendator ceterique fratres ordinis sancte Marie Teuthonicorum domus in Marpurg tenore presencium recognoscimus et constare volumus universis, quod matura et multiplici deliberacione prehabita, urgentibus et necessario conpellentibus gravibus oneribus debitorum recepimus et recepisse nos recognoscimus a dilecto nobis in Cristo Friderico dicto Rausteyn clerico sexcentas marcas denariorum legalium et bonorum, quas in usus domus nostre recognoscimus integraliter convertisse. Nos ejusdem Friderici beneficiis, ut dignum est, benivole occurrere volentes, promittimus et ad hoc nos presentibus obligamus, quod eidem Friderico in reconpensacionem dictarum sexcentarum marcarum dabimus et dare tenemur absque omni contradictione, protractione et excusacione annis singulis in festo beati Martini, quam diu vixerit, sexaginta marcas denariorum, tribus Hallensibus seu duobus Wedrebiensibus pro denario conputatis. Preterea eciam tenemur eidem Friderico et promittimus in hiis scriptis quatuor plaustra lignorum ad hospicium suum in opido Marpurg annis singulis infra illa duo festa, scilicet Michaelis et Martini, specialis dilectionis intuitu, quamdiu vixerit, presentare. Postquam vero diem clauserit extremum, extunc a solucione omnium predictorum erimus liberi et soluti, exceptis duabus marcis, quas ex traparia nostra in suo anniversario annis singulis dabimus pro refectione fratrum tunc presencium, ita ut hoc ipsum peragamus sollempniter cum vigiliis et missis et aliis operibus caritatis. In cujus rei testimonium predicto Friderico clerico presentem litteram dedimus nostri sigilli munimine, quo uti consuevimus, firmiter roboratam. Hujus eciam testes sunt: frater Syfridus prior, frater Rudolphus ejusdem frater carnalis, frater Henricus Dythero, frater Henricus de Lintheim, frater Volpertus de Virminnen, sacerdotes; frater Conradus de Dillinberg viceconmendator, frater Conradus de Folda traperarius, et quam plures fratres alii fide digni.

1321 aug. 21.

Datum anno domini m°ccc°xxi°, xii° kalendas septembris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

401. *Die töchter des verstorbenen ritters Gottfried Lesch, nonnen zu Wirberg, verkaufen dem deutschen hause bei Marburg eine korngült zu Naunheim.* 1321 *aug.* 24.

1321 aug. 24. Universis ac singulis presentium inspectoribus volumus esse notum, quod nos Mechtildis[1]), Elyzabeth et Hedewigis sorores germane, filie quondam Gotfridi dicti Lesscen militis, sanctimoniales in claustro Wereberch, recognoscimus tenore presentium publice protestantes, quod concorditer et pari consensu vendidimus justo vendicionis tytulo religiosis viris comendatori et fratribus domus Theotonice apud Marpurg tres modios siliginis videlicet ex bonis dictorum parentum nostrorum sitis in Nunheym, quos nobis dare tenebantur de jure et nobis viventibus persolvere annuatim specialiter promiserunt, quibus in hiis scriptis bona voluntate simul et semel renuncciamus et unanimiter resignamus. In cujus rei testimonium et robur dedimus hanc litteram sigillo nostri conventus firmiter conmunitam. Et nos magistra et totus conventus recognoscimus nostrum sigillum ad preces earum presentibus inpendisse.

Datum anno domini m°ccc°xxi°, in die beati Bartholomei apostoli.

Aus orig.-perg. mit siegelbruchstück in Marburg (deutscho.). Gedr.: Gudenus Codex 4, 1032.

402. *Der anwalt des deutschen hauses in Marburg klagt vor dem official des Coblenzer gerichtshofes gegen den ritter Dietrich Schutzbar von Giessen wegen besitzstörung zu Fronhausen.* 1321 *aug.* 28.

1321 aug. 28. Coram vobis domino . . officiali curie Confluentine dicit et proponit in jure sindicus seu procurator religiosorum virorum . . commendatoris et conventus fratrum Theutonicorum domus in Marpurch procuratorio nomine et pro ipsis contra Theodericum dictum Schûzzespeir militem de Gyezin reum, quod licet dicti . . commendator et conventus sint et fuerint jam dudum in possessione quorundam certorum bonorum sitorum in terminis ville Vroynhusin et aliis villis et locis quibuscunque, que quondam fuerunt Hadewigis et Lucardis sororum carnalium dictarum de Vroynhusin, existencium in domibus, agris, pratis, pascuis et silvis, ac eciam cuilibet de se querulanti sint et fuerint parati coram judice competenti exhibere justicie complementum, dictus tamen reus asserens minus veraciter quasdam litteras dictorum commendatoris et fratrum super dictis bonis se habere, ex quibus liqueat sibi jus competere in bonis eis-

1) 'Mechtidis' orig.

dem, asserens similiter in ipsorum infamiam et eorum opinionis denigracionem nolle ipsos . . commendatorem et fratres eorum litteras predictas sibi super dictis bonis datas et confectas observare, dictos . . commendatorem et conventum super dictis bonis racione dictarum litterarum, quas se habere pretendit, contra deum et justiciam perturbat et molestat necnon modo quo premittitur cottidie infamat coram probis publice et honestis, quamvis copiam inspiciendi et describendi dictarum litterarum ipsis commendatori et fratribus facere recuset super hoc sepius requisitus dictique commendator et conventus non recognoscant nec credant dictum reum super prefatis bonis ab ipsis aliquas eorum litteras recepisse. Unde petit a vobis dictus sindicus seu procurator et nomine quo supra, quatinus sepedictum reum ad desistendum et cessandum a perturbacione, molestia et infamia supradictis, vel saltim litteras, quas se super ipsis bonis habere asserit, dictis . . commendatori et fratribus ad inspiciendum et describendum copiam faciat, cum ipsas, si que sunt, redarguere, annullare et alias legitime inpugnare intendant, per vestram diffinitivam sentenciam condempnetis et censura qua convenit conpellatis, vestrum officium in hoc, si et prout de jure fuerit, inplorando. Hec dicit et petit salvo [1]) sibi juris beneficio per omnia et salvis expensis factis et faciendis in lite et extra, [protestans, quod non astringit se ad probandum omnia et singula premissa, sed quod probata ex eis sibi prosint ac si plura non dixisset. Et est oblatus consimilis libellus parti adverse per copiam.

Datum feria sexta post festum beati Bartholomei apostoli, anno domini m°ccc°xxi°

Aus gleichz. abschr.-perg. des Coblenzer officials, von dessen siegel nur noch ein stückchen anhängt. Auf der rückseite steht: 'Peticio. De Marpurch'. An der urk. ist nr. 403 als transfix befestigt.

403. *Der official des Coblenzer gerichtshofes beauftragt den scholasticus zu Wetzlar und den decan zu Haiger mit der weiteren untersuchung in dem prozesse zwischen dem deutschen hause bei Marburg und dem ritter Dietrich Schutzbar.* 1321 *oct.* 1.

Officialis curie Confluentine. Ad peticionem, cui presens cedula est annexa [2]), respondit Dytmarus clericus de Ammelburg procurator Theoderici dicti Sûcehspeyr militis rei contenti in eadem nomine procuratorio ipsius et pro ipso animo litis contestandi, negans narrata, prout narrantur, esse vera, dicens petita fieri non debere, parte altera contrarium affirmante. Lite igitur sic legittime contestata committimus honorabilibus 1321 oct. 1.

1) 'salvo' fehlt in der vorlage, steht aber richtig in dem in nr. 412 erhaltenen transsumpt derselben urk. 2) Nr. 402.'

viris dominis . . scolastico ecclesie Wetflariensis et . . decano cristianitatis in Heyere recepcionem juramentorum calumpnie seu veritatis dicende, examinacionem posicionum, recepcionem testium et examinacionem eorundem sub clausula, quod si ambo conmode non poterunt interesse, alter eorum nichilominus procedat in ipso negocio, prout fuerit faciendum.

Actum feria quinta post festum beati Mychaelis ab expectacione crastini ejusdem precedentis, anno domini m°ccc°xxi°

Johannes de Parva Confluencia.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Die urk. ist mittelst des pergamentstreifens, an welchem das beschädigte siegel des officials hängt, an nr. 402 befestigt.

404. *Hartrad von Hörnsheim bürger zu Wetzlar verkauft dem deutschen hause bei Marburg die hälfte des hofes zu Hochelheim.*

1321 *oct.* 16.

1321 oct. 16. Noverint universi presencium perceptores, quod ego Hartradus dictus de Herlisheim civis Wetflariensis bona deliberacione maturoque consilio prehabitis, accedente eciam voluntate et consensu unanimi . . prioris, . . magistre tociusque conventus monasterii in Dorlor, Conradi de Molenheim generi mei, Heidendrudis et Chonegundis filiarum mearum, vendidi, dedi, vendo et do juste vendicionis titulo in hiis scriptis religiosis viris dominis . . commendatori et . . fratribus domus Theutonice prope Marpurch totam partem meam curie site in Habichinheim, videlicet dimidiam partem ipsius curie, que quidem curia michi et Chonegundi mee sorori attinet indivisa, cum omnibus spectantibus ad eandem in agris, pratis, pascuis, nemoribus ubicumque locorum ibidem sitis, quocumque nomine censeantur, possidendam dictam partem meam cum omni jure et dominio michi et meis heredibus in eadem competentibus in perpetuum et habendam pro triginta et quinque marcis numeratis michi, traditis penitus et pagatis. In quorum omnium testimonium et robur perpetuum sigillum civitatis Wetflariensis una cum sigillo monasterii de Dorlor meis precibus presentibus est appensum. Testes hujus facti sunt: Gerlacus dictus Madirsele, Conradus dictus Lange, scabini dicte civitatis, et alii fidedigni.

Actum et datum anno domini m°ccc°xxi°, in die beati Galli confessoris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Das erste der beiden beschädigten runden siegel zeigt Maria mit dem kinde auf einem throne sitzend, rechts und links anbetende gestalten im brustbild; umschr.: S' · . . . . . CLESIE · . . . . RLAR ·

405. *Heinrich Lesch pfarrer zu Bonbaden verkauft wiederkäuflich dem deutschen hause bei Marburg und dem ritter Hermann Lesch seine güter zu Naunheim.* 1321 *oct.* 31.

Tenore presencium ad universorum noticiam perducatur, quod ego 1321 oct. 31.
Henricus dictus Lesche pastor ecclesie in Banebadin bona deliberacione maturoque consilio prehabitis vendidi, dedi, vendo et do juste vendicionis et vere proprietatis titulo in hiis scriptis honorabilibus viris dominis . . commendatori et . . fratribus domus Theutonice prope Marpurch Moguntine dyocesis necnon strennuo viro domino Hermanno dicto Lesche militi meo consanguineo, Luckardi uxori sue et suis heredibus omnia bona mea in villa Nunheim et in ipsius terminis in agris, pascuis, pratis, nemoribus sita, seu alio quocumque nomine censeantur, nunc habita et in futurum ad me ex hereditaria successione post mortem matris mee legitime devolvenda, possidenda in perpetuum et habenda pro quadraginta et sex marcis denariorum bonorum et usualium numeratis michi, traditis penitus et pagatis; tali interposita condicione, quod prefati domini . . commendator et fratres domus Theutonice predicte necnon predicti conjuges et ipsorum heredes, quocumque tempore infra quatuor annos sese sequentes, qui currere incipient a data presencium, venero et memoratam pecunie summam cum portavero, rogans ipsos, ut intuitu divine remuneracionis dicta bona michi pro dicta pecunie summa revendant, hoc facere debent et tenentur contradictione qualibet non obstante. Preterea sciendum est, quod prefata bona, cum ea reemere decrevero infra annos memoratos, ipsa meis propriis denariis reemere debeo et teneor, ita videlicet, quod jamdicta bona nulli alteri obligare titulo pignoris vel vendere debeo neque teneor dolo, arte et fraude, que vir aut mulier invenire poterit vel eciam excogitare, pro summa memorata. Adjectum est eciam, quod quando dicta bona michi per prefatos dominos . . commendatorem et fratres necnon conjuges pretactos aut ipsorum heredes revendita fuerint, melioracionem et edificia, que circa ipsa bona fecerunt, ipsis secundum arbitrium et dicta proborum virorum et fidedignorum refundere debeo et teneor contradictione qualibet postergata. In quorum omnium testimonium et robur perpetuum sigillum civitatis Wetflariensis nostris, videlicet parcium hinc inde precibus presentibus est appensum. Testes hujus facti sunt: Hermannus dictus Selige, Gerlacus dictus Madirsele, Conradus dictus Lange, scabini dicte civitatis, et alii fidedigni.

Actum et datum anno domini m°ccc°xxi°, in vigilia omnium sanctorum.

Aus orig.-perg. mit stark beschädigtem siegel in Marburg (deutscho.).

406. *Der scholasticus zu Wetzlar und der decan zu Haiger gebieten dem pfarrer zu Giessen, den ritter Dietrich Schutzbar in dessen streitsache mit dem deutschen hause bei Marburg auf den 24. november vor den Coblenzer official zu laden.* 1321 *nov.* 11.

1321 nov. 11. . . Scolasticus ecclesie Wetflariensis et . . decanus cristianitatis in Heygere discreto viro . . plebano in Gyzen salutem in domino. Auctoritate litterarum honorabilis viri domini . . officialis curie Confluentine a nobis receptarum, quarum copiam alias vobis exhiberi fecimus, firmiter precipiendo mandamus, quatenus Theodericum dictum Shůtzesper militem citetis peremptorie, ut feria tertia proxima post octavam beati Martini coram . . officiali curie Confluentine compareat ad videndum [1]) publicacionem dictorum testium per nos receptorum in causa, quam religiosi viri . . commendator et fratres domus Theuthonice prope Marpurg contra ipsum coram prefato domino . . officiali in judicio prosequuntur, et ulterius in dicta causa, prout justum fuerit, procedendum; quam feriam ipsis partibus pro termino prefigimus et presentibus assignamus. Superscripcionem ‘videndum’ presentibus approbamus.

Datum anno domini m°ccc°xxi., iii° idus novembris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Drei beschädigte siegel: 1) oval; Maria mit dem kinde, darunter eine anbetende gestalt; umschr.: . . . IDERICI · DE · MI . . . . . FLORI . . . 2) rund; im schild drei aufrechte, oben in kugeln auslaufende und durch einen querstab verbundene stöcke; umschr.: . . . . DI · PA . . OR · IN · . . . . T . . CH · 3) rund; brustbild eines mannes mit buch und schlüssel; umschr.: S . . . . . ASTOR . . . . GESZ . .

407. 1321 *nov.* 17.

1321 nov. 17. Honorabili viro et domino domino . . officiali curie Confluentine Theodericus dictus Schůzcper miles reverencie et honoris quantum potest. In causa, quam movent reliosi viri conmendator et fratres domus Theuthonice in Marpurg Moguntine dyocesis, Johannem Plebani clericum de Wetflaria exhibitorem presencium meum constituo procuratorem. Sub sigillo honorabilis viri domini . . cantoris ecclesie Wetflariensis.

Datum anno domini m°ccc°xxi°, feria tercia post Martini.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel zerbrochen.

1) ‘videndum’ ist über der zeile nachgetragen.

408. *Protokoll des officials zu Coblenz über die von dem deutschen hause in Marburg vorgebrachten beweisartikel und darauf erfolgte zeugenvernehmung in dem prozess des genannten hauses mit dem ritter Dietrich Schutzbar wegen der früher den schwestern Hedwig und Lukard von Fronhausen gehörigen güter zu Fronhausen und Oberwalgern. 1321 nov. 24.*

1321 nov. 24.

Als zeugen werden vernommen: 1. Frater Rûdolfus; interfuit donacioni [1]). 2. Frater Conradus advocatus in Kirchen. 3. Frater Conradus trappererius de Fulda; dicit, quod viginti annis fuerat unus in consilio fratrum predictorum. 4. Frater Hermannus dictus Sponz. 5. Frater Hermannus dictus Kolp; dicit, quod frater Sifridus, Henricus de Derinbach et alii fratres et ipse erant presentes in stupa et in domo ipsarum sororum, quando contulerunt ipsa bona fratribus. 6. Frater Hermannus Molendinarius; interfuit (donacioni) cum fratre Henrico de Derinbach, fratre Gobelone, fratre Godeberto de Didenehusen et cum aliis fratribus; vidit, quod frater Wernerus et ipse Theodericus renunciaverunt de dictis bonis. 7. Frater Syfridus prior; dicit se tunc fuisse in consilio fratrum, quando frater Wernerus frater carnalis Theoderici rei receptus fuit in fratrem. 8. Frater Henricus commendator Wetflariensis. 9. Frater Volpertus plebanus in Marpurg. 10. Hermannus dictus Jûnge de Vroynhusen; scit, quod dicte sorores bona sua participaverunt cum Ludewico fratre ipsarum, qui erat pater Theoderici rei; dicit, quod frater Gobelo et frater Henricus de Derinbach cum extremitate vestitus eorum, ut moris est, concesserunt dicta bona ipsi testi et Hermanno filio ejus jure inquilinario et mansionario. 11. Hermannus filius precedentis. 12. Conradus dictus vir Pauwelinen de Fronhusen. 13. Conradus dictus Hurmele de Vronhusen. 14. Rûdolfus dictus Stingel de Vronhusen. 15. Henricus viceplebanus in Vronhusen.

Publicate sunt hee attestaciones coram nobis officiali curie Confluentine in vigilia beate Katherine virginis de consensu parcium predictarum. Unde nos prefigimus ipsis partibus vigiliam beati Thome apostoli [2]) ad dicendum contra dictos testes et eorum dicta ex parte dicti rei.

Actum et datum dicta vigilia beate Katherine, anno domini m°ccc°xxi°

Jo. de Parva Confluencia.

Aus orig. in Marburg (deutscho.), bestehend aus 7 schmalen, zusammengerollten perg.-blättern, die am unteren rande durch den siegelstreifen auf einander geheftet sind. Siegel abgefallen.

---

1) Nr. 31.

2) Dec. 20.

409. *Der official des Coblenzer gerichtshofes transsumirt in der streitsache zwischen dem deutschen hause zu Marburg und dem ritter Dietrich Schutzbar eine von letzterem zur begründung seiner ansprüche vorgelegte urkunde und bestimmt termin zu weiterer verhandlung auf den 7. januar.* 1321 *dec.* 19.

1321 dec. 19. Officialis curie Confluentine. In causa, que coram nobis vertitur inter comendatorem et fratres domus Theutonice in Marpurg ex una parte et Theodericum dictum Suthzespeyr militem ex altera, conparuerunt coram nobis Johannes Rycolfi procurator dictorum religiosorum nomine procuratorio ipsius et pro ipsis ex una parte et Cûno de Gyzin procurator dicti militis ex altera. Idem Cûno exhibuit coram nobis in eadem causa quandam litteram in modum probacionis, que sic incipit: Nos etc.[1]. Qua littera sic exhibita nos officialis predictus assignavimus et assignamus per presentes dictis partibus crastinum epiphanie domini ad dicendum et ad proponendum quidquid dicere et proponere voluerint in tota causa ex parte dicti militis et ultra, ut jus erit, procedendum.

Actum et datum sabbato ante festum beati Thome apostoli, anno domini m°ccc°xxi°

Johannes de Parva Confluencia.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

410. *Der official des Coblenzer gerichtshofes protokollirt in der streitsache zwischen dem deutschen hause bei Marburg und dem ritter Dietrich Schutzbar von Giessen rede und gegenrede der parteien und bestimmt termin zur schlussverhandlung.* 1322 *jan.* 9.

1322 jan. 9. Officialis curie Confluentine. In causa, que coram nobis vertitur inter religiosos viros conmendatorem et fratres domus Theutonice prope Marpurg ex una parte et Theodericum dictum Suczespeyr militem de Gyzin ex altera, dies esset[2] assignata, videlicet feria sexta post epiphaniam domini[3], ad dicendum in tota causa ex parte dicti militis quicquid dicere vel . . . . Qua die Johannes Rycolfi procurator dictorum religiosorum nomine procuratorio (et) pro ipsis quandam supplicacionem coram nobis exhibuit in hec verba:

Vobis . . . . domino officiali curie Confluentine supplicat Johannes Rycolfi procurator relig(iosorum viro)rum conmendatoris et fratrum do-

1) Folgt ein undatirtes vidimus von nr. 144, ausgestellt von schultheiss, burgmannen und scheffen der stadt Giessen.

2) 'esset' verlangt ein vorangegangenes 'cum'.

3) Jan. 8.

mus Theutonice prope Marpurg nomine procur(atorio et) pro ipsis, ut, cum in causa, que inter ipsos religiosos coram vobis ex una (parte) et Theodericum militem dictum Sûczespeyr ex altera [vertitur], procurator ipsius (Theoderici) in termino proxime preterito [1]) exhibuerit copiam seu transsumptum cujusdam ins(trumenti) sigillo quodam [conmunitum], quatenus, si idem miles eodem instrumento uti velit l . . . . , ipsum in prima sui forma exhibeat coram vobis, quia idem procurator ip(sorum re)ligiosorum nomine quo supra ipsum originale instrumentum intendit (impug)nare et redarguere de falso.

Qua supplicacione sic exhibita . . . . vero dicti militis excepciones quasdam proposuit et exhibuit, que s . . . . . cipiunt:

Coram vobis domino officiali curie Confluentine dicit et proponit Theodericus dictus Sûczespeyr miles, filius quondam Ludewici de Fronhusen armigeri, vel ejus sindicus vel procurator contra testes, quos religiosi viri conmendator ceterique fratres Theutonice domus prope Marpurg contra ipsum dicuntur produxisse [2]): primo, quod dicti fratres in hoc casu testimonium non possunt nec debeant per se ipsos perhibere, cum hujusmodi bona, racione quorum predicti religiosi ipsum inpetunt, ad ipsum ex obitu Hedewigis de Fronhusen sue amite pie memorie sunt legitime devoluta et ex obitu Lucardis sue sororis adhuc in vita existentis [3]) debeant derivare. Item ponit contra Hermannum dictum Junge testem decimum et Hermannum ejus filium testem undecimum, quod ipsis de suis litteris constare non poterit, cum predictis litteris scribendo vel sigillando nunquam interfuerunt, nisi quod ipsas quandoque Fronhusen vel alibi legi audiverunt, et quod idem Hermannus junior colonus dictorum religiosorum et inquilinarius, ut asserunt, exstitit, quod ideo sua dicta ipsi Th. nocere non valeant ullo modo. Item dicit contra Conradum dictum Hurmele testem tredecimum et contra omnes alios, cujuscunque status et condicionis exstiterint, qui dixerunt predictum Th. prefatos religiosos in bonis memoratis inpedivisse, cum ipse ipsos contra justiciam verbis vel factis nunquam inpedivit, molestavit, perturbavit nec infamavit nec adhuc facere presumit vel intendit. Item dicit Th. predictus, quod si Hedewigis sua amita adhuc viveret, quod se tunc de bonis predictis non intromitteret nec intromisisset, et eciam si prefati religiosi sibi hec bona proprietatis titulo non attraxissent et adhuc attrahere laborarent. Item dicit, quod semper fuerit et adhuc sit paratus prefatis religiosis exhibere justicie conplementum coram judice conpetente et in districtu et jurisdiccione, in qua prefata bona dicuntur esse sita, ubi juri dando et re-

1) Nr. 409. 2) Nr. 408. 3) 'existente' orig.

cipiendo per omnia obedivisset et adhuc obedit, si eciam potuisset accidisse. Item dicit se habere quasdam litteras a conmendatore et fratribus predictis, ex quibus liqueat jus sibi conpetere in bonis supradictis, minus [1]) veraciter, ut asseruit, in sue bone fame denigracionem sed [2]) scriptas, obtentas et vero suo sigillo cercius sigillatas, et proponit dictas litteras proloqui et pro ipsis stare, de quibus sibi maculam et infamiam inposuerunt et adhuc inponunt, prout ordo utriusque dictaverit fore justum. Item dicit Th. predictus se quasdam habere litteras [3]), in quibus Hedewigis et Lucardis de Fronhusen sue amite predicte se apertissime recognoscant, quod ipsi et [4]) suis heredibus omnia et singula bona sua et que sua fuerunt quecunque et in quibuscunque locis sita, mobilia vel inmobilia, qualicunque vocentur nomine, que sibi ex obitu suo et sua libera donacione cedere debeant et derivare, promiserint bona fide, quod ipsa bona a prefatis Th. suisque heredibus non possint nec debeant aligenare, nec dictis religiosis nec personis aliis quibuscunque ecclesiasticis vel mundanis jure hereditario vel proprietatis titulo vel alias aliqualiter concedere non debeant vel donare, per quod aligenacio, subtractio vel dampnum aliquod posset predictis Th. suisque heredibus in posterum aliqualiter evenire, nec dicti religiosi sibi seu sue ecclesie bona quecunque Hedewigis et Lucardis predictarum non debent adtrahere nec usurpare, prout in eisdem litteris prefati religiosi se recognoscunt manifeste, que quidem littere suo vero sigillo sunt sigillate religiosorum prescriptorum consensu et assensu accedente, et longo tempore post litteras, in quibus ipsum de dictis bonis renunciasse dicunt [5]), date sunt, sibi conscripte et sigillo predicto ad preces suarum amitarum predictarum . . . rissime sigillate. Item dicit, quod quanto longius in possessione (predicto)rum bonorum prefati religiosi se asserunt extitisse, (eo majo)rem injuriam sibi per hoc, ut sperat, intulisse. Super (hiis omnibus), honorabilis vir domine officialis curie Confluentine, qui actenus libram (justicie) in manibus consuevistis gestare, rogo humiliter et de(vote) michi ob juris exigenciam auditores sive examinatores, (quos) vobis meus sindicus sive procurator duxerit nomine meo nominandos, dignemini elargiri, ipsis specialiter injungentes, ut michi et personis michi necessariis ad probandum premissa locum tutum assignent, cum propter metum, qui cadere potest in virum constantem, guerras et discordias dominorum in partibus hinc inde habitas non sim ad quelibet loca ausus ambulare. Non astringam

1) 'non minus' orig.
2) 'sz' orig.; vermuthlich ist scilicet gemeint.
3) Nr. 144. 4) 'nec' orig. 5) 'dicuntur' orig.

me eciam ad probandum omnia et singula premissa, sed tantum ad ea, que mee sufficiunt intencioni, salvis omnibus et singulis aliis addendi, minuendi, corrigendi, et cetera.

Quibus sic propositis et supplicatis coram nobis officiali predicto petitum fuit ex parte procuratoris dictorum religiosorum a procuratore dicti militis, an vellet instrumentum, de quo supra fit mencio, exhiberi in prima sui forma in modum probacionis, ipse vellet ipsum redarguere de falso. Qui procurator dicti militis respondit, quod ad presens non posset exhiberi, quia non haberet ad presens. Quibus sic actis dicti procuratores petiverunt dictam causam diffiniri et concluserunt in ipsa causa. Unde nos officialis prenotatus una cum eisdem concludimus per presentes in eadem, prefigentes ipsis partibus feriam secundam proximam post octavam epiphanie domini [1]) ad diffiniendum in ipsa causa et ultra faciendum, ut jus erit.

Actum et datum de consensu [dictorum procuratorum sabbato sequenti . . . . .[2]) a feria sexta predicta, anno domini m°ccc°xxi°

Johannes de Parva Confluencia.

Aus dem verblassten und stellenweise defecten orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Die defecten stellen habe ich zum teil durch conjectur ergänzt und diese ergänzungen in runde klammern eingeschlossen. Siegel abgefallen.

411. 1322 *jan.* 17.

Ego Hermannus Monetarii junior civis Wetflariensis communicata manu Gude uxoris mee legitime vendidi Hermanno de Brachtbach meo sororio, Katherine uxori sue, mee sorori dilecte, civibus Wetflariensibus, omnia bona mea infrascripta ad me ex hereditaria successione et certa divisione devoluta, videlicet bona mea in Nuueren sita; item omnia bona mea in Holzhusin sita; item quartam partem decime site in villa Bubelingishusin, que olim fuit Hermanni Monetarii mei avi bone memorie; item quartam partem decime in Widenhusin site, que similiter fuit olim avi mei prenotati; item quartam partem decime site in villa Niderinwetfe, quam possidebat quondam Bertholdus ibidem, solventem uno anno dimidium maldrum siliginis et alio anno dimidium maldrum avene nomine pensionis cum una auca, uno pullo autumpnali et uno pullo carnispriviali; item novem denarios Colonienses in Banebadin cedentes in assumpcione beate Marie virginis annuatim, quos solvit Elysabeth relicta quondam Mengoti ibidem, cum duabus metretis tritici annue pensionis solvendis per eandem et dimidio pullo carnispriviali; item fertonem denariorum in festo beati Martini cedentem, quem solvit Gerlacus 1322 jan. 17.

1) Jan. 18. 2) ‘qt^{s}’ orig.

Dûnsbechir de bonis suis in Swalbach sitis, cum uno pullo autumpnali, una auca et uno pullo carnispriviali, pro quadraginta et tribus marcis. In cujus rei testimonium sigillum civitatis Wetflariensis presentibus est appensum. Testes: Marquardus de Nuuerin, Hartmannus de Herlisheim, Conradus Lange, scabini dicte civitatis.

Actum et datum anno domini m°ccc°xxi°, in die beati Antonii abbatis.

Aus dem an einigen stellen durch feuchtigkeit beschädigten orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

412. *Der official des Coblenzer gerichtshofes weist auf die klage des deutschen hauses in Marburg die ansprüche des ritters Dietrich Schutzbar auf des hauses güter zu Fronhausen ab und verurtheilt ihn zur zahlung der kosten.* 1322 *jan.* 19.

1322 jan. 19. Lata et pronunciata est hec sententia feria tercia post octavas epyphanie domini hora prime, anno domini m°ccc° vicesimo primo. Presentibus Nicolao dicto Hoke sigillifero curie nostre, magistro Theoderico de Moguncia, Johanne de Parva Confluencia, Conrado dicto Proysch, Henrico dicto Ato et Rudingero clericis et notariis curie nostre.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Daselbst noch eine zweite gleichlautende ausfertigung. Siegel beschädigt.

413. *Richard, Heinrich, Dietrich und Richard genannt die Getzen geben dem deutschen hause in Griefstedt eine halbe hube und einen halben hof zu Leubingen und bestimmen erträgnisse daraus zur feier ihres jahrgedächtnisses.* 1322 *jan.* 21.

1312 jan. 21. Nos Richardus dictus Gecze frater ordinis domus Theutonice, Henricus et Theodricus dicti Geczen milites, Richardus filius Richardi predicti presentibus litteris lucide profitemur, quod nos unanimi consensu omnium heredum nostrorum contulimus et dedimus pro salute animarum nostrarum dimidium mansum situm in campis Loybingen cum dimidia curia appertinente in ipsa villa Loybingin sita honorabilibus viris ac religiosis conmendatori et fratribus ordinis domus Theutonice in Grifstete cum omni jure, honore et utilitate perpetuis temporibus jure proprietario quiete et pacifice possidendum; ita videlicet, quod ipse dimidius mansus cum dimidia curia predicta pytancie fratrum deserviat in hunc modum, quod procurator pytancie, quicumque pro tempore fuerit a fratribus institutus, percipiet a colono ejusdem dimidii mansi et curie duo maldra singulis annis, unum tritici et unum ordei, unam aucam et duos pullos in

usum fratrum convertenda taliter, ut quolibet anno feria secunda post dominicam qua cantatur 'Oculi mei' fratres in Grifstete sollempniter peragant anniversarium [1]) diem obitus parentum et heredum nostrorum, precipue autem et nominatim fratris Richardi prefati, quocumque tempore vel die migraverit ex hac vita, et procurator pitancie cum fratrum consilio de ipsis duobus maldris unum et pisces eadem feria secunda fratribus ministranda conparabit et quatuor candelas de quatuor talentis cere factas eciam de eisdem bonis exquirat thapeto humi in ecclesia prostrata superpositas, in vigiliis et in missa accendendas, prout in sollempnitatibus anniversariis fieri est consuetum. Deinde peracto anniversario eodem candele super ipsa ponantur altaria infra divinum officium accendende, donec totaliter concrementur. In cujus rei testimonium presentem litteram conscribi fecimus et nostrorum sigillorum munimine roborari.

Datum anno domini m.ccc.xxii. xii. kalendas februarii, hoc est in die beate Agnetis virginis et martiris.

Aus nr. 758 (772) des Marburger copialbuches in Wien.

414. *Das nonnenkloster in Cölleda übergibt dem deutschen hause in Griefstedt eine halbe hube und einen halben hof zu Leubingen.* 1322 *jan.* 21.

Nos Maroldus prepositus, Gerdrudis abbatissa, Kunegundis priorissa totumque collegium sanctimonialium in Kollede litteris presentibus lucide profitemur et ad noticiam omnium, quorum interest, cupimus pervenire, quod nos unanimi consensu et maturo consilio contulimus et tradidimus ac presentibus assignamus dimidium mansum situm in campis Loybingen cum dimidia curia appertinente in ipsa villa Loibingin sita cum omni jure et usu fructu, sicut hucusque possedimus, honorabilibus viris et religiosis conmendatori et fratribus ordinis domus Theutonice in Grifstete jure proprietario perpetuis temporibus possidendum. Renunciamus nichilominus omni juri, quod in eodem dimidio manso cum media curia appertinente habuimus usque modo. Super quo presentem litteram dedimus nostrorum sigillorum munimine roboratam. 1322 jan. 21.

Datum anno domini m.ccc.xxii., xii. kalendas februarii, hoc est in die beate Agnetis virginis et martiris.

Aus nr. 759 (773) des Marburger copialbuches in Wien.

---

1) 'aniversarium' copialbuch; auch sonst im copialbuch oft mit einem n.

415. *Der official des Coblenzer gerichtshofes benachrichtigt den pleban zu Giessen und die übrigen plebane seines gerichtsbezirkes, dass er den ritter Dietrich Schutzbar von Giessen mit seinen ansprüchen gegen das deutsche haus bei Marburg abgewiesen und in die kosten verurtheilt habe, nachdem derselbe sich geweigert hatte, das original der von der gegenseite als unecht angefochtenen urkunde, auf welche er sich stütze, vorzulegen, und fordert sie auf, ihn, wenn er sich dabei nicht beruhige, nach sechstägiger frist zu excommuniciren, ihn auch auf den 3. februar zur festsetzung der gerichtskosten nach Coblenz zu laden.* 1322 *jan.* 21.

1322 jan. 21. Actum et datum in crastino beatorum Fabiani et Sebastiani martirum, anno domini millesimo tricentesimo vicesimo primo.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Die urkunde ist zum anhängen vieler siegel vorbereitet, doch hängen nur reste der siegel des ausstellers und des Wetzlarer pleban Ludwig an. Letzteres (ich nehme ein zweites exemplar zu hilfe) ist oval und zeigt die kreuzigung, darunter einen betenden geistlichen; umschr.: S' · LODEWICI · PL . . . . . CCE · WETFLARIEN ·

416. *Der official des Coblenzer gerichtshofes befiehlt dem pleban zu Giessen und den übrigen plebanen seines gerichtsbezirkes, den ritter Dietrich Schutzbar von Giessen zur zahlung der kosten seines rechtsstreites gegen das deutsche haus bei Marburg im betrag von* 36 *pfund heller binnen monatsfrist bei strafe der excommunication aufzufordern.* 1322 *febr.* 3.

1322 febr. 3. Datum in crastino purificationis beate Marie virginis, anno domini millesimo tricentesimo vicesimo primo. Jo. R.

Aus orig.-perg. mit siegelrest in Marburg (deutscho.). Auf der rückseite steht von gleichzeitiger hand: 'in Amelberg et per preposituram Fritslariensem et sancti Stephani'. — Durch transfix d. d. 1321 sabbato post Valentini (1322 febr. 20), mit der unterschrift 'Jo. Rycholfus' bittet der official die richter des Mainzer stuhles, in deren bezirk Dietrich sich begeben hatte, um vollstreckung seiner mandate.

417. 1322 *febr.* 6.

1322 febr. 6. Ego Suffya de Ropreichterode vendidi omnia mea bona in Dorlar et in confinio ibidem, salvis bonis, que domino meo . . de Merinberg divisa sunt in nemore quod nuncupatur Koumarke, viro discreto Arnoldo dicto de Schonenbach consensu nobilis viri domini Hartradi domini de Merinberg. In cujus rei testimonium ob preces Suffye supradicte sigillum nostrum presentibus duximus apponendum.

Datum anno domini m°ccc° vicesimo primo, crastino beate Agathe virginis et martiris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel (Hartrads von Merenberg?) abgefallen.

418. *Die stadt Allendorf an der Werra gewährt einer daselbst gelegenen behausung des deutschen hauses zu Marburg für sechs mark silber freiheit von städtischen diensten und abgaben.* 1322 *febr.* 22.

Nos Conradus de Wykordesa, Orto Pellifex, Henricus Pheffertor, Tylo Vderhildis, Conradus Vromolt, Conradus Gerlac, Hello dictus Vlenne, Bertoldus de Rittershan, Henricus Rathort, Hermannus Gerlac, Hartradus dictus Lerknape, Gunderamus junior, consules in Aldendorph, publice recognoscimus et universis presentes visuris cupimus esse notum, quod consensu et plena deliberacione ac maturo consilio nostro ac nostre universitatis diligenter prehabito libertatem infra scriptam pro sex marcis puri argenti nobis traditis venditam honorabilibus ac religiosis personis conmendatori ac fratribus Theutunice domus in Marcborc in curia sita apud relictam quondam Hermanni dicti de Lindenewerde cum granario ipsi curie adjacente in domum et curiam quondam Lodewici dicti de Dorgeberc et suorum heredum plene ac perfecte in articulis infra scriptis contentis conservandam in hunc modum permutamus, ita videlicet, quod ipsi conmendatores vel ipsorum coloni, ecclesiastice persone seu seculares, concivibus nostris dum taxat exceptis, qui tunc pro tempore fuerint, a vigiliis, exactionibus vel angariis quibuslibet necnon a quolibet jure opidano liberi, inmunes sint perpetue et exempti, quos nichilominus consiliis, placitis et auxiliis prout nostros concives favorabiliter promovebimus in causis ipsis incumbentibus, quociens fuerit oportunum. In cujus permutacionis et libertatis robur sigillum nostre civitatis presentibus est appensum. 1322 febr. 22.

Datum anno domini m°ccc°xxii°, in cathedra sancti Petri.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Auf dem beschädigten runden siegel ein stadtthor mit fünf thürmen; umschr.: SIG . . . . . ENDORF ·

419. *Bischof Ludwig von Münster beurkundet, dass Alheid Zeusel und Ludwig ihr sohn bürger zu Marburg dem deutschen hause daselbst alle ihre habe vermacht haben.* 1322 *febr.* 28.

Nos Ludowicus dei gracia episcopus Monasteriensis recognoscimus per presentes, quod in nostra constituti presencia Alheydis dicta Zeusil 1322 febr. 28.

et Ludowicus ejus filius opidani nostri in Marpurg sani ac conpotes mente, cupientes suis animabus salubriter providere, se et omnia bona sua mobilia et inmobilia, que tunc habuerunt et possederunt et que erant in posterum habituri et possessuri, in quibuscumque locis et terris sita, quocumque nomine censeantur, retento ipsis in dictis bonis, quamdiu ambo vixerint, usufructu, dederunt et donaverunt donacione simplici et irrevocabili religiosis viris . . conmendatori et fratribus domus Teuthonice prope Marpurg post ipsorum obitum habenda et perpetuo possidenda, renunciantes expresse omni ordinacioni et inmutacioni, quas circa predicta ipsorum bona possent facere in futurum. Cui donacioni nostrum consensum benivolum adhibuimus et presentibus consentimus. In cujus rei testimonium nostrum sigillum duximus presentibus appendendum.

Datum anno domini m°cccxxii°, ii. kalendas marcii.

Aus orig.-perg. mit siegelbruchstück in Marburg (deutscho.).

420. 1322 *märz* 29.

1322 märz 29. Nos frater Dithmarus ordinis Cysterciensis dei gracia episcopus ecclesie Gabulensis, gerentes vices reverendi patris domini Mathie dei et apostolice sedis gracia sancte Moguntine sedis electi . . . . Omnibus vere penitentibus, qui ad cappellam sancte Marie virginis, ubi frater Conradus occisus fuerat, in omnibus sollempnitatibus sancte Marie virginis, in die patronorum et in dedicacione accesserint, quadraginta dies et karenam de injuncta sibi penitencia relaxamus. In cujus rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum.

Datum anno domini m°ccc°xxii°, iiii° kalendas aprilis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

421. *Der official des Coblenzer gerichtshofes verschärft die strafmandate gegen den ritter Dietrich Schutzbar von Giessen.* 1322 *apr.* 2.

1322 apr. 2. Officialis curie Confluentine discretis viris in Gyezin ac aliis universis et singulis ecclesiarum plebanis in nostra jurisdicione constitutis ad quos presentes littere pervenerint[1]), salutem in domino. Quia Theodericus dictus Schůzzespeir miles de Gyezin jam dudum exconmunicatus a nobis ad instanciam religiosorum virorum . . conmendatoris et conventus fratrum Theutonicorum domus prope Marpurch pro eo, quod sentencie nostre diffinitive idem miles late per nos contra ipsum ad instan-

1) 'perevenerint' orig.

ciam dictorum religiosorum obedire non curat et parere eidem et pro expensis litis non curat absolvi in anime sue periculum et scandalum plurimorum, nos attendentes, quod ejus crescente malicia crescere debeat merito [1]), unde vobis mandamus et cuilibet vestrum sub pena suspensionis et exconmunicacionis late sentencie in hiis scriptis canonica monicione premissa, quatinus predictum exconmunicatum singuli vestrum in singulis vestris ecclesiis singulis diebus dominicis et festivis, campanis pulsatis et candelis accensis, publice nuncietis. Preterea moneatis omnes et singulos homines utriusque sexus, vestros parrochianos, ne quis eidem exconmunicato conmunicet cibo, potu, furno, molendino, aratro, laborando in vineis et extra aut alio quovis genere conmunicacionis. Contrarium vero facientes, quos canonica monicione premissa pro hujusmodi temeraria conmunicacione in hiis scriptis exconmunicamus, exconmunicatos una cum dicto exconmunicato publice nuncietis. Insuper uxorem ejus et familiam, si quas habet, quas a divinis interdicimus, interdictas publice nuncietis et ad divina nullatenus admittatis. Reddite litteras sigillatas, et in hiis exequendis unus alium non expectet.

Datum feria sexta ante Palmas, anno domini m°ccc°xxii° Jo. R.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.) mit bruchstück des siegels des ausstellers; weitere siegel waren nicht angehängt. — Durch transfix d. d. 1322 in die beati Urbani pape (mai 25) gebietet der official denselben plebanen, obiges mandat an jedem tage in ihren kirchen zur ausführung zu bringen und bei anwesenheit des excommunicirten den gottesdienst einzustellen. Reste der siegel des ausstellers und des Wetzlarer pleban Ludwig hängen an.

422. *Der statthalter des Johannitermeisters der mittleren ballei verkauft den deutschen herren zu Flörsheim eine korngült zu Westhofen.* 1322 *apr.* 5.

Ich brůdir Helfrich kůmmendir von Růdencheim, der des meisteres stat heldet in der mithelen balye, důn kůnt allen den, die disen brîf sehent oder horent lesen, daz ich den Důtshen herren von Flersheim zů kauffe han gegeben ein halb maldir eweges korngeldes umme ane fůnf shyllinge drů půnt hellere, daz ist gelegen in der marke zů Westhoven. Daz diz war, stede unde veste si, so han ich brůdir Helfrich der vorgenante min ingesigele an disen brîf gehangen. 1322 apr. 5.

Dyrre brîf wart gegeben do man zalte nach godes gebůrte důsent jar ůn drůhůndirt jar in deme zweiundezwenzegesten jare, an deme mandage nach deme Palmedage.

Aus orig.-perg. in Darmstadt. Siegel abgefallen. Gedr.: Histor. diplom. Unterricht nr. 57. Baur Hess. Urkunden 2, 869 nr. 874.

1) Hier fehlt etwa 'pena' im orig.

423. *Die nonnen zu Dorlar übertragen ein vermächtniss des verstorbenen ritters Gottfried Lesch, welches sie von dessen hofe zu Naunheim zu beziehen hatten, auf das deutsche haus bei Marburg und den ritter Hermann Lesch von Gleiberg.* 1322 *apr.* 25.

1322 apr. 25. Noverint universi presentium inspecturi seu audituri, quod nos Alheydis magistra totusque conventus sanctimonialium ordinis Premonstratensis in Dorlor elemosinam, quam Gotfridus dictus Lesche miles et Benedicta uxor ejus legittima felicis memorie nobis de curia sua in Nûnheym legaverunt, in religiosos viros . . conmendatorem et fratres domus Theuthonice prope Marpurch necnon Hermannum dictum Lesche militem de Glyperch et suos coheredes cum omni suo jure transtulimus et transferimus per presentes perpetue habendam pacifice et quiete, renuntiando insuper expresse dicte elemosine nobis a prefatis religiosis neglecte et actenus non solute, dantes ipsis hanc litteram in testimonium premissorum sigillo nostri conventus, quo uti consuevimus, firmiter roboratam.

Datum anno domini millesimo ccc° vicesimo secundo, in die sancti Marci ewangeliste.

Aus orig.-perg. mit siegelbruchstück in Marburg (deutscho.). Gedr.: Gudenus Codex 4, 1033.

424. *Die scheffen zu Fritzlar beurkunden die verzichtleistung der brüder Volpert und Gerlach Steyngosse auf ihre im besitz des deutschen hauses in Marburg befindlichen güter zu Holzheim sowie den von deren schwestern Gertrud und Kunigunde geschehenen verkauf ihres antheils an diesen gütern an das genannte haus.* 1322 *jun.* 4.

1322 jun. 4. In dei nomine, amen. Nos Henricus Katzeman, Theodericus de Sassenhusen proconsules, Henricus de Ritte, Hermannus de Lemegowe, Henricus de Velsberg, Conradus de Homberg, Henricus de Strithusen, Bertoldus Terkis, Conradus de Holczheim, Wigandus de Kirchain, Walthelmus Ywani, Hermannus Wignandi et Rudolfus Knorre scabini Fritslarienses presentibus litteris profitemur, quod dominus Volpertus sacerdos, Gerlacus fratres dicti Steyngosse in nostri presencia constituti unanimi consensu et bona voluntate bonis in terminis ville Holtzheim sitis, que eos ex paterna successione contingebant, que nunc viri religiosi domini . . conmendator et fratres domus in Marporg possident, renunciaverunt publice coram nobis. Preterea Gerdrudis et Kvnegundis sorores dictorum fratrum coram nobis constitute allegabant se ad tantam paupertatem devenisse, quod pro necessitate sue vite hereditatem suam vendere opor-

teret, et hoc suo juramento confirmarunt et vendiderunt partem bonorum in Holtzheim sitorum, que fratres de Marporg nunc possident, eas contingentem, vendiderunt plane et precise dictis fratribus de Marporg proprietatis titulo cum universis suis pertinenciis quocunque nomine censeantur perpetuo possidendam, renunciantes dictis bonis coram nobis, facientes warandiam communis terre et civitatum suo juramento. In quorum omnium memoriam et cautelam ad preces dictorum fratrum et sororum nos scabini premissi sigillum civitatis Fritslariensis apposuimus huic scripto.

Datum anno domini m°ccc°xxii°, pridie nonas junii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

425. *Denhard Bere bürger zu Grünberg und seine ehefrau Gela verkaufen dem deutschen hause bei Marburg acht morgen ackerlandes in Grünberger gemarkung.* 1322 *jul.* 15.

Nos Denhardus dictus Bere et Gela conjuges, cives in Grůnenberg, tenore presencium litterarum publice profitemur, cupientes ad cunctorum noticiam[1]) pervenire, quod bona deliberacione prehabita, manu coadunata vendidimus justo vendicionis tytulo et in presentibus vendimus honorabilibus et religiosis viris . . comendatori et fratribus domus Theutonice juxta Marpurg octo jugera terre arabilis sita in campo Grůnenbergensi pro sedecim marcis denariorum nobis datis integraliter et pagatis tytulo vere proprietatis perpetue possidenda et habenda. Renunciamus enim dictis jugeribus per presentes, prout renunciavimus, simpliciter et precise, nichil juris nobis nec nostris heredibus in dictis jugeribus penitus reservantes. Ut autem premissa rata et illesa permaneant, dedimus ipsis hanc litteram sigillo civium in Grůnenberg firmiter consignatam. Nos vero scabini et consules Grůnenbergenses recognoscimus nostrum sigillum ad instancias fratrum, Denhardi et Gele predictorum presentibus appendisse. Testes advocati specialiter et rogati sunt hii: videlicet Hermannus de Pedirshen, Conradus filius ejus, Fredebertus de Sassen, Henricus Hildegardis junior scabini et Johannes de Pedirshen opidani in Grůnenberg, et plures alii fidedigni. 1322 jul. 15.

Datum anno domini m°ccc°xxii°, in die divisionis apostolorum.

Interliniarem ‘noticiam’ approbamus.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel beschädigt.

1) ‘noticiam’ über der zeile nachgetragen orig.

426. 1322 *jul.* 25.

1322 jul. 25. Ich Emmerchin van Wolfiskele rittere erkennin mich an dysin genwortigen brievin uñ begerin, das is kont si allin den, dy in sehint adir horin lesin, das ich alsullich gut, alse Hermanne van Brachtbach eine burgere zu Wetflaer uñ Katherinen siner eligin wirten van dode wylene Gerhardis Munzirs uñ Petirsen siner eligin wirten burgere zu Wetflaer ufirstorbin sint, dy da gelegin sint zu Holzhusin by Bubelingishusin, is si in holze adir in velde, wi das man si genennen mach adir wa das si da gelegin, deme vorbenantin Hermanne, Katherinen siner eligin wirten uñ allin iren erbin, beide dochteren uñ soenin geluwin han uñ lien zu rechtligen lene ewiclich uñ umberme zu besitzene uñ zu habene mit dysin genwortigen brieve uñ gebin in den bisiegelit undir mime ingesiegele, uñ wart der gescribin uñ gegebin du man zalte na Cristus geburte druzeinhundirt jaer in deme zwei uñ zwenzichstin jare, an sente Jacobs dage.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Von dem dreieckigen siegel hängt nur noch ein stück an. Darauf ein ausgestreckter arm mit vornen sackartig erweitertem ärmel; umschr.: ..... ERCHONIS · DE · W .....

427. *Erzbischof Mathias von Mainz verspricht als erwählter schiedsrichter die streitigkeiten zwischen dem deutschen hause bei Marburg und dem ritter Dietrich Schutzbar bis zum* 29. *september zu schlichten. Rüdigheim bei Amöneburg* 1322 *aug.* 12.

Derselbe verlängert durch transfix obigen termin auf den 11. *november. Geismar* 1322 *sept.* 28.

1322 aug. 12. Nos Mathias dei et apostolice sedis gratia sancte Moguntine sedis electus notum facimus universis, quorum interest vel intererit in futurum, quod constitutis coram nobis sub anno domini millesimo trecentesimo vicesimo secundo, feria quinta post festum beati Laurentii proxima, in villa Rudikem prope castrum nostrum Ameneburg religioso viro fratre Cunone conmendatore domus fratrum Theutonicorum apud Marpurg suo et ejusdem domus nomine ex una et strennuo milite Theoderico dicto Schutzesper ex parte altera, idem conmendator quo supra nomine et dictus miles pro se suisque heredibus super omni causa, lite sive discordia, que erant vel esse poterant inter ipsos usque in hodiernum diem, in nos hincinde tamquam in arbitrum sine quavis conpulsione conpromiserunt concorditer et de plano, ita videlicet, quod presentatis nobis hincinde ab utraque parte omnibus actis et munimentis ac juribus et allegationibus universis, quibus dicte partes pro suis fundandis intentionibus uti vellent, vel altera

partium hoc ommittente, ipsas causas, lites vel controversias supradictas usque ad instans festum beati Michahelis archangeli debemus, nisi de scitu partium concordare possimus easdem, mediante justitia diffinire, reservata nobis tamen de consensu partium potestate predictum terminum, si necesse fuerit, prorogandi, promittentes dicte partes in manus nostras fide data nomine sacramenti hinc et inde sub periculo litis sive cause se ratum, gratum et firmum perpetuo habituras quidquid per nos de scitu partium in premissis fuerit amicabiliter ordinatum vel ipsis concordare nolentibus mediante justitia diffinitum, ita videlicet, ut pars, que nostris ordinationi vel diffinitioni contradixerit et acquiescere recusaverit, ipso facto cadat ab omni causa, jure et actione, que sibi contra partem parentem conpetunt vel conpetere poterunt, et nichilominus maneat proprie fidei temeraria violatrix.

Datum et actum anno, die et loco predictis. Presentibus honorabilibus viris Gotfrido de Eppenstein custode, Emichone de Spanheim, Gotfrido de Waldecke canonicis ecclesie Moguntine, necnon strennuis militibus Wolframo vicedomino Aschaffenburgensi, Cvnrado dicto Rude, et aliis quampluribus fidedignis. In quorum omnium evidentiam et testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Nos Mathias dei et apostolice sedis gratia sancte Moguntine sedis electus terminum presentis conpromissi, cui hec cedula est affixa, juxta formam conpromissi ejusdem usque ad festum beati Martini proxime subsequens duximus prorogandum. 1322 sept. 28.

Datum Geysmarie, sub nostro secreto, in vigilia beati Michahelis archangeli, anno domini millesimo ccc° vicesimo secundo.

Aus orig.-perg. mit transfix in Marburg (deutscho.). Beide siegel abgefallen.

428. 1322 *aug.* 21.

Nos Syffridus dictus de Bidenkap proconsul civium in Marpurg, Lodewicus dictus in Curia, Albertus frater ejus, Henricus Schineben scabini ibidem, Johanes Brvningi ceterique scabini et consules in Marpurg recognoscimus, quod anno incarnationis dominice m°ccc°xxii° constitutus in nostra presentia Hermannus dictus Junge de Vronhusen sabbato proximo ante Bartholomei [1]) apostoli festum confitebatur, quod esset colonus sive mansionarius . . comendatoris et fratrum domus Theotunice prope Marpurg et habeat ab ipsis jam sedecim annis bona eorum in Vronhusen et Hermannus pater ipsius ante ipsum quatuor annis et solverint ipsis singulis annis prescriptis bladum seu annonam ab eisdem bonis cedentem 1322 aug. 21.

1) 'Barthomei' orig.

et presentaverint fratri Hermanno molendinario nomine conventus prenotati. Item constituti in nostra similiter presentia Erclo colonus fratrum predictorum, Conclo et Cûno ejus vicini de villa Walgeren publice suis juramentis verificabant, quod strennuus miles Theodericus Schutzesper
aug. 15. ipso die assumptionis preterito proxime beate virginis venit in villam Obirwalgeren et inhibuit predicto Ercloni colono fratrum predictorum, ne ipsorum bona coleret aut ipsis aliquam pensionem de cetero ministraret, set de ipsis bonis cederet, alioquin ipsum molestaret. Et in hujusmodi inhibitionis evidentiam pleniorem vocavit predictum Cvnonem et Cunclonem et dedit eis vinicopium more solito super eo. In cujus recognitionis evidentiam dedimus presentem litteram sigillo nostre universitatis sigillatam.

Datum anno et die quo supra.

Ego Hermannus notarius universitatis in Marpurg approbo suprascriptionem superius factam [1]).

Aus orig.-perg. mit siegel in Marburg (deutscho.).

429. *Burggraf, schultheiss, scheffen und rath zu Friedberg beurkunden, dass Heinrich Schwan dem deutschen hause bei Marburg drei huben zu Oberrosbach verkauft habe.* 1322 *oct.* 14.

1322 oct. 14. Nos burgravius, scultetus, scabini et consules de Friedeberg ad universorum noticiam deducimus per presentes publice protestantes, quod Henricus dictus Swane et Berta conjuges in nostra presencia constituti recognoverunt manifeste, quod ipsi cum Bertoldi et Berte puerorum suorum bona voluntate religiosis viris fratribus . . conmendatori et toti collegio domus Theutonice prope Marthpûrg ementibus et recipientibus tres mansos proprios terre arabilis preter tria jugera in terminis ville Obern Rospach jacentes rite et racionabiliter vendidissent, renunciantes expresse omni excepcioni fraudis vel doli et excepcioni pecunie non numerate necnon omni juris beneficio tam canonici quam civilis, quo dicta vendicio posset in posterum inpediri. Testes presentes fuerant, cum hec fierent: Jungo de Lympurg, Henricus Engel, Gerhardus Weideleri et Henricus de Loubenberg tunc temporis proconsul. In cujus rei eciam memoriam et evidenciam ampliorem nos scabini et consules rogati presens instrumentum super hoc confectum cum sigilli civitatis nostre munimine fecimus roborari.

Datum sub anno domini m.ccc.xxii., ipso die Kalixti pape et martiris.

Aus nr. 517 (525) des Marburger copialbuches in Wien.

1) Bezieht sich auf zwei über der zeile nachgetragene worte.

430. *Erzbischof Mathias von Mainz bestätigt als erwählter schiedsrichter zwischen dem deutschen hause bei Marburg und dem ritter Dietrich Schutzbar wegen der güter der schwestern Hedwig und Lukard von Fronhausen das vom Coblenzer official gegen Dietrich ergangene urtheil, erlässt demselben aber die prozesskosten.*

Amöneburg 1322 oct. 17.

Nos Mathias dei et apostolice sedis gracia sancte Moguntine sedis electus, arbiter ab infrascriptis partibus et super causa subscripta electus conmuniter et assumptus, in causa sive discordia, que vertitur et hactenus vertebantur inter religiosum virum fratrem Cûnonem conmendatorem domus fratrum Theutunicorum prope Marpurg suo et ejusdem domus nomine ex una et strennuum militem Theodoricum dictum Schûtzber ex parte altera super bonis quondam Hedewigis et Luchardis sororum dictarum de Froynhusen et aliis rebus quibuscumque, auditis et intellectis actis, munumentis, juribus et allegacionibus universis, quibus dicte partes uti voluerant et quas exhibuerant coram nobis, et diligenter examinatis eisdem, conmunicatoque amicorum nostrorum consilio et matura deliberacione prehabita ordinavimus, pronunciavimus, pronunciamus et in hiis scriptis presentibus ordinamus, . . officialem curie Confluentine super premissis bonis pro . . conmendatore et fratribus domus predicte et contra predictum militem justam sentenciam protulisse, volentes eandem sentenciam a predictis partibus inviolabiliter observari, prefato militi super inpeticione, quam super premissis bonis prefatis fratribus occasione cujusdam instrumenti, cujus copiam idem miles nobis exhibuit in hec verba: 'Nos' etc. [1]), movisse dinoscitur, perpetuum silencium inponendo, mandantes militi memorato sub pena in conpromisso expressa, ne supradictos . . conmendatorem et fratres racione predicti instrumenti quovis modo inantea molestet, inpetat vel perturbet et quod ipso instrumento in judicio vel extra judicium de cetero non utatur. Verumtamen quia jura civilia milites arma, non leges scire desiderant, nos militari simplicitati cupientes deferre, prefatum Theodoricum militem, qui se probabiliter credidit litigare, a calumpnie et temeritatis vicio habere volumus excusatum et ipsum a solucione expensarum litis, videlicet triginta sex librarum hallensium, ad quas memoratus officialis condempnavit eundem, absolvimus et equitate suadente pronunciamus presentibus absolutum, mandantes prefatis conmendatori et fratribus, de quorum scitu in hac parte equitatem rigori pretulimus, ut ipsum Theodoricum militem

1322 oct. 17.

1) Folgt ein undatirtes vidimus von nr. 144, ausgestellt von schultheiss, burgmannen und scheffen der stadt Giessen.

supradictum super premissis expensis ullatenus non molestent nec ipsas exigant ab eodem.

Datum Ameneburg, xvi⁰ kalendas novembris, anno domini millesimo ccc⁰ vicesimo secundo.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel des ausstellers zerbrochen. Auf der rückseite der urk. ist das secret des erzbischofs aufgedrückt, doch zum grössten theil abgefallen; umschr.: SECRETVM · MA . . . . . OG . T ·

431. *Die stadt Friedberg beurkundet, dass Fridebert Junge daselbst dem deutschen hause in Marburg eine hube landes zu Westhausen verkauft habe.* 1322 *nov.* 8.

1322 nov. 8. Nos . . scultetus, . . scabini et . . consules de Frideberg ad cunctorum noticiam deducimus per presentes, quod Fridebertus Junge et Friderunis conjuges, nostri cives, in nostra constituti presentia publice sunt confessi, quod ipsi pari manu et omnium heredum seu puerorum suorum bona voluntate religiosis viris . . conmendatori et conventui domus hospitalis fratrum Teuthonicorum in Marpurg ementibus et recipientibus unum mansum suum proprium terre arabilis in terminis ville Westhusin situm, ubi etiam dicti religiosi mansum equivalentem tenent et possident, rite et rationabiliter pro septuaginta et quinque marcis Coloniensium denariorum, pro quolibet Coloniensi tres Hallenses conputando, ipsis conjugibus numeratis, solutis et traditis vendidissent, obligantes se firmiter et districte, quod dictis religiosis secundum communem consuetudinem patrie de manso antedicto velint et debeant facere justam et debitam guarandiam. Renunciaverunt etiam prefati conjuges expresse omni juris beneficio tam canonici quam civilis necnon omni exceptioni fraudis vel exceptioni pecunie non numerate, quo dicta venditio posset in posterum annullari. Et ne dictam venditionem cum matura deliberatione ac legitime factam malignitas hominum obnubilet vel enervet, nos scabini et consules rogati presens instrumentum super hoc confectum nostre civitatis sigilli munimine duximus roborandum. Testes, cum hec fierent, presentes aderant pariter et astantes: Henricus Angeli, Eckehardus de Ocstad, Grozejohan, Henricus dictus Suane, Eygelo filius quondam Eygelonis, et quam plures alii fide digni.

Datum anno domini m⁰ccc⁰xxii⁰, vi⁰ ydus novembris.

Aus orig.-perg. mit stark beschädigtem siegel in Marburg (deutscho.).

432. *Die begine Hetta Renharten schenkt dem deutschen hause bei Marburg alle ihre habe.* 1322 *nov.* 16.

Noverint universi presentium perceptores necnon omnes, quos nosse fuerit oportunum, quod ego Hetta dicta Renharten begina matura deliberatione prehabita, conpos mentis mee, volens et cupiens saluti anime mee consulere et incertam horam mortis certa rerum mearum dispositione salubriter subvenire, ad honorem dei omnipotentis et gloriose virginis matris ejus Marie beateque Elizabeth, ob anime mee remedium et salutem res meas universas sive bona mea mobilia et inmobilia, que nunc habeo et possideo et habitura fuero in futurum, dono, trado atque do donatione irrevocabili inter vivos et assignavi integraliter in hiis scriptis religiosis viris conmendatori ceterisque fratribus domus Theotunice prope Marpurg absque omni revocatione eodem jure et dominio, quo ipsas et ipsa hactenus tenui et possedi, renuncians quoque omni inmutationi et ordinationi, quam circa ipsa bona mea possem vel vellem facere in futurum. In cujus rei evidentiam firmiorem predicto conmendatori et fratribus do et contuli presentem litteram sigilli universitatis in Marpurg munimine sigillatam, cum testimonio Siffridi de Bidenkap proconsulis, Henrici Schinebenis schabinorum in Marpurg, Hermanni notarii et aliorum quamplurium fide dignorum. Nos quoque . . scabini et consules universitatis in Marpurg recognoscimus ad rogatum predicte Hetten nostre universitatis sigillum presentibus appendisse. 1322 nov. 16.

Datum et actum anno domini m°ccc°xxii°, feria tercia proxima post festum beati Martini.

Aus orig.-perg. mit siegelbruchstück in Marburg (deutscho.).

433. 1323 *jan.* 9.

Nos Henricus et Theodericus fratres de Raspenberg omnia bona nostra, que in villa et campis Rudenstete habuimus, videlicet allodium nostrum, mansos, agros cultos et incultos, prata, salicta, bona hereditarie vel alias dimissa vel alicui locata, vendidimus strennuo viro domino Ernesto de Rebeningen militi pro sexaginta marcis puri argenti minus dimidia marca nobis solutis integraliter perpetuis temporibus libere possidenda, promittentes, quod eundem Ernestum et honorabilem virum dominum . . decanum ecclesie sancte Marie Erfordensis et Albertum de Harraz militem de dictis bonis volumus justicialiter warandare. Et specialiter promittimus pro . . uxore mei Henrici et pro sorore nostra in Heldrungen, uxore Eckardi dicti Riechen, quod ille renunciare debent in villa Rudenstete omni juri, si quid juris haberent in dictis bonis per nos venditis, quando fuerimus requisiti. Alioquin nos et predictus Eckardus 1323 jan. 9.

Rieche et Theodericus filius quondam bone memorie Theoderici fratris nostri de Heldrungen, quos pro hujusmodi et warandia predicta fidejussores in solidum constituimus, nobiscum civitatem Erfordensem vel aliam civitatem, quam in terra Thuringie ipse Ernestus et dominus decanus ac Albertus de Harraz predicti nobis assignaverint, si status terre talis fuerit, quod nobis Erfordie manere non competeret, intrabimus, obstagium, ut moris est, servaturi, donec omne impedimentum, quod in dicto contractu nostro quacunque occasione emerserit sive ex parte dictarum mulierum vel alias, penitus deponatur. In horum testimonium sigillum mei Henrici, sub quo et ego Theodericus frater ejusdem sto contentus, cum proprium sigillum non habeam, presentibus est appensum. Et ego Eckardus dictus Rieche fidejussor prefatus me ad premissam warandiam obligans sub pena obstagii prefati similiter sigillum meum, sub quo et ego prelibatus Theodericus eciam fidejussor sto contentus, me ad premissa obligans fideliter, duxi presentibus in premissorum testimonium appendendum. Testes: strennui et honesti viri Theodericus de Vippeche, Albertus de Harraz miles predictus, Albertus de Bruchterde, Albertus Saxo, Henricus Reimbotonis junior civis Erfordensis, et quamplures alii fide digni.

Datum anno domini millesimo ccc°xxiii°, v° ydus januarii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Auf dem ersten der beiden dreieckigen siegel ein hirschgeweih, unten in einen hahnenfuss endend; umschr.: S' · HENRICI · DE · RASTENBERG · Auf dem zweiten ein widderkopf; umschr.: S' · ECKEHARDI · RICHEN ·

434. *Die brüder Hermann und Gerlach Halber von Windecken verkaufen dem deutschen hause bei Marburg eine hube zu Obermörlen.* 1323 *jan.* 11.

1323 jan. 11. Nos Hermannus miles et Gerlacus armiger fratres dicti Halbier de Wunnecken ad cunctorum noticiam deducimus publice profitentes, quod religiosis viris . . conmendatori et fratribus domus Theutonicorum prope Marthpurg unum mansum in terminis ville Obernmorle situatum cum parte curie ibidem ac omnibus appendiciis et juribus universis, contra mansum equalem et partem curie, quem dicti religiosi in terminis ejusdem ville optinent, hucusque indivisum, pro quinquaginta et sex marcis denariorum Coloniensium, pro qualibet triginta et sex solidos hallensium numerando, nobis traditis et solutis justo titulo vendidimus quiete et pacifice perpetuo possidendum, renunciantes expresse omni juris [1]) beneficio tam canonici quam civilis, quo dictus contractus posset in posterum quo-

1) 'juri' copialbuch.

vis ingenio prepediri. Testes presentes aderant pariter et astantes: Eberwinus canonicus ecclesie Wetflariensis dictus Halbir; Wernherus de Clen burgravius in Frideberg, Johannes de Clen fratres, Hermannus Halbier de Cleberg, milites, et alii quam plures ydonei et fideles. In cujus vendicionis nostre eciam evidens testimonium presens scriptum cum sigillis castrensium in Frideberg una cum sigillo mei Hermanni predicti fecimus conmuniri. Nos quoque castrenses prenotati sigillum nostrum ad instanciam fratrum predictorum accomodavimus huic scripto.

Datum anno domini m.ccc.xxiii., iii. idus januarii.

Aus nr. 472 (480) des Marburger copialbuches in Wien.

435. *Ritter Werner von Cleen burggraf zu Friedberg verkauft dem deutschen hause bei Marburg 9½ mesten korn jährlich zu Niedercleen.* 1323 *jan.* 18.

Universis presentia visuris seu audituris pateat evidenter, quod nos Wernherus de Clen miles burgravius de Frideberg et Cristina conjuges communicata manu religiosis viris . . commendatori et fratribus universis domus Theutonicorum prope Marpurg ementibus et recipientibus novem metretas siliginis cum dimidia, que nobis singulis annis de bonis dictorum religiosorum virorum in inferiori Clen sitis dabantur nomine annue pensionis, rite et rationabiliter vendidimus perpetuis futuris temporibus possidendas, promittentes stipulatione sollempni, quod nulla calliditate, ingenio, fraude vel dolo contra venditionem predictam veniemus in futurum. Hujus rei testes sunt: Godefridus de Stocheim, Hermannus dictus Halbier de Wonnecke, milites, Nicolaus de Wizele sculthetus in Frideberg, et quam plures alii fideles atque digni. Et ne dictam venditionem per nos matura deliberatione factam oblivio seu hominum malignitas obnubilet vel enervet, ego Wernherus prefatus presens instrumentum cum sigillo meo dictis religiosis tradidi roboratum.

1323 jan. 18.

Actum et datum anno domini m°ccc°xxiii°, ipso die Prisce virginis.

Aus dem durch moder stark beschädigten orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Auf der rückseite steht von der hand bruder Konrads: 'Empcio ix mestarum siliginis cum dimidia, que quondam Wernherus de Clen habuit . . .'. Siegel abgefallen.

436. *Das deutsche haus bei Marburg präsentirt dem propst von st. Stephan zu Mainz den geistlichen Rupert von Brilon für die pfarrei Langenstein.* 1323 *febr.* 1.

Honorabili viro . . domino preposito ecclesie sancti Stephani Moguntine seu ejus vices gerenti frater Kůno ceterique fratres domus Theu-

1323 febr. 1.

thonice prope Marpurch cum suis orationibus devotis quicquid poterunt reverentie et honoris. Ad ecclesiam porrochialem in Langinsteyn ex morte Johannis quondam ejusdem ecclesie rectoris ad presens vacantem, cujus jus patronatus ad nos dinoscitur pertinere, Rupertum filium quondam Gerlaci de Bryelon clericum vobis tamquam loci archidyacono presentamus, rogantes humiliter et attente, quatinus ipsum, prout ad vestrum spectat officium, de dicta ecclesia investire dignemini, sibi curam et animarum regimen conmittendo, adhibitis circa hoc sollempnitatibus debitis et consuetis.

Datum anno domini m°ccc°xxiii°, kal. februarii.

Aus orig.-perg. mit siegel in Marburg (deutscho.).

437. *Landgraf Otto von Hessen überlässt dem deutschen hause bei Marburg einen hörigen gegen einen andern. Marburg 1323 febr. 26.*

1323 febr. 26. Nos Otto dei gracia lantgravius, terre Hassie dominus, universis et singulis inspectoribus presencium profitemur, quod cum Mengotus Ysinkûl de Hacheburne, qui nobis fuerat proprietatis tytulo astrictus, duxisset Cysam uxorem suam, que proprietatis tytulo astricta fuit religiosis viris fratribus . . conmendatori ac aliis fratribus domus Theutonice prope Marpurg, et Wigandus dictus Fûghe proprius dictorum . . conmendatoris et fratrum prope Marpurg econverso duxerit . . suam uxorem, que nobis proprietatis tytulo est astricta, nos sencientes ex hujusmodi permixtione controversiam et litigium in posterum posse multipliciter suboriri, que utique tolli volumus, ob favorem et amorem, quibus dictum . . conmendatorem et fratres dicte domus, devotos nostros karissimos, prosequimur, bona fide prefatum Mengotum Ysinkûl in dictum . . conmendatorem et fratres domus premisse transferimus, ut ipsis proprietate, qua nobis astrictus fuerat, sit astrictus, Wigandum dictum Fûghe, qui dictorum . . conmendatoris et fratrum proprius fuerat, nobis et nostris heredibus resumentes in vicem et locum Mengoti Ysinkûl prenotati, dantes in hujus permutacionis robur hoc scriptum desuper confectum nostro secreto secretissimo roboratum.

Actum Marpurg, anno domini millesimo ccc°xx°iii°, in sabbato proximo ante Oculi.

Aus dem durch feuchtigkeit beschädigten orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

438. *Landgraf Otto von Hessen überlässt dem deutschen hause bei Marburg die müllerin Hetta von Allna gegen Hetta tochter der müllerin Hetta von Haddamshausen. Marburg 1323 febr. 27.*

Nos Otto dei gracia lantgravius, terre Hassie dominus, profitemur, 1323 febr. 27.
quod de consensu et beneplacito domini fratris nostri Ludewici Monasteriensis episcopi Hettam molendinariam de Alnahe, que attinuit nobis proprietatis tytulo, pro Hetta filia Hette molendinarie in Hadmůdshusin, que . . conmendatori et fratribus domus Theutonice prope Marpurg proprietatis tytulo attinere videbatur, mutuo permutavimus, sic quod nostram Hettam predictam in dictos . . conmendatorem et fratres transferimus et ipsorum Hettam nobis in vicem et locum nostre Hette similiter resumentes sub harum testimonio litterarum, quas in hujus permutacionis robur nostro sigillo secretissimo fecimus roborari.

Actum in Marpurg, anno domini millesimo ccc°xxiii°, in dominica qua cantatur Oculi.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Auf dem beschädigten kleinen runden siegel ein frauenkopf mit einer lilienkrone en face; umschr.: . . . . . E · ELIZA . . .

439. *Johann und Konrad söhne Hartberns von Naunheim verkaufen dem deutschen hause bei Marburg und dem ritter Hermann Lesch zwei stücke ackerlandes bei Naunheim. 1323 märz 1.*

Noverint universi, ad quos tenor presentium pervenerit litterarum, 1323 märz 1.
quod nos Johannes et Conradus fratres, filii quondam Hartberni de Nůnheym, religiosis viris . . conmendatori et fratribus domus Theuthonice prope Marpurch ac Hermanno militi dicto Lesche vendidimus et vendimus juste venditionis titulo duas petias terre arabilis, unam videlicet sadulam sitam in der Hůmbach et aliam peciam, que vulgariter dicitur eyn anewendere, sitam in agro fratrum et militis predictorum ex oposito curie eorundem, quam simul habent in villa Nůnheym, de quibus etiam duabus petiis quondam Gotfridus Lesche miles solvit annuatim quartale sive modium frugum, qui creverunt in eisdem, nomine pensionis, pro quindecim solidis denariorum Coloniensium nobis traditis et pagatis. Testes hujus venditionis sunt: Eynolphus prespiter vicarius ecclesie Wetflariensis et Henricus dictus Gebuir civis ibidem, et alii quamplures fide digni pro testibus adesse rogati. In cujus etiam testimonium sigillum nobilis viri domini Johannis comitis de Solmysse ad preces nostras presentibus est appensum, quod nos comes predictus recognoscimus esse verum.

Datum anno domini m°ccc°xxii°, primo die intrante martio.

Aus orig.-perg. mit siegelbruchstück in Marburg (deutscho.).

440. *Mechtild tochter des Alicho und der Rilindis zu Amöneburg schenkt dem deutschen hause bei Marburg ihre güter zu Kleinseelheim, Kleinrossdorf, Mardorf, Münchhausen und Wittelsberg.*

1323 märz 11.

1323 märz 11. Noverint universi presentium inspectores et perceptores necnon omnes, quos nosse fuerit oportunum, quod ego Mechtildis filia quondam Alichonis et Rilindis conjugum de Amelburg matura deliberatione ad hoc prehabita, mentis mee bene conpos, cupiens et volens anime mee consulere et incertam mortis horam certa rerum et bonorum meorum dispositione salubriter subvenire, ad honorem dei omnipotentis et gloriose virginis matris ejus Marie beateque Elizabeth, ob animarum parentum meorum et mee anime remedium et salutem res meas universas et bona mea singula ac universa mobilia ac inmobilia, divisa aut indivisa, ubicumque locorum sita sunt, quocumque eciam nomine censeantur, precipue et specialiter bona mea sita in villa minori Selhem, que colit Gerhardus Herbart, bona mea ibidem sita, que colit Wigandus, que quondam fuerunt . . dicte Cletten, bona mea in minori Rostorf, que colit Conradus Ranfolt, bona mea in villa Mardorf, que colit Wigandus Plotze, bona mea sita in Monichusen, que colit Henricus ibidem, et bona mea sita in Wittelisberg[1]), que colit Henno Fadersun, cum universis juribus atque attinenciis et appendiciis eorundem etiam quibuscumque dedi, tradidi et donavi, do, trado atque dono donatione simplici et legittima irrevocabilique inter vivos, assignavi et assigno in hiis scriptis integraliter absque omni dolo eodem jure et dominio, quo ipsa hactenus tenui et possedi et videbar possidere, viris religiosis . . conmendatori ceterisque fratribus domus Theotunice prope Marpurg ad habenda, possidenda cum omni felicitate perpetue, pacifice et quiete, renuncians quoque simplici renunciatione et legittima omni ordinationi, inmutationi, que circa predicta bona possem vel vellem facere in futurum. In cujus rei testimonium et certi roboris firmitatem predictis . . conmendatori et fratribus do et contuli presentem litteram sigilli universitatis in Marpurg munimine conmunitam, cum testimonio Lodewici in Curia, Syffridi de Bidenkap proconsulis, Alberti in Curia, Henrici Schinebenis, et aliorum quam plurium fide dignorum. Et nos scabini in Marpurg recognoscimus ad preces et ad rogatum predicte Mechtildis nostre universitatis sigillum in testimonium validum omnium prescriptorum presentibus appendisse.

Datum anno domini m°ccc°xxiii°, quinto ydus marcii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Auf der rückseite steht von der hand bruder Konrads: 'Donatio Mechtildis filie Rilindis dicte Cletten de Ameneburg'. Siegel abgefallen.

1) 'Wttelisberg' orig.

441. 1323 *märz 12.*

Ego Fridericus clericus dictus Rausten triginta maldra siliginis, que habeo in parato, universa bona mea hereditaria, proprietaria ac alia bona mea mobilia ac inmobilia donavi dilecte mee sorori Ymmichen, dans de hoc presentem litteram sigilli universitatis in Marpurg munimine communitam, cum testimonio Lodewici in Curia, Siffridi de Bidenkap, Henrici Schinebenis, Alberti in Curia, schabinorum in Marpurg. 1323 märz 12.

Datum et actum anno domini m°ccc°xxiii°, sabbato ante dominicam Judica.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

442. *Hetta tochter des bäckers Hildewig schenkt dem deutschen hause bei Marburg ihre güter zu Holzhausen bei Stedebach.* 1323 *apr. 21.*

Noverint universi presentium inspectores necnon omnes, quos nosse fuerit oportunum, quod ego Hettha filia quondam Hildewici pistoris pie memorie, sana mente et corpore constituta, de bona et libera voluntate mea, cupiens in hoc saluti anime mee et parentum meorum salubriter providere, do, trado atque dono donatione irrevocabili inter vivos bona mea sita in villa Holzhusen prope Stedebach cum universis et singulis attinentiis et juribus suis, videlicet pratis, pascuis, campis, silvis ac aliis appenditiis suis eciam quibuscumque, viris religiosis . . conmendatori et fratribus domus Theotunice prope Marpurg in veram elemosinam ad habenda et possidenda jure proprietario cum omni felicitate perpetue, pacifice et quiete, transferens in ipsos fratres omne jus et dominium ipsorum bonorum, prout ad me spectabant et spectare videbantur jure de communi, renunciando in manus et potestatem de dictis bonis et resignando eis eadem cum extremitate mei vestitus, ut moris est, nichil juris michi aut meis heredibus sive sequacibus in dictis bonis penitus reservando. Insuper recognosco me renunciasse et renuncio in hiis scriptis omni juris auxilio tam canonici quam civilis, quod michi in dictis bonis nunc conpetit et conpetere posset in posterum quoquo modo, ac specialiter et precipue omni inmutationi ac ordinationi, que circa prenotata bona possem aut vellem facere in futurum, dans predictis fratribus in validum robur premissorum presentem litteram sigillo universitatis in Marpurg patencius sigillatam cum testimonio Henrici Schinebenes, Alberti in Curia scabinorum, et aliorum quamplurium fide dignorum. 1323 apr. 21.

Datum et actum anno domini m°ccc°xxiii°, xi° kalendas maji.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

443. 1323 *mai* 1.

1323 mai 1. Ego Cyna relicta quondam Volperti dicti Maldirleip civis Wetflariensis contuli donacione irrevocabili inter vivos Johanni et Herfrido filiis quondam Henrici de Dridorf meis cognatis pre aliis meis heredibus unam marcam denariorum annui census ipsis persolvendam in festo beati Michaelis ex duabus marcis reddituum, quas habere dinoscor in molendino in Husin trans Logenam sito, quod olim fuit walcmolen. In cujus facti testimonium sigillum civitatis Wetflariensis meis precibus presentibus litteris est appensum. Testes: Hartmannus de Herlisheym, Hermannus Monetarii, scabini civitatis predicte.

Actum et datum anno domini m°ccc°xxiii°, prima die maji.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel zerbrochen.

444. *Agnes wittwe des burggrafen Johann von Nürnberg schenkt dem deutschen hause bei Marburg ihre von den gebrüdern Halber von Windecken erkauften güter zu Mörlen gegen eine jährliche korngült, die nach ihrem tode zur feier ihres andenkens und des ihrer eltern verwandt werden soll.* 1323 *jun.* 19.

1323 jun. 19. Universis tam presentibus quam futuris Cristifidelibus nos Agnes relicta quondam Johannis burggravii in Nurenberg volumus esse notum, quod quedam certa bona existencia in agris terre arabilis sita in terminis ville Mŏrle, que nostra pecunia, videlicet quinquaginta quinque marcis denariorum monete usualis, erga . . fratres carnales dictos Halbere de Wonnecke justo empcionis titulo emimus et conparavimus, religiosis viris . . commendatori et fratribus domus Teuthonice apud Marpurch propter deum pure et ob salutem necnon remedium animarum pie memorie domini Henrici lantgravii, terre Hassie domini, atque domine Methildis collateralium, parentum nostrorum, necnon nostram donacione perfecta et inter vivos irrevocabilique ad pyctanciam dedimus et donavimus necnon presentibus tradimus et donamus; hac adjecta condicione, quod . . magister pyctanciarum qui pro tempore fuerit nobis septem maldra siliginis mensure Wetflariensis in festo beati Michahelis singulis annis presentet quamdiu vixerimus et ministret. Post obitum vero nostrum . . magister pyctanciarum prefatus predicta septem maldra tria cum dimidio in anniversario . . parentum nostrorum predictorum et totidem in anniversario nostro fratribus ad pyctanciam dabit et ministrabit, ut anniversaria sive memorias . . parentum nostrorum et nostras bis in anno, ut predicitur, in perpetuum cum vigiliis, missis, pallis, candelis, conpulsacionibus et aliis sollempniter peragant et pro ipsis necnon nobis insistant sedulis

intercessionibus apud deum; dantes ipsis . . commendatori et fratribus has litteras nostri sigilli appensione roboratas in testimonium premissorum.

Datum anno domini m°ccc°xxiii°, xiii° kalendas julii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgerissen. Gedr.: Gudenus Codex 4, 1033; daraus v. Stillfried u. Märcker Monumenta Zollerana 2, 372 nr. 567.

445. *Erzbischof Mathias von Mainz beauftragt den decan zu Amöneburg, den priester Ludwig von Schröck in die ihm übertragene pfarrei Habertshausen einzuführen.* *Aschaffenburg* 1323 *jun.* 23.

Mathias dei et apostolice sedis gratia sancte Moguntine sedis electus discreto viro . . decano sedis in Amenebûrg salutem in domino. Ecclesiam parrochialem in Habraychteshusen, cujus collatio ad nos pleno jure pertinet, vacantem nobis ex libera resignatione Henrici de Sôlmeze olim rectoris ejusdem Lûdowico de Scrickede sacerdoti contulimus et propter deum conferimus ipsumque de eadem presentibus litteris investimus, mandantes tibi, quatinus ipsum Ludowicum ducas in corporalem possessionem vel quasi dicte ecclesie, faciendo sibi de juribus, fructibus et obventionibus ipsius plenarie responderi et a subditis debitas obedientiam et reverentiam tamquam vero plebano in omnibus exhiberi, adhibitis sollempnitatibus debitis et consuetis, contradictores et rebelles, si qui fuerint, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam conpescendo. 1323 jun. 23.

Datum Aschaffimburg, ix° kalendas julii, anno domini m°ccc°xxiii°

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel beschädigt.

446. *Lukardis schwester des ritters Eckard Schlaun schenkt dem deutschen hause bei Marburg alle ihre güter.* 1323 *jul.* 25.

Ad universorum noticiam perducatur, quod ego Luchardis soror strennui militis domini Eckehardi dicti Slûne bona deliberacione maturoque consilio prehabitis ac per dei graciam mentis et corporis bene sana contuli, dedi, assignavi et nichilominus confero, do et assigno in hiis scriptis religiosis viris dominis . . commendatori et fratribus domus Theutonice prope Marpurch Moguntine dyocesis omnia bona mea mobilia et immobilia, ubicumque locorum sita fuerint, quocumque nomine censeantur, que nunc habeo et que acquirere possem in futurum, tollenda, possidenda in perpetuum et habenda pacifice ac quiete, contradictione meorum heredum qualibet non obstante, quibus bonis ex nunc renuncio pure, simpliciter et expresse, dans . . commendatori et fratribus supradictis libe- 1323 jul. 25.

ram potestatem agendi et disponendi cum eisdem bonis, prout ipsis melius videbitur expedire. In cujus rei testimonium et robur perpetuum sigillum civitatis Wetflariensis meis precibus litteris presentibus est appensum. Hujus facti testes sunt: Gerlacus Madirsele, Ebirhardus Mauge, Gerbertus Vdonis, Conradus dictus Lange, scabini civitatis predicte, et alii fidedigni.

Actum et datum anno domini m°ccc°xxiii°, in festo beati Jacobi apostoli.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

447. *Erzbischof Baldewin von Trier überweist dem deutschen hause in Marburg das verwilderte Augustinerchorherrenstift Schiffenberg.* 1323 *aug.* 14.

1323 aug. 14. In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Balduynus dei gratia sancte Treuerensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Galliam archicancellarius, universis Cristi fidelibus tam presentibus quam futuris salutem in domino sempiternam. Divini consilii imperscrutabilis altitudo summa et ineffabili sua bonitate cuncta disponens in novo testamento beatum Petrum apostolum ecclesie katholice constituit principem ipsique primo in ecclesia dei pontificatum tradidit, dicens illi: ‘Tu es Petrus’ et cetera. Ceteri quoque apostoli cum eodem pari consorcio potestatem et honorem acceperunt. Qui viventes in carne sanguine suo proprio plantaverunt ecclesiam, ipsisque decedentibus in eorum locum consimili ordine episcopi successerunt. Quibus et eorum cuilibet loquitur dominus per Jheremyam prophetam, dicens: ‘Ecce, constitui te super gentes et regna, ut evellas, destruas et dissipes, edifices atque plantes’. Cujus vigore potestatis episcopis non solum permittitur in suis dyocesibus ecclesias construere et plantare, verum etiam plantatas et constructas ex causis legitimis secundum temporis qualitatem, locorum et personarum condiciones ad alia loca transferre, incorporare, subicere pariter et unire, potissime cum ecclesiarum ipsarum, locorum et personarum evidens utilitas, pietas urgensque necessitas id exposcit, eo quod in ipsis ecclesiis divinus cultus negligitur, regularis observantia postponitur, bona dilapidantur earum, dissipantur, alienantur et consumuntur omnino nec est spes, quod per earum rectores status ipsarum possit aliquatenus in melius reformari. Tunc enim prelatus ex officii[1]) sui debito medelam adhibere necessario compellitur et urgetur, ne sanguis subditorum suorum de suis manibus a domino requiratur. Sane non absque dolore et grandi cordis amaritudine cum planctu flebili referre cogimur, qualiter monasterium de

1) ‘officio’ orig.

Schyffimbûrch regularium canonicorum ordinis sancti Augustini nostre dyocesis Treuerensis ab olim religiose fundatum et patrimonio competenti dotatum fuerat, in quo etiam tunc per dei graciam vigebat ordinis disciplina, nunc peccatis exigentibus ad tam miserabilem statum devenerit ejusdemque monasterii canonici sive fratres ad tantam dissolucionis miseriam et ignominiam sunt conversi, quod in ipso monasterio deus ipse non colitur, religio non servatur, fratres ipsi religionis habitu ac obediencie bono depositis quasi vagabundi, instabiles, acephali et penitus incorrigibiles ubique extra monasterium evagantur, bonis ejusdem monasterii tam mobilibus quam immobilibus, sacris vasis, libris et aliis ecclesie ornamentis venditis, distractis, dispersis et alienatis ac pro majori parte consumptis, quorum quedam pro non modica summa a fratribus ejusdem alienata sunt in manibus posita potencium laycorum, de quibus vix est spes, immo pocius dubium et timendum existit, an possint vel debeant ad jus et proprietatem ipsius monasterii in posterum revocari. Quin immo ipsum monasterium, quod prius dei et hominum religiosorum fuit habitaculum, religionis emulo satore zyzanie procurante datum est in scandalum et opprobrium vicinorum. Nos igitur eidem monasterio tam miserabiliter desolato paterno compacientes affectu ipsiusque statum tam miserabilem intra nostri antra pectoris non semel, sed sepius revolventes, urgente conscientia nos ad id etiam compellente plantas steriles et inutiles eradicare et evellere locoque ipsarum alias utiles et fructiferas in orto dominico plantare et substituere ortolani more solliciti cupientes, deliberacione prehabita diligenti attendentes ipsum monasterium de Schyffembûrch, sicut predicitur, destitutum, quod in medio nacionis perverse necnon remote in finibus archiepiscopatus nostri situm est, non posse per canonicos seu fratres ejusdem monasterii ad statum debitum relevari, de illo maxime stabilitatis et probitatis orto, videliced (!) ordinis fratrum Teuthonicorum, cujus religionis et bone vite fama redolens longe lateque per orbem miro et suavi odore diffunditur, ad meliorandum locum predictum ipsiusque statum reformandum ad honorem dei omnipotentis et divini cultus augmentum in ipso monasterio de Schyffembûrch novellas plantulas supponendas ibidemque fratres ordinis Teuthonicorum deinceps instituendos decrevimus et ponendos, ac ipsum monasterium de Schyffembûrch cum omnibus bonis, juribus et pertinentiis suis quibuscumque, sive in presenti in eorum manibus existant sive extra ab aliis sint possessa, monasterio sive domui et ordini fratrum Teuthonicorum de Marpûrch Moguntine dyocesis, quod eidem proximum et vicinum necnon ad relevandum potens et valens est, sicut verisimiliter presumitur et speratur, incorporamus perpetuo, subicimus et unimus, venerabilium virorum nobis dilectorum . . decani et . . capituli ecclesie nostre Treue-

rensis ad hoc interveniente consensu pariter et assensu. Verum in prefato monasterio de Schyffembûrch discretus erit prepositus in perpetuum, habens sub se duodecim fratres tam in sacris quam in minoribus ordinibus constitutos, de quibus ad minus sex debeant esse sacerdotes, sub regula et ordine fratrum Theutonicorum successivis temporibus cum puritate mentis et humilitate cordis altissimo servientes, ut cum sapiente dicamus: 'Labores impiorum justi edent', et illud ewangelicum: 'Malos male perdet et vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddent fructum temporibus suis', et illud, quod alibi dicitur: 'Auferetur a vobis regnum dei et dabitur genti justitiam facienti', prout ewangelica veritas attestatur; firmam spem fiduciamque tenentes, quod auxiliante domino sub felici regimine commendatoris et fratrum Teuthonicorum de Marpûrch predictorum ipsum monasterium de Schyffembûrch in futurum salutaribus proficiat incrementis. Hunc tamen numerum fratrum propter vehementem carenciam facultatum mitigamus ad tempus, ut videliced per sex annos immediate sequentes non plures quam sex persone ecclesiastice dumtaxat, de quibus quatuor sacerdotes existant, in ipso monasterio de Schyffembûrch necessario teneri cogantur. Quibus finitis remanebit numerus integer pretaxatus. De canonicis autem ipsius monasterii de Schyffembûrch sub regula et habitu beati Augustini existentibus sic duximus ordinandum, ut videliced dicti canonici, qui ordinem fratrum Teuthonicorum assumere, tenere et sub illo deo famulari voluerint, ipsorum ordinem et habitum deposito prioris religionis habitu suscipiant atque gestent et sub illo ordine fratrum Teuthonicorum, regula et habitu vivant ac domino juxta precepta ordinis ejusdem devotis mentibus famulentur. Alii vero de dictis canonicis, qui ordinem et habitum assumere noluerint, remaneant in suo priore habitu sub beati Augustini regula, sicut prius, domino servituri et de bonis et facultatibus monasterii, sicut reliqui fratres ordinis Teuthonicorum, prout commodius fieri poterit, vite necessaria percepturi. Ceterum prepositum ydoneum in eodem monasterio de Schyffembûrch preficiendum commendator et fratres de Marpûrch predicti, quandocumque et quocienscumque preposituram eamdem vacare continget, presentare nobis nostrisque successoribus tenebuntur, cujus institucio et animarum cure commissio ad nos nostrosque successores perpetuo pertinebit, in quem etiam racione cure necnon populi secularis, quem habet regere, visitationis officium poterimus et habebimus exercere. Ipsum etiam monasterium de Schyffembûrch nobis et nostris successoribus ad ea tenebitur, ad que relique domus Teuthonicorum ordinis nostre diocesis Treuerensis de jure vel consuetudine sunt astricte, nec bona prefati monasterii immobilia sine nostro consensu expresso alienare poterunt quoquo modo. Preterea monasteria sive domus de Marpûrch et de Schyf-

fembûrch tam conjunctim quam divisim et in solidum racione procurationis et subsidii, que monasterio de Schyffembûrch et canonicis ibidem olim solebant imponi, nobis nostrisque successoribus solvent in perpetuum singulis annis in festo beati Martini hyemalis infra Confluenciam in nostra curia, quam habemus ibidem, tres marcas boni argenti ad pondus Treuerense vel valorem ipsius per unum fratrem ordinis sui, profitentem expresse, quod eas nomine pensionis pro monasterio de Schyffembûrch persolvat; hoc adjecto pacto, quod si in solucione dicti argenti negligentes essent in termino constituto, extunc post lapsum octo dierum dictum argentum vel valorem ejus recipere sub costangiis et usuris, de quibus una cum sorte principali necnon expensis et dampnis, que propter hoc incurrere nos contingeret, satisfacere tenebuntur, ipsos etiam per capcionem et detentacionem rerum et bonorum, domorum seu monasteriorum de Marpûrch et de Schyffembûrch predictorum aliarumque domorum monasterio de Marpûrch subjectarum, ubicumque locorum existant, quas et que super hiis nobis specialiter obligarunt, per nos aut officiatos vel adjutores nostros auctoritate propria ac insuper per excommunicacionis, suspensionis et interdicti sentencias summarie et de plano sine quavis monicione vel requisicione proferendas in domos, . . commendatorem et fratres predictos compellere poterimus et constringere, quousque de principali, costangiis et usuris, dampnis, expensis et interesse fuerit plenarie satisfactum. Sane monasterium monialium de Schyffembûrch et moniales ibidem tam in genere quam in specie ordinacioni nostre regiminique nostro in omnibus reservamus, ita quod de ipsis monialibus, monasterio, bonis et juribus ipsarum spiritualibus aut temporalibus sepedicti commendator, prepositus et fratres de Marpûrch et de Schyffembûrch nullatenus intromittere se debebunt. Et nos de Marpûrch . . commendator et fratres ac . . prepositus et fratres de Schyffembûrch premissa omnia et singula vera et, sicut predicitur, acta esse de expressa nostra voluntate recognoscimus, suscipientes specialiter et expresse in nos et domos nostras domosque monasterio de Marpûrch subjectas et earum quamlibet in solidum obligacionem superius contentam de tribus marcis argenti, costangiis, usuris, dampnis et interesse, si et quociens cessatum fuerit in ejusdem argenti solucione, sicut supradictum est, dicto reverendo patri suisque successoribus exsolvendis. Et specialiter consentimus, ut ipse reverendus pater suique successores nos ad solucionem dicti argenti et satisfactionem de dampnis, expensis et interesse, si negligentes essemus, modo quo supra dicitur, compellere valeant et artare, sue jurisdictioni nos quoad hoc ex certa scientia supponentes. Preterea nos Karolus generalis magister ordinis fratrum Teuthonicorum premissis omnibus et singulis nostrum adhibendo consensum, commendator, pre-

positus et fratres sepedicti promittimus bona fide, quod contra premissa vel aliquod premissorum in toto vel in parte non veniemus per nos aut alios quoquo modo, nec privilegia vel indulta impetrabimus vel impetrari faciemus a quocumque, omnibus insuper privilegiis et indultis jam concessis aut in posterum concedendis, defensionibus, excepcionibus et opposicionibus quibuscumque, que super premissis prefato reverendo patri suisve successoribus possent in futurum prejudicium aliquod generare, renunciamus ex certa sciencia specialiter et expresse. Ut autem premissa omnia et singula remaneant inconvulsa et robur obtineant perpetuum firmitatis, nos Balduynus archiepiscopus Treuerensis sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum una cum venerabilium virorum . . decani et . . capituli ecclesie nostre Treuerensis ac religiosorum virorum domini Karoli generalis magistri, . . commendatoris de Marpůrch et . . prepositi de Schyffembůrch predictorum sigillis, hiis appensis in testimonium veritatis. Et nos . . decanus et . . capitulum ecclesie Treuerensis nosque Karolus generalis magister, commendator et prepositus predicti sigilla nostra in signum consensus, laudationis, approbacionis, ratificacionis et veritatis omnium premissorum presentibus litteris duximus apponenda.

Datum anno domini millesimo ccc^{o} vicesimo tercio, in vigilia festi assumpcionis beate Marie virginis gloriose.

Aus orig.-perg. in Darmstadt. Die fünf siegel sind mit ausnahme des wolerhaltenen vierten (comthur zu Marburg) zerbrochen. Ein zweites orig., in Coblenz, erwähnt Goerz Regesten der Erzbischöfe von Trier 70. In Darmstadt auch ein vidimus auf perg., gefertigt auf ersuchen 'Wigandi dicti Hirdůn vicecommendatoris domus Theutonicorum prope Marpurg' von 'Hermannus dictus Clafhuser de civitate Wetflaria auctoritate imperiali publicus notarius'. 'Acta in civitate Wetflaria in domo habitacionis fratrum Theutonicorum. Presentibus religiosis viris Gebehardo commendatore, Johanne de Grůnenberg, Johanne de Merlauwe fratribus jam dicte domus, Conrado de Waldirdorf archipresbitero cristianitatis Wetflarie, Henrico de Hirlishem, Ebirhardo dicto Mouchen scabinis Wetflariensibus et Fryckelone dicto Mouchen de Wetflaria. Sub anno domini m^{o}ccc^{o}l. septimo, posteriora (!) die mensis junii'. Gedr.: Hist. diplom. Unterricht nr. 66 (unvollständig). Gudenus Codex 3, 1016 (auszug). Entdeckter Ungrund nr. 192 (unvollständig); daraus Samml. v. Deduct. 8, 175.

448. *Das deutsche haus zu Marburg verspricht gegen erlass der hälfte des bei einverleibung des stiftes Schiffenberg übernommenen zinses von sechs mark silber das jahrgedächtniss erzbischof Baldewins von Trier, seiner eltern und verwandten feierlich zu begehen.*

1323 *aug.* 14.

1323 aug. 14. Universis tam presentibus quam futuris Cristi fidelibus nos . . commendator et fratres ordinis fratrum Theutonicorum domus de Martpurch

Moguntine diocesis volumus esse notum, quod reverendus in Cristo pater Baldewinus dei gratia sancte Treuerensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Galliam archicancellarius, nobis nostrique (!) domui predicte monasterium de Schyffembûrch Treuerensis diocesis, quod canonicis regebatur regularibus, cum suis bonis et juribus ex causis legittimis atque piis donavit, subjecit pariter et univit, sex marcarum argenti ad pondus Treuerense singulis annis in crastino beati Martini hyemalis infra Confluenciam in curia dicti reverendi patris ibidem pensione sibi suisque successoribus reservata. Tandem dictus reverendus pater condicionem attendens humanam et qualiter omni creature tam sublimi quam humili pretereuntibus suo cursu diebus vite presentis finis appareat et quod diem messionis extreme conveniat misericordie operibus prevenire quodque devotarum oracionum suffragia inter alia pietatis opera multum prosint ad divinam misericordiam impetrandam, de tribus marcis argenti liberalitatem nobis faciendam esse decrevit, ut ob salutem et remedium animarum recolende memorie illustris principis domini Henrici Romanorum imperatoris, fratris germani reverendi patris predicti, domine auguste Margarete videlicet collateralis[1]) ejus necnon ipsius domini . . archiepiscopi ac domini Henrici et Beatricis parentum ejus suorumque progenitorum comitum Luccemburgensium et predecessorum suorum archiepiscoporum Treuerensium singulis annis in perpetuum bis in anno, videlicet semel in crastino beati Bartholomei et semel in crastino dominice Letare sequenti in nostro monasterio de Martpûrch anniversarium sive memoriam cum pallis, candelis, conpulsacionibus et aliis sollempniter peragamus et pro ipsis insistamus sedulis intercessionibus apud deum. Nos igitur commendator et fratres predicti elemosinam hujusmodi nobis factam gratis animis acceptantes, promittimus[2]) bona fide prefatum anniversarium aut memoriam bis in anno, sicut predicitur, sollempniter et devotissime celebrare et orare pro ipsis vehementer apud deum, ut eis sua pietate clementi salvacionis et salutis eterne locum jubeat misericorditer indulgeri. Predictas eciam tres marcas fratribus, qui eisdem exequiis sive memoriis interfuerint, distribuemus ad pytanciam terminis supradictis, prout in hujusmodi largicionibus fieri est consuetum. Insuper volumus et nos ad hoc astringimus spontanea voluntate, quod si in dictorum anniversariorum et memoriarum celebracione aut trium marcarum largicione deficeremus, quod absit, ad totales sex marcas pro pensione monasteriorum de Martpûrch et de Schyffembûrch predictorum integraliter ipsi domino . . archiepiscopo et suis successoribus perpetuo solvendas simus astricti et pro eis servandis firmiter et implendis ad bona

1) 'collateralibus' vorlage. 2) 'promittibus' vorlage.

nostra domorumque nostrarum predictarum ac domorum dicte domui de Martpûrch subjectarum, ubicunque locorum existant, mobilia et inmobilia dictus reverendus pater suique successores archiepiscopi Treuerenses regressum habeant et recursum, quas et que sibi super hiis tytulo pignoris seu ypothece specialiter obligamus, volentes et consencientes expresse, quod ad observacionem premissorum per capcionem et detencionem rerum et bonorum nostrorum necnon per excommunicacionis, suspensionis et interdicti sentencias dictus reverendus pater suique successores, quorum jurisdictioni quoad hoc nos subicimus, auctoritate propria summarie et de plano nos conpellere valeant et artare. Si autem prefatas memorias aut anniversaria et distribuciones fecerimus, ut est dictum, non amplius persolvemus quam tres marcas argenti pro pensione predicta, prout in litteris subjectionis et unionis de pensione trium marcarum argenti tantum inter cetera mencionem facientibus clarius continetur. In cujus rei testimonium nos . . commendator et fratres predicti sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum una cum sigillis religiosi viri domini Karoli ordinis nostri generalis magistri, quod presentibus rogavimus apponi. Et nos Karolus magister generalis premissis omnibus et singulis nostrum adhibemus consensum sigillumque nostrum presentibus litteris apposuimus in testimonium veritatis.

Datum anno domini millesimo ccc^{o} vicesimo tercio, in vigilia festi assumpcionis beate Marie virginis.

Aus gleichz. abschr. auf perg. in Darmstadt mit der überschr.: 'Datum per copiam'. Von einem angehängt gewesenen kleinen runden siegel liegt noch ein bruchstück bei; es zeigt anscheinend ein kreuz, darauf einen schild und in diesem einen zweiköpfigen adler; umschr.: . . . . . RE$\overline{\text{T}}$ · F . . . . . MA . . . . . Gedr.: Entdeckter Ungrund nr. 194; daraus Samml. v. Deduct. 8, 179. Gudenus Codex 4, 1034 (unvollständig).

449. *Erzbischof Baldewin von Trier beauftragt den archidiacon zu Trier, den prior zu Altenberg und den decan zu Haiger, die überweisung des klosters Schiffenberg an das deutsche haus zu Marburg bekannt zu machen und letzteres in besitz zu setzen.*

1323 *aug.* 18.

1323 aug. 18. Balduynus dei gratia sancte Treuerensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Galliam archicancellarius, dilectis nobis Godefrido de Eppinstein archidiacono in ecclesia nostra Treuerensi, . . priori monasterii in Aldembûrch Premonstratensis ordinis et . . decano cristianitatis in Heygere necnon aliis universis et singulis nobis subditis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in domino. Cum nos necessitate, utilitate et pietate suadentibus monasterium de Schyffembûrch nostre diocesis

Treuerensis cum omnibus bonis, juribus et pertinenciis suis monasterio sive domui de Marpůrch Moguntine diocesis ordinis fratrum Teuthonicorum uniendum, incorporandum et subiciendum duxerimus venerabilium virorum . . decani et . . capituli ecclesie nostre Treuerensis ad hoc interveniente consensu, ita quod ipsum monasterium de Schyffembůrch sub ordine et religione ordinis fratrum Teuthonicorum predicti in posterum regi debet, sub formis tamen et modis, quos et quas in litteris nostris super hujusmodi unione et subjectione confectis videbitis plenius contineri: quapropter vobis et vestrum cuilibet, qui super hiis fueritis requisiti, ita quod alter alterum non expectet, committimus et mandamus in virtute sancte obediencie nichilominus precipiendo, quatenus ad dictum monasterium de Schyffembůrch personaliter accedentes clero et populo vicinis convocatis incorporacionis, unionis et subjectionis predictarum nostras litteras secundum formam et tenorem in eis contentos sollempniter publicetis et intelligibiliter exponatis necnon commendatorem et fratres de Marpůrch in possessionem monasterii de Schyffembůrch, bonorum, jurium et pertinenciarum ipsius inducatis corporalem, prout melius fieri poterit et debebit.

Datum anno domini millesimo ccc^{o} vicesimo tercio, feria quinta post assumpcionem beate Marie virginis.

Aus orig.-perg. mit siegelbruchstück in Darmstadt. Auf der rückseite steht von gleichzeitiger hand: 'Missio in possessionem monasterii in Schiffenburg'. Gedr.: Entdeckter Ungrund nr. 193; daraus Samml. v. Deduct. 8, 178.

450. *Das kloster Wirberg beurkundet den verzicht der nonnen Hedwig, Mechtild und Elisabeth Lesch auf eine korngült zu Naunheim.* 1323 *aug.* 23[1]).

Nos Eckehardus prepositus, Odeygeba magistra totusque conventus sanctimonialium ordinis sancti Augustini in Werberc recognoscimus publice presencium per tenorem, quod Hedewigis, Meythildis et Elizabet sorores, filie quondam Benedicte dicte Leyßen, nostre conventuales, manumiserunt et in presentibus manumittunt et resignant unanimiter pensionem trium modiorum siliginis Wetflariensis mensure annue solucionis, que pensio sibi de quadam curia sita in villa Nuenheym actenus post obitum matris sue Benedicte predicte cessit pleno jure, renunciantes omni juri ipsis conpetenti vel conpetituro in bonis supradictis. In cujus rei testimonium et fidem pleniorem sigillum nostri conventus in Werberc antedicti presentibus patencius est appensum. 1323 aug. 23.

1) Vgl. nr. 401.

Datum anno domini m°cccxxiii., x. kalendas septenbris.

Aus orig.-perg. mit beschädigtem siegel in Marburg (deutscho.). Gedr.: Gudenus Codex 4, 1035.

451. *Das deutsche haus bei Marburg verspricht bei übernahme des klosters Schiffenberg die rechte Hartrads herrn von Merenberg zu achten.* 1323 *aug.* 30.

1323 aug. 30. Nos frater Cuno de Duthelindorff[1]) comendator ceterique fratres domus Theutonicorum apud Marpurg recognoscimus publice in hiis scriptis, quod cum monasterium canonicorum regularium in[2]) Schiffenberg nostre domui et ordini per reverendum in Cristo patrem ac dominum Baldewinum Treverensis ecclesie archiepiscopum sit incorporatum, subjectum pariter et unitum de consensu expresso nobilis viri domini Hartradi domini de Merenberg, cujus progenitores seu predecessores, domini de Glipperg[3]), prefati monasterii sunt et fuerunt fundatores, veri patroni et advocati, prout in litteris super hoc confectis plenius continetur, omni tamen jure et conswetudine ac[4]) dominio salvis, que sui progenitores seu predecessores habuerunt ac ipse habuit hactenus et habet in monasterio memorato, dolo et fraude remotis penitus et exclusis, hoc eciam pacto, quod si in districtu qui dicitur Hittenberg aliqua emerimus bona vel legata fuerint propter deum, de eisdem bonis noster colonus, qui pro tempore fuerit et ipsa coluerit, faciet[5]) sicut alter ex parte nostri ordinis, nullam prerogativam sibi attribuens vel assumens. Sed si per nos vel nostros fratres hujusmodi bona colere voluerimus, hoc facere debebimus cum prefati domini Hartradi consensu pariter et favore. Ceterum non debebimus aliqua struere vel edificare edificia, que ad defensionem municionis seu castri se extendant, in prefato monasterio nisi de consensu et assensu domini memorati. Et in testimonium jurium, conswetudinum et dominiorum[6]) reservatorum per dominum Hartradum sepedictum et aliorum premissorum sibi has litteras nostro sigillo, quo communiter conswevimus uti, dedimus sigillatas.

Datum anno domini[7]) m°ccc°xxiii°, in crastino decollacionis beati Johannis baptiste.

Aus abschr. XV. jahrh. (A) im copialbuch nr. 6 bl. 24 in Wiesbaden. Darin bl. 32′ eine zweite abschr. XVI. jahrh. (B). Gedr.: Wenck Hess. Landesgesch. Urkb. II, 289.

---

1) ‘Duthelindorph’ abschr. B. 2) ‘in’ fehlt abschr. A.
3) ‘Glyperg’ abschr. B. 4) ‘et’ abschr. B. 5) ‘faciat’ abschr. A.
6) ‘dno4’ abschr. A. 7) ‘domini’ fehlt abschr. A.

452. *Die verwittwete burggräfin Agnes von Nürnberg entlässt Konrad von Wehrda und dessen zwei geschwister der hörigkeit.* 1323 *sept.* 17.

Nos Agnes dei gracia relicta quondam conthoralis insignis viri . . burgravii de Nurenbergh recognoscimus in hiis scriptis ac publice profitemur, quod nos Conradum de Werde ac suum fratrem Gerlacum sororemque suam Werentrudim, qui jure litonum ad nos dinoscuntur pertinere, ab omni jugo servitutis, quo nobis obligati fuerant, liberos dimisimus totaliter ac solutos. Ne quis autem hanc manumissionem calumpniari valeat, presentem litteram sigillo nostro duximus roborandam. 1323 sept. 17.

Datum anno domini m°ccc°xxiii, in die beati Lamberti.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Auf dem kleinen runden siegel ein langhaariger, bärtiger kopf (haupt Johannes des täufers?); umschr.: SECRETVM · AGNETIS · D' N' ·

453. *Hartrad herr von Merenberg bestätigt die überweisung des klosters Schiffenberg an das deutsche haus zu Marburg und verspricht letzteres im besitze zu schirmen.* 1323 *sept.* 29.

Wir Hartrad eyn herre von Merenberch unde Lysa unse eliche vrouwe irkennen uffenbercliche und dun kunt allin den, die disen genwortigin brif sehin adir horin lesin, daz wir unse gehencnysse dar zu gebin und gegebin han und ist unse gude wille, daz unse herre der erzebischof von Tryerin Baldewin bit gehencnysse und willen sŷniz capitillis hat zugevogit, geeynegit und gegebin deme hûs [1]) zu Marpurch und deme Dutschyen ordin daz clostir zu Schiffinburch, daz der regelere vor waz, bit alleme deme gude, gulde und rechte, daz dar zu horit und gevellit, daz vilnach virgangin und virdorbin waz und gotdiz lob und dinst zu male virgangin waz und hen gelacht. Dit han wir gedan und geordenit und ist bit unsen willin geschehin umme daz, daz gotdiz lâb und dinst da gemerit und wyedir bracht wurde, und haldin stede ane alle ergelist, die yeman irdenckin kan, alle die ordinûnge und satzunge, die gesast und geordenit ist von deme vorgenantin bischove und sime capitele, du he eynegette und gab deme Dutschin ordene daz vorgenante clostir bit sinir gulde und sime rechte, als man vollecliche sehin mag an den brivin dar ubir, die gegebin und besigelit sint. Wande wir dez vorgenantin clostirs eyn voyd alleyne vor andirn herrin sien und eyn beschirmere und eyn behudere von anegeerbeteme rechte, dez glabin und virbindin 1323 sept. 29.

1) Ursprünglich 'hûz', von gleichzeitiger hand in 'hûs' geändert.

wir uns dar zu an diseme geynwortingin brive, daz wir sullin helfin und beschirmin die brudere und den Dutschin ordin bit alle unsir macht, wer sie wulle ane vechtin adir hinderin an deme vorgenanten clostir adir deme gude, daz dar zu gehorit, adir an der gyeft und eynegunge, die geordenit und geeynegit ist bit gehencnisse unsis und willin von unseme herrin deme erzebischove und sime capitele den vorgenante. Daz dise vorgenante sache und dirre brif feste und stede von uns, unsin erbin und nachkummelingin gehaldin werde, dez gebin wir disin brif den vorgenanten bruderen und deme Dutschin ordin besigelit bit unsirn ingesigelin zu eyme gezucnisse und eynir behaldunge dirre vorgenantin dinge.

Dirre brif wart gegebin du man screyb von gotdiz geburte drutzehinhundirt jar und dru und zvenzich jar, ane sencte Michahelis dage.

Aus orig.-perg. in Darmstadt. Die beiden runden siegel sind wol erhalten. Auf dem ersten ein reiter mit schwert und schild, in letzterem ein liegendes kreuz mit etwas nach innen gebogenen armen; das gleiche wappen in einem an den spitzen mit sternen gezierten halbmond über dem helm des reiters und über dem kopf seines pferdes; umschr.: S · HARTRADI · DOMINI · DE · MERHNBERCH · Das zweite, weit kleinere zeigt im siegelfelde das eben beschriebene kreuz; umschr.: S · LYSE · DN̄E · DE · MERINB'G · Gedr.: Hist. diplom. Unterricht nr. 67 (auszug). Entdeckter Ungrund nr. 196 mit ziemlich guter abbildung der siegel; daraus Samml. v. Deduct. 8, 182.

454. *Gernand und Dammo gebrüder von Muschenheim gestatten dem Johann von Irmenhausen, güter zu Gladenbach dem deutschen orden zu vermachen.* 1323 *oct.* 11.

1323 oct. 11. Nos Gernandus et Dammo fratres de Mûsshenheim milites recongnoscimus per presentes et ad universorum noticiam cupimus pervenire, quod provido viro Johanni de Irminhusin bona sua in campis sive jurisdicione ville Gladinbach sita, licet eadem bona a nostris bonis ibidem sitis non sint divisa, damus licenciam legandi ad ordinem domus Theutonice nostra bona voluntate et assensu. In cujus rei testimonium presentem litteram sigillo Werneri militis in Musshenheim, in quo ambo contenti sumus, eidem Johanni predicto tradidimus consignatam.

Datum anno domini m⁰ccc⁰xxiii⁰, v. idus octobris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Im schilde des beschädigten runden siegels ein sparren; umschr.: S' · WER . . . . . HEI ·

455. *Rupert von Daburg bürger zu Wetzlar verspricht dem deutschen hause bei Marburg zins von einem acker bei Wetzlar.* 1323 *dec.* 11.

Nos Rupertus de Dapurch[1]) et Mechtildis conjuges, cives Wetflarienses, tenore presencium recognoscimus et publice profitemur, quod nos et nostri heredes, qui pro tempore fuerint, solvere debemus et tenemur honorabilibus et religiosis viris dominis conmendatori et fratribus domus Theutonice prope Marthpûrg sedecim solidos Coloniensium denariorum, ipsis in festo beati Mychahelis cum duobus pullis carnisprivialibus annuatim census nomine dandos et persolvendos, contradictione qualibet non obstante, ex agro nostro sito prope Wetflariam juxta ortum Hildegundis relicte quondam Heynemanni Gerberti, ex opposito hospitalis Cristi pauperum et infirmorum, quem quidem agrum dicti domini . . conmendator et fratres domus Theutonice prenotate nobis et nostris heredibus pro dicto censu perpetuo possidendum vere hereditatis titulo et habendum locaverunt, prout in litteris super hoc editis et confectis plenius continetur. In cujus rei testimonium et robur perpetuum sigillum civitatis Wetflariensis nostris precibus et instanciis litteris presentibus est appensum. Hujus facti seu recognicionis testes sunt: Hartmannus de Herlisheim, Marquardus de Nuueren, Ebirhardus Mauge[2]), scabini civitatis predicte, et alii fide digni.

1323 dec. 11.

Datum anno domini m.ccc.xxiii., dominica proxima post diem beati Nicolai.

Aus nr. 435 (443) des Marburger copialbuches in Wien.

456. *Graf Walram von Nassau gibt seine zustimmung zur überweisung des klosters Schiffenberg an den deutschen orden durch erzbischof Baldewin von Trier.* 1324 *jan.* 2.

Nos Walrabonus comes de Nassowia recognoscimus manifestius in hiis scriptis, quod ad translacionem religiosorum virorum . . fratrum domus Theutonice per reverendum in Cristo patrem ac dominum dominum Baldewinum archiepiscopum Treuerensem et . . capitulum ejusdem ecclesie factam ad ecclesiam in Schiffinburg consentimus et consensum nostrum presentibus plenius adhibemus, volentes nichilominus prefatos . . fratres domus Theutonice quoad conservandam predictam ecclesiam cum bonis et juribus ipsius juxta omne nostrum posse proloqui favorabiliter

1324 jan. 2.

1) Wüstung westlich von Wetzlar bei Niedershausen, wo noch der Daberg. Vgl. auch die urk. b. Wenck Hess. Landesgesch. Urkb. II, 305.

2) 'Mange' copialbuch.

et tueri, salvo tamen eo nostro jure, quod hactinus habere videbamur in ecclesia memorata. In testimonium horum presentem litteram sigillo nostro fecimus sigillari.

Datum anno domini millesimo ccc°xx°iiii°, in crastino circumcisionis ejusdem.

Aus orig.-perg. mit siegelbruchstück in Marburg (deutscho.). Gedr.: Histor. dipl. Unterricht nr. 72 extr. Gudenus Codex 3, 1204 extr.

457. *Die richter des Wormser hofes beurkunden, dass Hedwig wittwe des Berthold Kelbil und ihre söhne unter vorbehalt gewisser rechte für Hedwig ihren hof zum König in Worms den deutschen häusern zu Marburg und zu Oberflörsheim verkauft haben.*

1324 *jan.* 20.

1324 jan. 20. Judices curie Wormaciensis tenore presencium litterarum recognoscimus et constare cupimus universis inspectoribus earundem, quod in nostra sub anno domini m.ccc.xx.quarto, feria sexta post festum octave epiphanie domini, presencia constituti Hedewigis relicta quondam Bertholdi Kelbiln vidua Wormaciensis, Berczo et Johannes nati conjugum eorundem provida deliberacione prehabita recognoverunt et presentibus publice recognoscunt, se alias pari consensu et unanimi voluntate curiam suam dictam zu dem Kunege in civitate Wormaciensi sitam, quam inhabitant, cum omnibus ipsius curie pertinenciis, edificiis et juribus quibuscumque, quam dixerunt esse censualem in una libra Wormaciensium denariorum solvenda particulariter annuatim in festis sanctorum Georgii et Remigii ecclesie sancti Pauli Wormaciensi et in tribus hallensibus annuatim dandis in festo beati Martini sculteto civitatis Wormaciensis, sollempniter vendidisse ac curiam hujusmodi communicata manu cum omnibus suis pertinenciis, prout consuetudinis est et juris, publice resignasse religiosis viris . . conmendatori et fratribus domus in Marthpûrg ac conmendatori et fratribus domus in superiori Flersheim ordinis sancte Marie de domo Theutonica pro se et suo ordine ementibus et recipientibus pro precio trecentarum librarum hallensium bonorum, quas quidem trecentas libras hallensium hujusmodi Hedewigis, Berczo et Johannes vendentes memorati se ab ipsis emptoribus recognoverunt et presentibus recognoscunt publice recepisse sibique numeratas esse, traditas integraliter et solutas, et excepcioni pecunie hujusmodi eis non date, non tradite et solute pro se et suis heredibus expresse renunciarunt et renunciant per presentes, recognoscentes expresse coram nobis, contractum vendicionis curie hujusmodi fuisse initum et debite sollempnizatum infra assumpcionis et nativitatis beate Marie virginis duo festa proxime nunc transacta

modis cum pactis et convencionibus infra scriptis: Videlicet quod ipsa Hedewigis ad sue vite tantum tempora decenter et sine scandalo fratrum dicti ordinis dictam curiam cum suis edificiis inhabitare et eis uti frui debet et debebit per se et suos, qui cum ea morantur; hoc excepto, quod fratres ordinis predicti duo celamina superiora domus lapidee pro suis utilitatibus debebunt habere et tenere; kemenatam vero sive celamen inferius super cellario dicte lapidee domus pro suo comodo ipsa Hedewigis, quo advixerit, habebit et tenebit, preterquam [1]) si aliquando generalis vel conmunis terre sive patrie fuga, quod vulgo eine lantflucht seu flauge appellatur, evenerit; tunc, quociens talis fuga acciderit, domini ordinis predicti posteriori parte dicte kemenate, prout per intermedium parietem est distincta, uti poterunt et suas res inferre et ibidem tenere, donec cessaverit fuga supratacta. Qua cessante dicti fratres res suas ex dicta parte kemenate educere tenebuntur et ipsa Hedewigis dicta kemenata tota libere uti frui debet seu poterit, sicut prius. In cellarium vero dicte domus lapidee dicta Hedewigis de vino sui crementi usque ad decem carratas inclusive habere, reponere poterit et tenere et in ipso cellario de eis facere et disponere pro sua voluntate et utilitate. Residuum vero locum et partem dicti cellarii domini ordinis predicti [2]) ad retencionem, conservacionem et disposicionem vini crementi sui pro sua utilitate habere debebunt et tenere. Si vero dictum cellarium in toto vel in parte locatum fuerit alicui [3]) vel aliquibus pro mercede ad propinandum vina, quidquid hac occasione evenerit, dimidium ejus cedet dominis ordinis memorati, residuum vero dimidium cedet Hedewige supradicte. Dicti quoque domini anteriorem domum juxta portam ipsius curie subtus et supra pro suis utilitatibus habebunt et tenebunt; hoc excepto, quod stabulum in superiori parte dicti domini pro suis necessitatibus cum equis eorum, quociens advenerint, habere debent et tenere sine impedimento. Equis vero eorum deductis ipsum stabulum non debet recludi, sed pro dicta Hedewige et suis debet apertum [4]) remanere. Est eciam conventum, quod quociens generalis fuga terre, ut premittitur, evenerit, domini dicti ordinis cum familiaribus, pecoribus et rebus suis dictam curiam et ejus receptacula habere poterunt et ea uti pro sua voluntate; ita tamen, quod ipsam Hedewigim vel suos in suis mansionibus et cubiculis atque rebus non debeant in aliquo angustare vel angariare, quod vulgo betrengin [5]) nuncupatur. Et debebunt quoque et tenebuntur fratres ordinis predicti censum fundi dicte curie, videlicet viginti unum hallenses, ecclesie sancti Pauli Wormaciensi et . . sculteto Wormaciensi tres hallenses annis sin-

1) 'propter quam' copialbuch. 2) 'predicte' copialbuch.
3) 'alieni' copialbuch. 4) 'apertim' copialbuch.
5) 'betreugin' copialbuch.

gulis solvere et expedire et tecta ac parietes ipsius curie reficere et reformare. Mortua vero Hedewige prefata pretacta curia cum omnibus suis edificiis ante et retro, subtus et supra, pleno jure devolvetur ad fratres ordinis prenotati, et heredes ipsius Hedewigis conclavata et affixa edificiis et parietibus intus dimittere debebunt, ita quod talium nil penitus abstrahatur vel disrumpatur, fraude et dolo in omnibus et singulis premissis remotis et exclusis. Renunciarunt quoque Hedewigis et sui filii prenotati pro se et suis heredibus universis cujuslibet juris auxilio tam canonici quam civilis et omni actioni et beneficio, per quod vel per que contra dictam vendicionem venire possent quovis modo, et specialiter juri dicendi [1]) generalem renunciacionem non tenere. Insuper Berczo et Johannes fratres prefati promiserunt et sub juramento per nos eis delato ac per eos corporaliter prestito coram nobis presentibus promittunt, se numquam [2]) occasione minoritatis annorum vel quavis alia de causa contra ipsum vendicionis contractum aut in eodem contenta in toto vel in aliqua sui parte quidquam facere quomodolibet vel venire, sed omnia et singula prescripta rata atque firma perpetuis temporibus inviolabiliter observare, dolo et fraude in premissis omnibus penitus exstirpatis. In quorum omnium testimonium et robur premissorum presentem litteram sigillo dicte curie nostre ad preces et instancias per Hedewigin et ejus filios prescriptos nobis factas dedimus et presentibus damus conmunitam.

Actum et datum anno domini et feria sexta prescriptis.

Aus nr. 570 (579) des Marburger copialbuches in Wien.

458. *Johann und Reinhard gebrüder von Westerburg geben ihre zustimmung zur überweisung des klosters Schiffenberg an das deutsche haus in Marburg durch erzbischof Baldewin von Trier. Cöln 1324 febr. 29.*

1324 febr. 29. Universis Cristifidelibus presentibus et futuris, ad quos presentes pervenerint, volumus esse notum, quod nos Johannes et Reynerus de Westerburch fratres uterini pro nobis ex una parte et nostris heredibus ex altera bona fide promittimus velle habere ratum et gratum, ymmo et acceptum quicquid noster reverendus pater et dominus dominus Baldewinus Treuerensis archiepiscopus disposuit, ordinavit ac fieri voluit circa monasterium Schiffinburch dictum nigrorum monachorum Treuerensis diocesis cum dominis fratribus de domo Theutonica de Martpurch, ita quod nec nos et nostri heredes nobis succedentes ullo unquam tempore ipsius predicti reverendi patris et domini Baldewini ordinacionem ac dis-

1) 'dicenti' copialbuch. 2) 'numcquam' copialbuch.

posicionem sive translacionem predicti monasterii Schiffinburch violari volumus aut infringi, sed pocius, ut per eundem ordinatum extitit, permanere. In cujus rei testimonium nostra sigilla presentibus duximus apponenda.

Datum Colonie, in die cinerum, anno domini m°ccc° vicesimo tercio.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Im schild der beiden runden siegel ein kreuz, darüber ein turnierkragen und in den durch die arme des kreuzes gebildeten vier feldern je drei kleine kreuze in der stellung ⁘; umschr. des ersten: S' · IOHIS · DE · WESTERBVRCH · ; umschr. des kleineren zweiten: S'G · REYNARDI · . . . DE · WESTERB'C · Gedr.: Histor. diplom. Unterricht nr. 68 extr. Gudenus Codex 3, 1204 extr.

459. 1324 *märz 22.*

Nos Syffridus dictus Cranzelin, Hildegundis conjuges de Niderwimere consensu liberorum nostrorum Baden, Theoderici, Conegundis et Gerdrudis vendidimus tria maldra siliginis et tria maldra avene mensure Marpurgensis pensionis annue fratri Cvnoni de Dudeldorf commendatori domus Theotunice prope Marpurg ceterisque fratribus ibidem de bonis nostris in villa Niderwimere pro triginta et tribus marcis denariorum gwerandie tribus hallensibus pro quolibet denario conputatis. In cujus rei testimonium damus presentem litteram sigillo universitatis in Marpurg sigillatam. Testes: Ruclo proconsul, Henricus Schineben, Syffridus de Bidenkap, Arnoldus de Gambach, Rudolfus dictus Fuge, Renhardus, Ludewicus de Rimereshusen, Lutzericus villanus in Niderwimere, Willehelmus opilio, Henemannus dictus Riso de Germereshusen, frater Otto prior, frater Conradus de Tillenberg advocatus in Kirchen, frater Syffridus de Fulda. 1324 märz 22.

Datum et actum anno domini m°ccc°xxiiii°, xi° kalendas apprilis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

460. *Die stadt Wetzlar verkauft dem deutschen hause bei Marburg einen überbau zu Widelinbach vor Wetzlar und einen platz in der neustadt daselbst vor dem ordenshofe.* 1324 *märz* 25[1]).

Wir . . dy richtere, . . scheffene, . . der raet uñ dy burgir gemeinlich der stat zu Wetflaer erkennin uns uñ erihin an dysin uffenin brieve, das wir mit gudin rade, den wir vor han gehabit, uñ umbe gemeinen notz der vorgenantir unsir stat han verkauft uñ verkeufin zu rechtligin 1324 märz 25.

1) Der hier jedenfalls anzunehmende Trierische jahresanfang (märz 25) enthält in diesem falle eine unbestimmtheit, denn das datum kann sowohl in 1324 märz 25, als in 1325 märz 17 aufgelöst werden.

eigene ewichlige uñ umbirme zu besitzene den erberin uñ den begebenin ludin deme herrin deme commendure uñ den broederin gemeinligin des Dutzschin husis bi Marpurch alsulgin ubirbu uñ ubirgrif, den si da hant zu Widelinbach uswendich der porten, is [si] an wingartin, an huse uñ an hobe uñ so wi man is anderis genennin mach. Vorbas me so han wir in auch verkauft uñ verkeufin in allir der wise, also da vorgescribin steit, alsulgin vleckin uñ geruim, also da liget vor irme hobe, der da gelegin ist in der nuwir stat zu Wetflaer bi der Daelheimerin husin van der murin des gibelis der Daelmerin husis van nidin an bis obin us, also der nidirste ubirhanc steit, gein der gassin wert, da man hiene geit gen den gudin ludin wert, bis an di ecke des husis uñ uf di andir site gein deme Sande, van der selbir eckin bis an di mure, di da hiene geit gein der cappellen, also di mure bewisit van undin ane bis obin us. Uñ han wir in das gegebin umme eine summe phenninge, di uns bezalit ist gegebin ganz uñ gar uñ di wir auch han gekarit in gemeinen notz der vorbenanter unser stat. Uñ gebin wir in dar ubir dysin brief besiegelit undir unserme ingesiegele. Dirre dinge sint gezuge: Rulo Reye, Marquart van Nuueren, Hartman van Herlisheim, Ebirhart Mauge, scheffene, Johan Mûnzere, Henrich Gebur, Ebirhart van Catzinfurt uñ Gerbracht der schuchwerte, raetlude, di ubir di beleidunge gesast wordin uñ gecorin.

Dirre brief wart gegebin du man zalte na Cristus geburte druceinhundirt jaer in deme vieruñzwencichstin jare, zu mittevastin.

Aus orig.-perg. mit siegelbruchstück in Marburg (deutscho.). Auf der rückseite steht von der hand bruder Konrads: 'Emptio excessus edificiorum . . . in Widelnbach extra portam . . . .'

461. *Gertrud von Winnen schenkt dem deutschen hause bei Marburg ihre behausung und alle ihre habe.* 1324 *mai* 7.

1324 mai 7. Noverint universi presencium inspectores necnon omnes, quos nosse fuerit oportunum, quod ego Gerdrudis dicta de Wine matura deliberatione prehabita, mentis mee bene conpos, volens et cupiens saluti anime mee consulere et incertam mortis horam certa rerum mearum disposicione salubriter subvenire, ad honorem dei omnipotentis et gloriose virginis matris ejus Marie beateque Elizabeth, ob anime mee et parentum meorum remedium pariter et salutem, domum meam cum omnibus et singulis intensilibus ejusdem, videlicet lectis, stramentis, vasis argenteis, vestibus, aliasque res meas universas seu bona mea mobilia et inmobilia, que nunc habeo, possideo et possidere potero et in futurum ero habitura, viris religiosis conmendatori ceterisque fratribus domus Theotunice prope Marpurg dono dedi et do irrevocabiliter et assignavi et assigno integraliter

absque omni revocatione in hiis scriptis eo jure et dominio, quo ipsas res et ipsa bona hactenus possedi et videbar possidere jure de communi, renuncians simpliciter et precise omni ordinationi et inmutationi, quam circa predicta bona et res possem vel vellem facere in futurum. In cujus rei testimonium et certitudinis firmitatem predictis fratribus presentem litteram dedi et eandem petivi sigilli universitatis in Marpurg munimine roborari, cum testimonio Ruclonis proconsulis, Henrici Schinebenis, Syffridi de Bidenkap scabinorum in Marpurg, fratris Cvnonis de Dudeldorf conmendatoris, fratris Hermanni viceconmendatoris, fratris Swicheri, fratris Conradi de Wisintpach, et aliorum quamplurium fide dignorum. Et nos scabini universitatis predicte recognoscimus ad preces et ad rogatum predicte Gerdrudis nostre universitatis sigillum presentibus appendisse in validum robur et testimonium prescriptorum.

Datum et actum anno domini m°ccc°xxiiii°, nonas maji.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgerissen.

462. *Luther herr von Ysenburg gibt seine zustimmung zur überweisung des klosters Schiffenberg an das deutsche haus bei Marburg durch erzbischof Baldewin von Trier unter vorbehalt seiner rechte im Hüttenberger gericht.* 1324 *mai* 22.

Nos Lutherus dominus de Ysenburch recognoscimus per presentes et ad universorum noticiam volumus pervenire, quod incorporationi, subjectioni necnon unioni, quas reverendus in Cristo pater ac dominus dominus Baldewinus sancte Treuerensis ecclesie archiepiscopus de consensu honorabilium virorum dominorum . . decani et capituli ejusdem ecclesie Treuerensis de monasterio in Schiffinburg, in quo quondam canonici regulares habitabant, fuerant sive stabant, domui et ordini domus Theutonice apud Marpurg ex causis rationabilibus fecit, nostrum consensum pariter et assensum adhibuimus et presentibus adhibemus ac omnes ordinationes et constitutiones prefati domini . . archiepiscopi Treuerensis circa incorporacionem, subjectionem necnon unionem predictas factas ratas habemus et perpetuo habebimus atque firmas, salvis tamen inperpetuum nobis et nostris legitimis heredibus universis serviciis, libertatibus, hospiciis ac aliis juribus quibuscunque, que nobis in dicto monasterio et bonis ejusdem sitis in jurisdicione seu districtu, qui vulgariter Hyttenberger gerythe nuncupatur, ante incorporacionem, subjectionem necnon unionem predictas conpetebant seu conpetere potuissent vel que nobis et nostris progenitoribus in predicto monasterio et prescriptis bonis ipsius hactenus quomodolibet sunt inpensa. In cujus rei testimonium sigillum nostrum pro nobis et nostris heredibus presentibus est appensum. 1324 mai 22.

Datum anno domini m°ccc°xxiiii°, xi° kalendis junii, hoc est feria tercia ante diem beati Vrbani.

Aus orig.-perg. mit siegelbruchstück in Marburg (deutscho.). Gedr.: Histor. dipl. Unterricht nr. 70 extr. Gudenus Codex 3, 1204 extr. mit falschem datum. Gegenurkunde des deutschen hauses bei Marburg vom selben tag, worin dasselbe verspricht, ohne willen Luthers von Ysenburg keine demselben zinspflichtige güter im gericht Hüttenberg zu erwerben, bei Simon Gesch. d. Hauses Ysenb. u. Büdingen 3, 97 nr. 100.

463. *Meckla und Kunigunde, töchter des verstorbenen Rudolf Weissgerber, schenken dem deutschen hause bei Marburg ihr im bau begriffenes haus daselbst und alle ihre habe.* 1324 *jun.* 8.

1324 jun. 8. Noverint universi presentium inspectores, auditores ac perceptores, quod nos Meccla et Konegundis sorores carnales, filie quondam Rudolfi dicti Wizgerweres, recognoscimus matura deliberatione prehabita, sana mente et corpore constitute, volentes et cupientes saluti animarum nostrarum consulere et incertam mortis horam certa rerum nostrarum disposicione salubriter prevenire, ad honorem dei omnipotentis et gloriose virginis Marie matris ejus beateque Elizabet, ob animarum nostrarum remedium pariter et salutem, domum nostram, quam nunc de novo edificamus, cum universis et singulis rebus et bonis nostris mobilibus et inmobilibus ubicumque locorum sitis, quocumque eciam nomine censeantur, que nunc habemus et in futurum erimus habiture, viris religiosis . . commendatori et fratribus domus Theotunice prope Marpurg donamus, dedimus atque damus donacione irrevocabili inter vivos et assignamus integraliter absque omni dolo et revocatione in hiis scriptis eo jure et dominio, quo ipsas res et ipsa bona hactenus possedimus, habemus, habere et possidere videbamur jure de communi, renunciantes simpliciter et precise omni ordinationi et inmutationi, quam circa predicta bona et res possemus vel vellemus facere in futurum. In cujus rei testimonium et certitudinis firmitatem predictis fratribus presentem litteram dedimus atque damus et eandem petivimus sigilli universitatis in Marpurg munimine roborari, cum testimonio Ruclonis proconsulis, fratris Volperti plebani, fratris Swicheri, fratris Gotfridi, Henrici Schinebenis, Syffridi de Bidencap, Hermanni notarii, et aliorum quamplurium fidedignorum.

Datum et actum anno domini m°ccc°xxiiii°, vi° idus junii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

464. 1324 *sept.* 4.

Judices sancte Moguntine sedis.

Cum Conradus dictus Kaltis procurator conmendatoris et fratrum 1324
Theutonicorum domus in Marcburg Ludewicum clericum, curatorem sept. 4.
Jacobi minoris de Amelungeborg, traxisset in causam, libellum suum edidit in hec verba:

Coram vobis dominis judicibus sancte Moguntine sedis dicit Conradus dictus Kaltis procurator religiosorum virorum Theutonicorum domus in Marcpurg contra Ludewicum clericum, curatorem Jacobi minoris de Amelungeburg, quod, licet dictus Jacobus una cum sorore sua suis parentibus defunctis tamquam universales heredes successerint eademque soror sua inter vivos se et sua indistincte memorato conmendatori et fratribus dederit, idem tamen Jacobus recusat bona hereditaria tempore conpetenti in processu cause specificanda cum dictis conmendatore et fratribus dividere, ut est juris. Petit igitur idem procurator eundem ad hujusmodi divisionem condempnari.

Lite igitur super libello hujusmodi legitime contestata . . . . . dictum reum ad divisionem bonorum hereditariorum cum dictis conmendatore et fratribus faciendam cum expensis in licte factis condempnamus.

Lata est hec sentencia anno domini m°cccxxiiii°, ii° nonas septembris.

Aus dem sehr verblassten orig.-perg. mit beschädigtem siegel in Marburg (deutscho.).

465. *Die testamentsvollstrecker des verstorbenen priesters Engel von Saasen zu Arnsburg benachrichtigen den comthur und den vorsteher des armenhospitals zu Marburg, dass Engel dem hospitale einkünfte zu Creuzseen vermacht habe.* 1324 *sept.* 11.

Honorabilibus in Cristo karissimis . . commendatori seu ejus vices 1324
gerenti necnon . . provisori zenodoxchii seu hospitalis pauperum in Mar- sept. 11.
purg fratres Gerlacus abbas, Johannes prior, H. de Geylenhusen, Hartmudus de Lynden grangiarius monasterii in Arnsburg, Engilbertus plebanus in Echezile et Wigandus de Alpach miles in Fredeberg, manufideles seu executores ultime voluntatis quondam Angeli de Sassen sacerdotis residentis in Arnesburg proximis hiis diebus ab hac luce migrantis, salutem in domino. Noveritis, quod in rotulo seu littera testamenti Angeli predicti [1]) in die sepulture sue aperto et publicato nobis ad

1) Dieses testament (v. 1. jun. 1324) erwähnt Baur Urkb. d. kl. Arnsburg 374 nr. 567. Leider hat er den daselbst versprochenen abdruck nicht geliefert.

exequendum commisso continetur articulus seu paragraphus per omnia tenoris et continencie in hec verba: 'Item lego hospitali pauperum in Marpurg ad procuracionem pinguiorem ipsorum fertonem denariorum, maldrum caseorum, duos capones, duos anseres, duos pullos et pullum carniprivialem de bonis in Crucesehende, que annuatim solvit Ernfridus ibidem'. Nos igitur manufideles predicti nomine manufidelitatis nostre vobis et hospitali predicto predictum censum cum omnibus juribus et pertinenciis suis tenore presencium assignamus, suadentes vobis bona fide, ut possessionem predicti census corporalem ingredi non tardetis, ipso potituri tempore sempiterno.

Datum sub sigillo meo scilicet . . abbatis predicti, quo omnes utimur, anno domini m°ccc°xxiiii°, in die sanctorum Prothi et Jacincti martirum. Dies vero obitus Angeli predicti fuit vii° kalendas septembris [1]).

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

466. 1324 *sept.* 13.

1324 sept. 13. Judices sancte Moguntine sedis . . plebano seu . . viceplebano in Ameneburg ceterisque plebanis et viceplebanis per dyocesim Moguntinam constitutis salutem. Cum nos in causa, quam Conradus dictus Kaltys procurator . . conmendatoris et fratrum Theutonicorum domus in Marpurg contra Ludewicum clericum, curatorem Jacobi de Ameneburg minoris, ac ipsum Jacobum prosequebatur hactenus in judicio coram nobis, invenerimus prefatorum . . conmendatoris et fratrum intentionem fundatam dictumque Jacobum ad divisionem bonorum hereditariorum cum dictis . . conmendatore et fratribus faciendam necnon ad expensas in lite factas actoribus condempnaverimus, quas procurator dictorum actorum usque ad viginti libras hallensium legitime declaravit, vobis mandamus, quatinus dictum Jacobum moneatis, ut infra hinc et festum beati Martini episcopi bona hereditaria in villa minori Selheim, que olim dicti rei pater et mater habuerunt, et specialiter bona ibidem, que fuerunt domine . . dicte Cletten, item bona in minori Rosdorf, item bona in villa Margdorf, item bona in Münichusen, item bona in Wittelsperg cum . . conmendatore et fratribus dividat antedictis ipsisque xx libras hallensium nomine expensarum litis infra hinc et festum nativitatis domini persolvat. Alioquin dictum reum excommunicatum publice nuncietis. Reddite litteras sigillatas.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Zwei angehängt gewesene siegel abgefallen.

1) Aug. 26.

467. 1324 *dec.* 11.

Judices sancte Moguntine sedis plebano seu viceplebano in Amene- 1324 dec. 11.
burg ceterisque plebanis per dyocesim Moguntinam constitutis salutem. Quia Jacobus filius quondam Rylindis dicte Kletten jam dudum excommunicatus a nobis pro re judicata ad instanciam conmendatoris et fratrum domus Theutonicorum in Marpurg ac per modum aggravacionis singulis diebus dominicis pulsatis campanis et accensis candelis excommunicatus publice nunciatus hujusmodi exconmunicacionis sentenciam animo sustinet miserabiliter indurato, vobis mandamus, quatinus dictum reum singulis diebus dominicis juxta modum premissum exconmunicatum nunciantes, familiam conducticiam ac colonos[1]) et inquilinos ipsius moneatis, ut infra octo dies post vestram monicionem a servicio, cultura bonorum et inquilinatu desistant, inhibentes omnibus vestris parrochianis, ne quis dicto reo emendo, vendendo, molendo, pistando, conmedendo, bibendo, aquam, sal, cibum, potum ministrando seu alio quovis conmunionis genere, verbo vel opere conmunicet. Contrarium facientes minoris exconmunicacionis sentenciam (incidisse) publice nuncietis. Reddite litteras sigillatas.

Datum anno domini m°ccc°xxiiii°, iii° idus decembris.

Aus dem von mäusen angefressenen orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Zwei angehängt gewesene siegel abgefallen.

468. *Die verwittwete burggräfin Agnes von Nürnberg schenkt dem unter der leitung des deutschen ordens stehenden Franciscushospitale bei Marburg ein haus daselbst.* 1324 *dec.* 14.

Nos Agnes relicta quondam Johannis burgravii de Nurenberg rec- 1324 dec. 14.
gnoscimus et ad universorum noticiam volumus pervenire, quod pro salute ac remedio anime nostre et parentum nostrorum, immo ob honorem omnipotentis dei, gloriose matris sue virginis Marie et beate Elizabet dedimus et damus, donavimus presentibus et donamus pure, libere et irrevocabiliter inter vivos . . provisori hospitalis infirmorum sancti Francisci apud Marpurg sub regimine . . conmendatoris et fratrum domus Theotunice ibidem existentis, qui fuerit pro tempore, atque ipsis infirmis in ipso hospitali decumbentibus domum nostram cum fundo et area sitam juxta domum der Worstebendelin kint, ex opposito der Schinebenen kinde, cujus aream erga Johannem dictum Ritesel militem emeramus sive conparavimus[2]), de qua singulis annis in festo beati Martini nomine pensionis aut annui census prefato . . provisori quinque solidi denariorum

1) 'colones' orig.

2) Nr. 392.

Marpurgensium solvebantur, quos et nos ipsi annis singulis festo tenebimur solvere prenotato, solo nobis in dicta domo usufructu quam diu vixerimus reservato; ita videlicet, quod cum jubente domino diem clauserimus extremum, medietas census cedentis de dicta domo in anniversario obitus recolende memorie domini Henrici lantgravii terre Hassie ac Methildis ipsius conthoralis parentum nostrorum et reliqua dimidietas census in anniversario obitus nostri pro refectione et consolatione speciali infirmis tunc in dicto hospitali decumbentibus ministretur. In cujus rei evidenciam firmiorem predicto provisori ac hospitali predictis damus atque dedimus presentem litteram sigillorum venerabilis domini Lodewici Monasteriensis episcopi ac illustris viri domini Ottonis lantgravii terre Hassie ac nostri munimine sigillatam in testimonium validum de prescriptis.

Datum anno domini m°ccc°xxiiii°, in crastino Lucie virginis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Die drei siegel abgefallen. Gedr.: Gudenus Codex 4, 1036; daraus v. Stillfried u. Märcker Monumenta Zollerana 2, 388 nr. 596.

469. 1324 *dec.* 18.

1324 dec. 18. Ego Hermannus sacerdos dictus de Wimere do bona mea mobilia in veram elemosinam viris religiosis . . commendatori et fratribus domus Theotunice prope Marpurg, solum michi usufructu eorundem ad vite mee tempora reservato, dans presentem litteram sigillo universitatis in Marpurg sigillatam.

Datum et actum anno domini m°ccc°xxiiii°, xv° kalendas januarii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

470. *Decan und capitel des stiftes zu Wetzlar beurkunden, dass Kunigunde wittwe des Wetzlarer bürgers Hermann von Girmes das deutsche haus bei Marburg, welchem ihr sohn Johann angehört, zum erben aller ihrer güter eingesetzt habe.*

Wetzlar 1325 *febr.* 27.

1325 febr. 27. In nomine domini, amen. Nos Heydenricus decanus totumque capitulum ecclesie Wetflariensis Treuerensis dyocesis recognoscimus in hiis scriptis, quod anno incarnationis domini millesimo trecentesimo vicesimo quarto, feria quarta post festum beati Mathie apostoli, infra summam missam in sacristigia dicte nostre ecclesie discreta matrona Chonegundis relicta quondam Hermanni de Germizce pannificis, opidani Wetflariensis, in nostra presentia personaliter constituta, sana mente et corpore religiosos viros . . commendatorem et fratres domus Theotonice prope Mar-

burch Moguntine dyocesis ac ipsam domum hereditavit et heredes suos veros et legitimos fecit et instituit absque fraude qualibet omnium bonorum suorum inmobilium, scilicet proprietariorum et hereditariorum, ubicunque locorum sitorum et quocunque tytulo nuncupentur, simpliciter et precise, ore et manu, ex parte et nomine fratris Johannis ipsius filii, confratris predicte domus, solius heredis superstitis ejusdem. Quam quidem hereditationem frater Swikerus predicte domus confrater sacerdos nomine suo, commendatoris, fratrum ac domus predictorum sibi porrectam suscepit. Recognovit insuper predicta Chonegundis, quod solvere teneretur et deberet ac dare promisit eisdem religiosis viginti et septem solidos Coloniensium denariorum, tres Hallenses pro quolibet denario computandos, ex omnibus bonis suis supradictis sue vite temporibus in festo beati Martini episcopi census nomine annuatim. In cujus facti testimonium et robur nos . . decanus et capitulum predicti presentes litteras per Johannem de Wetflaria notarium publicum super eo conscriptas sigillo ecclesie nostre predicte sigillavimus ad instantem petitionem Chonegundis supradicte. Datum et actum anno, die, hora et loco predictis.

Et ego Johannes Conradi de Wetflaria Treuerensis dyocesis, clericus conjugatus, publicus auctoritate imperiali notarius, quia hereditationi et aliis omnibus premissis anno domini, die, hora et loco predictis una cum honorabilibus viris dominis Heydenrico decano, Richolpho cantore, Nycolao de Confluentia, Erwino dicto Halbir canonicis sepedicte ecclesie, fratribus Swikero et Johanne filio dicte Chonegundis et Craftone layco domus Theotonice predicte, fratre Johanne monacho in Aldenburch presens interfui, vidi et audivi cum eisdem, prout superius est expressum, ideo ea in hanc publicam formam redegi meoque signo consueto et nomine ad rogatum predicte domine Chonegundis una cum appensione sigilli dominorum . . decani et capituli ecclesie sepefate signavi requisitus.

Aus dem theilweise verblassten orig.-perg. mit beschädigtem siegel in Marburg (deutscho.).

471. 1325 (1326) *märz.*

Nos Harpernus aurifaber et Mechtildis conjuges cives Wetflarienses concessimus Emmericho nato Henrici dicti Finke nostro sororio et cognato dilecto, Heidendrudi uxori sue, civibus Wetflariensibus, partem nostram domus quondam Emmerici dicti de Kulshusin nostri soceri et patris dilecti site infra muros Wetflarienses in foro frumenti inter domum Sifridi dicti Fisschir et domum . . der Hudin, videlicet dimidiam partem domus predicte, que domus solvit pueris quondam Conradi de Molen- 1325 (1326) märz.

heim unum denarium Coloniensem cum duobus pullis carnisprivialibus census nomine annuatim, pro viginti et uno solidis Coloniensium denariorum nobis annuatim census nomine persolvendis. In cujus rei testimonium sigillum civitatis Wetflariensis presentibus est appensum. Testes: Ebirhardus Mauge, Ebirhardus Rode, scabini.

Datum anno domini m°ccc°xxv°, mense marcio.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel zerbrochen.

472. 1325 *märz* 25 (1326 *märz* 10?).

1325 märz 25 (1326 märz 10?). Nos Johannes et Mechtildis, Herfridus et Irmendrudis conjuges, filii et heredes quondam Henrici de Dridorf, cives Wetflarienses, vendidimus . . commendatori et fratribus domus Theutonice prope Marpurch redditus duarum marcarum et dimidie marce denariorum in molendinis sitis in Husin prope muros Wetflarienses, quos . . commendator et fratres predicti nobis annuatim de molendinis predictis solvere tenebantur, pro quadraginta et quinque marcis denariorum. In cujus rei testimonium sigillum civitatis Wetflariensis presentibus est appensum. Testes: Gerbertus Vdonis, Conradus dictus Lange, scabini.

Actum et datum anno domini m°ccc°xxv°, in crastino dominice qua cantatur Judica.

Aus dem beschädigten orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

473. 1325 *apr.* 11.

1325 apr. 11. Nos frater Cûno de Dûthlindorf conmendator ceterique fratres domus Teuthonice apud Marpurg recognoscimus, quod de quibusdam agris in campis ville Nûenheim sitis erga Rudolfum fabrum civem Wetflariensem emptis dimidia marca denariorum monete usualis singulis annis modo ministrabitur subnotato: Fratres enim nostri, qui pro tempore Wetflarie fuerint, anniversaria obitus utriusque conjugum prefatorum cum vigiliis et missis singulis annis perpetuis temporibus celebrabunt et in anniversario utriusque unus solidus Coloniensis pro cera ad luminaria capelle dabitur, duo vero solidi Colonienses ad pictancias seu consolacionem specialem fratrum ibidem existencium expendentur. In cujus rei testimonium sigillum nostrum, quo communiter uti consuevimus, presentibus est appensum.

Datum anno domini m°ccc°xxv°, iii° idus aprilis.

Aus orig.-perg. mit siegel in Marburg (deutscho.).

474. 1325 *apr.* 13.

Ego Ymche dicta Raustein de Omelburg quedam certa bona terre arabilis, videlicet sex maldra siliginis et duo maldra tritici annue pensionis, sita in terminis ville dicte Holhobin prope villam dictam Carbin in Wedreubia aput Frankinwrt, que mea pecunia conparavi, conmendatori et fratribus domus Theutonice prope Marthpurg dedi ad pittanciam ob anime mee remedium, hac adjecta condicione, quod magister pittanciarum predictam pensionem in festo Michahelis michi, quam diu vixero, ministrabit. Postquam vero de hujus carnis ergastulo fuero egressa, predicta pensio cedere debet in anniversario[1] videlicet mee et Rudolphi fratris mei prioris et parentum meorum et sororis mee et in die animarum de predictaque pensione quatuor marce[2] sepedictis fratribus porrigentur, in quolibet anniversario[3] sepedictorum semper unam marcam pro pittancia fratribus distribuendo, ut sepedicta anniversaria[4] cum vigiliis et missis sollempniter peragantur[5]. In cujus rei testimonium sigillum conmendatoris et fratrum prefatorum ad preces meas presentibus est appensum. 1325 apr. 13.

Datum anno domini m.ccc.xxv., idus aprilis.

Aus nr. 844 (858) des Marburger copialbuches in Wien.

475. 1325 *apr.* 21.

Judices curie Wormatiensis. Recognoscimus, quod constituti in presentia Nycolai clerici Wormatiensis publici sacri imperii auctoritate et dicte curie Wormatiensis notarii jurati honesta matrona Metza relicta quondam Heinrici dicti Holdirbri militis, Johannes, Heinricus, Cvno, Kvnegundis, Hedewigis et Alheidis, germani liberi Metze prenotate, vendiderunt honorabilibus et religiosis viris . . commendatori et fratribus ordinis Theutunicorum domus in Marburg Moguntine dyocesis curiam in villa Eppilnsheim cum orto necnon sexaginta unum et dimidium jugera agrorum campestrium et duo cum dimidio jugera pratorum in terminis ejusdem ville pro sex centis et septem libris hallensium bonorum, asserentes prenotata bona singulis annis in festo beati Martini fore censualia honorabilibus viris et dominis . . decano et . . capitulo ecclesie Wormatiensis in una libra hallensium bonorum. In quorum testimonium sigillum dicte curie Wormatiensis duximus presentibus appendendum. 1325 apr. 21.

Actum anno domini m°ccc°xx.quinto, ipsa die dominica qua cantatur

1) ‘aniverꝓ’ copialbuch.
2) ‘marcas’ copialbuch.
3) ‘aniversario’ copialbuch.
4) ‘aniversaria’ copialbuch.
5) ‘peragentur’ copialbuch.

Misericordia domini. Testibus: religiosis viris fratre Hermanno de Marburg, fratre Johanne de Treueris ordinis prenotati, necnon discretis viris Herburdo milite, Gerlaco dicto Morchilnheip, Cunrado dicto Cloczhane, Johanne filio Gerlaci predicti, Johanne de Rode, Wilkino molitore, Nycolao dicto Keller, Heynone macellario.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel beschädigt.

476. *Ritter Ludwig von Heimbach verkauft dem deutschen hause in Marburg sein recht an der mühle zu Damm und an der Getzenmühle.* 1325 *mai* 28.

1325 mai 28. Ich Ludewig von Heinbach ein ryther bekenne an diesime gegenwortigen brieve unde tun kund allin den, die in sehin odir horin lesin, das ich mit vorbedahtin můde, mit willin, mit wissin unde mit gůdeme gehengnisse miner můder, Conrades mines brůdir unde Liebin miner elichin wirten virkouft han den erberin unde den geistlichen liuden deme conmendiure unde deme convente gemeinliche des Thivtzhin ordines zu deme spitale zů Marpurg alles das reht, das ich hatte an den zwein můlin zů Tamme unde zu Getzin Mulin, um ein teil geldes, des sie mich bezalit han gentzliche unde garwe, unde globe in rehte wershaf zů důne nach dis landis side unde gewonheid. Das abir dit stede unde veste blibe, des gebe ich in diesin brieb mit der stad ingesigele zů Cyginhain und mit min selbes ingesigele, die hie ane hangent. Des sint geziuge: her Gerlach von Lůmensfeld unde her Johan von Lůmensfeld rythere, Philippes Waltfogel unde Rudeger in der Aldinburg und andirs frumer liude gnůge. Unde wir . . sheffin zu Cyginhain bekennen, das wir durch bede willin hern Lůdewiges von Heinbach, vrouwen vir Ailheide siner muder, hern Conrades sines brůder geheisin von Heinbach unde pherrere zů Aldindorf unde ouch durch bede frouwin virn Liebin hern Ludewiges eliche wirtin dîsin brief han besigelit mit unsirim ingesigele, das hie ane hanget.

Dirre brief ward gegebin do man zalte von Cristes gebord tusind jar drihundirt jar und in deme funfuntzwentzigistin jare, an deme dinstage zů den phingestin.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel: 1) abgefallen. 2) dreieckig; im schild drei mit pelzwerk belegte querbalken; umschr.: S' · LVDEWICI · DE · HEYNBACH ·

477. 1325 *jun.* 20.

1325 jun. 20. Ego Cyna filia quondam Theoderici Cannengizzeres do domum meam sitam juxta portam nove civitatis ex oposito domus quondam Alberti Weckebrodis cum orto, area et fundo viro religioso . . provisori seu pro-

curatori hospitalis fratrum Theotunicorum in Marpurg et ipsis infirmis in veram elemosinam ob salutem anime mee et parentum meorum. Et ne ambiguitas oriatur, predicto provisori do presentem litteram sigilli universitatis in Marpurg munimine sigillatam, cum testimonio Arnoldi de Gambach, Conradi de Bidenkap scabinorum.

Datum et actum anno domini m°ccc°xxv°, xii° kalendas julii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Auf der rückseite steht von der hand bruder Konrads: 'Donatio domus . . . . juxta portam nove civitatis Marpurg'. Siegel abgefallen.

478. 1325 *jun.* 25.

Nos Juttha et Yludis sorores carnales, filie quondam Conradi Fabri, et ego Albertus dictus Weckebrot domum nostram, aream et fundum sitam in monte ante portam nove civitatis [1]) proxime concedimus Alberto dicto Warmunt, Gelen ejus uxori et eorum heredibus jure hereditario atque emphiteotico, ita tamen, quod ipsi aut eorum heredes nobis sororibus prenotatis aut nostris heredibus dabunt tres solidos annui census ipso festo beati Martini yemalis michique Alberto aut meis sequacibus duodecim solidos denariorum Marpurgensium eodem festo nomine census annui. In cujus rei testimonium [dedimus] presentem litteram sigilli universitatis in Marpurg munimine sigillatam. 1325 jun. 25.

Datum et actum anno domini m°ccc°xxv°, septimo kalendas julii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

479. *Landgraf Otto von Hessen schenkt dem deutschen hause zu Schiffenberg seinen antheil an fünf huben des Wiesecker waldes.* *Altenberg* 1325 *jun.* 28.

Nos Otto dei gracia lantgravius, terre Hassie dominus, una cum illustri Alh. conjuge nostra universos et singulos Cristi fideles scire cupimus noticiam subscriptorum. Deus, qui virtute verbi universa condidit et qui nobis ubertatem bonorum temporalium misericorditer est largitus, ipse eciam sui spiritus gracia inter vanitates hujus seculi appetere nostra corda docuit sempiterna. Igitur magnificorum et devotorum principum predecessorum nostrorum, qui ordinem fratrum domus Teuthonicorum hospitalis sancte Marie Jerusalem in principatibus et dominiis terrarum suarum possessionibus, bonis, rebus ac aliis elemosinarum muneribus multipliciter et hylariter ditaverunt necnon favoribus, honoribus et effectivis promocionum utilitatibus sollempniter exaltarunt, di- 1325 jun. 28.

1) In Marburg.

gnum duximus piis vestigiis inherere, insignia beatitudinis sanctissime Elyzabet quondam lantgravie Thuringie atave nostre, que primo incepit possessiones fratrum dicti ordinis, sicut hodierna die Marpurg cernitur, suis facultatibus ampliare, in quantum possumus, humiliter venerantes, fratribus ejusdem ordinis in monte et monasterio Schiffinburg degentibus quinque mansos nemoris nostri dicti Wysikirwald contiguos molendino ipsorum, quod est prope dictum montem Schyffinburg situm, pro parte nostra, eo quod habemus ejusdem nemoris coheredes, novandos, colendos et perpetue possidendos contulimus et hylariter conferimus per presentes in usus universales fratrum monasterii supradicti, nichil nobis juris vel facti in eisdem mansis penitus reservantes, sane tamen quod ammodo et deinceps singulis annis in vigilia apostolorum Petri et Pauli, in qua per nos hec elemosina est collata, fratres in dicto monasterio degentes pro salute nostra, quamdiu vita fungimur, dummodo divina ibidem interdicta seu suspensa non fuerint, in mane missam 'Salus populi' exultantibus animis celebrent et decantent. Quibus eodem die due libre hallensium de predictis quinque mansis specialiter pro vino et piscibus conmendator ejusdem monasterii ministrabit. Nobis vero defunctis in anniversariis nostris vigilie et misse defunctorum in remedium animarum nostrarum, predecessorum et heredum nostrorum ac omnium fidelium defunctorum cum pia et intima devocione studeant decantare, in quibus tunc predicte due libre hallensium eisdem fratribus pro pitancia debent cum omni promptitudine ministrari, sperantes in domino per hanc elemosinam nostram salutem auxisse in presenti et similiter in futuro.

Datum in Aldinburg per manus Nycolai prothonotarii nostri sub appensione nostri sigilli majoris, anno domini millesimo ccc°xxv°, in vigilia apostolorum Petri et Pauli, fratre Cvnone de Dudlindorf, quem speciali amore prosequimur, sicut per exhibicionem nostri operis et muneris bene patet, conmendatore in Marpurg hiis temporibus in bono regimine existente.

Aus orig.-perg. mit siegelbruchstück in Darmstadt. Gedr.: Entdeckter Ungrund nr. 182; daraus Samml. v. Deduct. 8, 167. Beurk. Nachricht 2, 82 nr. 236. Gudenus Codex 4, 1037.

480. 1325 *jul.* 5.

1325 jul. 5. Ego Volpertus miles dictus Hobeherre et ego Abradis conjuges de Amelburg accedente voluntate coheredum et liberorum nostrorum vendidimus viris religiosis . . commendatori ceterisque fratribus domus Theotunice prope Marpurg quinque maldra siliginis annue pensionis mensure Marpurgensis in molendino nostro in Grindele pro quinquaginta marcis minus una marca. Et ipsis statuimus in fidejussores strennuum

militem Wigandum de Mardorf, Gerlacum de Lundorf similiter militem et Lodewicum de Selhem dictum de Battenburg pro consueta et debita gwerandia facienda; dantes presentem litteram sigillorum universitatis in Amelburg et proprio mei Volperti predicti munimine sigillatam. Testes: Crafto de Hatisfelt, Hermannus de Nordecken, Gerlacus de Lundorf, Wigandus de Mardorf, milites; Lodewicus et Ditmarus dicti de Selhem, Ditmarus Hemburge, scabini in Amelburg; Wenzelo Zender, Gerhardus de Wiseke, Rupertus de Nona, Gerhardus et Henricus, villani in Selhem.

Datum et actum anno domini m°ccc°xxv°, in crastino Vdelrici.

Aus dem beschädigten orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Auf der rückseite von hand des XVIII. jahrh. 'Schonbächer mühl'. Siegel abgefallen.

481. 1325 *aug.* 18.

Nos Conradus dictus de Bydenkap et Elyzabeth conjuges donavimus 1325 aug. 18. . . conmendatori et fratribus domus Theuthonice prope Marthpůrg sex solidos denariorum Marthpurgensium, duobus hallensibus pro denario conputandis, annui census in bonis nostris sitis in villa Hůmbratishusen, que colit Conradus Smitman, in conpensam aliorum sex solidorum annui census. Et ne de predictis in posterum ambiguitas insurgere valeat, damus presentem litteram sigillo universitatis in Marthpurg patencius sigillatam, cum testimonio Alberti in Curia proconsulis, Rukelonis Angeli, Ernesti scabinorum.

Datum et actum anno domini m.ccc.xxv., xv. kalendas septembris.

Aus nr. 54 des Marburger copialbuches in Wien.

482. *Hersfeld* 1325 *aug.* 20.

Nos Ludewicus dei gracia abbas totusque conventus ecclesie Hers- 1325 aug. 20. feldensis recognoscimus, quod cum strenui[1]) viri Henricus de Gebese miles, quondam Johannes miles ac Henricus, ipsius Henrici filii, vendiderint[2]) duos mansos sitos in campis ville Gebese versus Andesleybin, a nostra ecclesia feodali titulo dependentes . . conmendatori et fratribus ordinis Theutonicorum domus in Grifstete, prout in litteris super hoc confectis plenius continetur[3]), nos dictorum Henrici et Henrici precibus inclinati, vendicionem hujusmodi approbamus, jus proprietatis et dominii, quod nobis et nostre ecclesie in dictis duobus mansis hactenus conpetebat, in dictos . . conmendatorem et fratres transferendo. In quo-

1) 'sternui' copialbuch. 2) 'vendiderunt' copialbuch.
3) Nr. 363.

rum testimonium sigilla nostri abbatis et conventus duximus presentibus appendenda [1]).

Datum Hersfeld, xiii. kalendas septembris, anno domini m.ccc.xxv.

Aus nr. 713 (726) des Marburger copialbuches in Wien.

483. *Erzbischof Baldewin von Trier setzt die zahl der priesterbrüder des dem deutschen hause bei Marburg überwiesenen klosters Schiffenberg von zwölf auf sechs herab und gestattet die ersetzung der in wegfall kommenden sechs priesterbrüder durch laienbrüder.* *Trier* 1325 *sept.* 14.

1325 sept. 14. Nos Baldewinus dei gracia sancte Treuerensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Galliam archicancellarius, notum facimus universis, quod cum alias tempore incorporacionis seu unicionis monasterii in Schiffenburg nostre dyocesis facte commendatori et fratribus domus Teuthonice apud Marpurg Moguntine dyocesis instituerimus et ordinaverimus, quod ad minus duodecim persone clericales in ordinibus sacerdotalibus ac sacris constitute in dicto monasterio de professione dictorum fratrum haberentur, tamen quia propter incursus hostiles, quos dictum monasterium cottidie patitur, repertum est, quod idem monasterium indiget defensione manuali, quod sine manu laycali dicti ordinis non potest expediri bono modo, indulgemus commendatori et fratribus predictis, quibus racione magistratus dicti ordinis dictum monasterium seu domus subest, ut sex ibidem et non minus persone clericales habeantur de dicto ordine, quorum (!) ad minus tres sint in ordine sacerdotali, relique vero tres persone sint in sacris ordinibus constitute, et residuus numerus personarum dicti monasterii seu domus per fratres laycales dicti ordinis ibidem suppleatur; hoc tamen ante omnia proviso, ne propter hoc divinum officium in ipso loco in aliqua parte, quod semper magis appetimus augeri quam minui, paciatur aliquot (!) detrimentum ullo unquam tempore in futurum, reliquis omnibus circa incorporacionem seu unicionem dicti monasterii dicto ordini factam per nos ordinatis, statutis et reservatis in omnibus et per omnia in suo robore inviolabiliter permansuris. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus litteris est appensum.

Datum Treueris, in die exaltacionis sancte crucis, anno domini millesimo ccc° vicesimo quinto.

Aus orig.-perg. mit siegelbruchstück in Darmstadt. Gedr.: Entdeckter Ungrund nr. 195; daraus Samml. v. Deduct. 8, 181.

1) 'appendendam' copialbuch.

484. 1325 *sept.* 29.

Ego Arnoldus dictus Jagir de Laufdorf civis Wetflariensis communicata manu Gerdrudis uxoris mee legitime vendidi Hermanno de Brachbach, Katherine uxori sue, civibus Wetflariensibus, aream meam inter duas portas Selhobin sitam inter murum civitatis Wetflariensis et domum Gerhardi dicti Huit pro duabus marcis cum dimidia. In cujus rei testimonium sigillum civitatis Wetflariensis litteris presentibus est appensum. Testes: Marquardus de Nuueren, Hermannus Monetarii, scabini.

1325 sept. 29.

Actum et datum anno domini m°ccc°xxv°, in festo beati Michaelis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

485. 1325 *oct.*

Ego Harpernus dictus Wise civis Wetflariensis recognosco, quod ego et mei heredes solvere debemus . . commendatori et fratribus domus Theutonice prope Marpurch duo maldra siliginis et duo maldra avene annue pensionis mensure Wetflariensis in curiam ipsorum infra muros Wetflarienses presentanda ex parte mea der bûndin site prope Wetflariam inter viam qua itur versus Merkelonis Ernesti vineam et viam qua itur versus montem dictum Stembul, quem quidem agrum sepefati . . commendator et fratres michi et meis heredibus perpetuo possidendum pro dicta pensione locaverunt; item unum maldrum avene ex agro meo sito versus Brulispach inter agrum Lodewici Ernesti et agrum Hildegundis relicte quondam Henemanni Gerberti, quem similiter michi et meis heredibus memorati fratres locaverunt. Testes: Rulo Reye, Marquardus de Nuueren, Ebirhardus Mauge, Hermannus Monetarii, Gerbertus Vdonis, Ebirhardus Rode, scabini.

1325 oct.

Datum anno domini m°ccc°xxv°, mense octobris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel zerbrochen.

486. 1325 *nov.* 3.

Nos Jacobus Elchonis opidanus in Amenebûrg et Magdalena conjuges legitimi vendidimus . . conmendatori ceterisque fratribus domus Theutonice prope Marthpûrg quindecim jugera tam in agris quam in pratis in campis ville Obernhayn sita pro quindecim marcis denariorum Coloniensium, tribus hallensibus pro quolibet denario conputatis, prato nostro juxta molendinum Hûchelheym sito dumtaxat excepto, quod ipsis non vendimus. Testes: discreti viri Deth. de Selheim et Deth. filius quondam Henrici de Selheim, scabini in Ameneburg, Conradus scultetus in Kirchayn, Johannes dictus Bûle et Hermannus dictus Spedel, villani

1325 nov. 3.

ibidem. In majorem firmitatem hanc litteram sigillo universitatis opidi Amenebůrg petivimus confirmari.

Datum anno domini m.ccc.xxv., die dominica proxima post festum omnium sanctorum.

Aus nr. 184 (187) des Marburger copialbuches in Wien.

487. 1325 *dec.* 16.

1325 dec. 16. Ich Elsebet Keppelerin genant bekennen, daz ich krĭg hatte mit Hartmanne Heckůse, Kůnnen siner elichen wirten unde Berthen erre swester umme alliz daz gůt, daz Johan Grebe unde Elheyt sin wirtin min niftele zů Aberen Deckinbach mit Kůnnen unde Berthen gůde den vorgenanten hattin liginde, unde ůmme alliz, daz derselbe Johan unde Elheit ir swester da verkauften. Unde gingen des gůdes zů gůdin lůden, die ůns gerychtet han also bescheydinliche, daz alliz daz vorgenante gůt eyn gůt ist unde sin sal unde ůngedeylit bliben unde zů eygintlichme rechte des vorgenanten Hartmannes unde Kůnnen siner hůsfrowe unde erre kindere ist unde Berten erre swester, mit alsolichme underscheyde, daz is derselbe Hartman verlihen sal unde ich des zinses eyn dritteyl uf heben min libgedinge, di wile daz ich leben. Unde ich Hartman, Elsebet, Kůnne unde Berte bekennen, daz wir gebedden han di erberen scheffenen unde bůrgere zu Hohinburg, daz si dysen bryb besiglen mit irme ingesigle. Desir vorgeschreben dinge sint gezůge: dy strengin erberen lůde her Dithmar Sweyme eyn ritter, her Mengos von Deckinbach eyn knappe von den wapin, her Heynrich Sůmmer, Lodewig von Iringishusen, burgmanne unde scheffin zů Hohinburg.

Actum et datum anno domini m°ccc°xxv°, feria secunda proxima post diem beate Lucie virginis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel rund, in braunem wachse mit rothem aufguss; im felde ein gebäude mit thurm, zwei kleinere thürme zu seiten, darunter ein nach links schreitender gekrönter löwe mit erhobener tatze; umschr.: SIGILLVM · BVRGIENSIVM · DE · HOHINBVRG ·

488. *Das deutsche haus bei Marburg wählt schiedsrichter zur beilegung der irrungen seines hauses Schiffenberg mit dem nonnenkloster Zelle.* 1326.

1326. Wir brodir Cůno eyn kummirture der Dutschin brůdere des husis bi Marpurg bekennin uns[1]) in disme genwirtegin bribe umme solliche zwihunge, als schůzzin uns ůn unseme godishus zo Schiffinburg ist gewest

1) 'ums' orig.

von eynir sitin uñ der meysterin Lucarde uñ deme convente zo der Zellin bi Schiffinburg von der anderin sitin umme zehindin, umme weylde, umme habistede, umme cinse, umme ackir, umme weyge, daz wir des sin gegangin zo den bescheydim mannin her Richolf deme sengir von Wetflar, her Gerlach von Lundorf eyn rithir, her Lupelin eyn rithir unde Hartmût von Cleythinberg. Wie die uns scheydint eyndrechtliche mit minnin abir mit reythe, des solle wir gescheydin sin umme sollich gût, also vor genant ist. Des sal uns gnůngin, uñ hon ouch daz in druwin glabit. Umme daz dyse rede stede uñ veiste si, sa gebin wir dysin brip besegelit mit unseme ingesegele.

Dirre brip wart geschrebin du man schreyp nach godis geborthin dusint jar uñ dru hunderit jar imme seys uñ zwenzegistin jare.

Aus orig.-perg. in Darmstadt. Siegel abgefallen.

489. *Genannte schiedsrichter thun einen spruch über streitige güter zwischen dem deutschen hause zu Marburg und dem nonnenkloster Zelle unter Schiffenberg.* [1326].

Wir[1]) Richolf sengere zu Wetflar, Gerlach von Lundorf, Luplen rittere uñ Hartmut von Clettenberg ratlude gekoren von den geistlichen luden commendure[2]) uñ von dem covente zu Marburg uñ von Lucarde der meistern uñ covente der Cellen under Siffenburg umme zweiunge, die zishen en waz umme welde, zenden, zinse, hobstede, wege und akkere, des se zu uns gegangin sin, als an den[3]) breben stet, die dar ober gegeben sint, sprechen eindregdeclige, daz die zwei holz Smedebuzhe uñ Rodehoch gemein sin der zueier closter. Daz Eighoch bi Swalheim ist der herren zu Siffenburg alleine. Durfen aber die vrauhen eines gruntbaumis ader eins melbaumis[4]) alda zu Swalheim zu ere molen, dar umme sallent se beden uñ den sal man in nit versegen und holz zu einer brukken alda. Der vrauwen molnere esele sollen auch of der herren gemein weide gen und nigt anders fehes des molners. Zu Altpach wald und rodt sint gemein. Gyr bohil als der pat get, daz nederteil wald und velt daz ist der herren, daz ober teil der vrawen walt uñ velt. Durch den akker der da heizet spidals acker sollen die herren einen fuzpat han und nicht anders. Der zehende halber zu Husen ist der vrauwen an crot, daz ander teil der herren uñ das verde seil an dem erbe ist der herren bevor. Der cende zu Cōnrsrode[5]) ist gemein uñ die gulde von zwein mesten oleis ist gemein. Der acker bi Hedwige molin sal den herren cen-

[1326].

1) 'W^{s}' vorlage. 2) 'cōmdure' vorlage. 3) 'dem' vorlage.
4) So vorlage statt 'welbaumis'. 5) So vorlage.

den, die vrauwen bewisen dan, war umme nicht he cenden sulle. Um den Kirperg uñ umme die welde zu Milbach spregche wer nicht, biz das die vier man gesprechen, die dar ober gekorn sint. Umme die hobstat zu Husen und um den verdunk penninge zume Rode uñ ym feir sillink penninge zu Grozinbucheseke an Bertolde Cegenhurn gefristen wer an die cit, wan man sprichet um die vorgenanten welde. Zu eime gezuknise derre vorgenanten rede han wir [1]) genanten sengere uñ Gerlach unse ingesegle her an gehenged.

Aus gleichzeitiger unbesiegelter niederschrift mit einigen correcturen (concept?) auf perg. in Darmstadt. Gedr.: Baur Hess. Urkunden 1, 352 nr. 515.

490. 1326 *febr.* 23.

1326 febr. 23. Nos Otto dei gracia lantgravius, terre Hassie dominus, cum . . heredibus nostris Henrico dicto Summere oppidano nostro in Hoinburg bona quedam nostra sita in Dorfgemůnden dicta Ekehardes ůfe deme Berge tytulo concambii dedimus pro quibusdam bonis suis in predicta villa sitis, que habet Henricus Mengardi, sub testimonio harum litterarum sigillo nostri Ottonis lantgravii pro nobis et nostris heredibus sigillatarum.

Datum anno domini millesimo ccc°xx°vi°, in vigilia Mathie apostoli.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

491. 1326 *märz* 4.

1326 märz 4. Nos frater Cvno dictus de Dudilindorf ceterique fratres domus Theotunice prope Marpurg recognoscimus, quod honeste matrone Vda et Juthta sorores carnales dicte vir Vden kint nobis bona sua in villa Wimere inferiori dicta der Holderstruch donarunt ob animarum suarum et parentum suorum remedium. Quorum quidem bonorum ratione ipsis confrater noster pictantiarum magister singulis annis de eodem frumento, quod in ipsis bonis creverit, tria maldra siliginis, dimidium maldrum tritici, duo maldra avene mensure Marpurgensis, quatuor aucas, quatuor pullos, unum solidum denariorum Marpurgensium, sex denariatas panis albi, duos pullos carnispreviales et dimidiam metretam papaveris ad vite sue tempora in opidum Marpurg ministrabit. Postquam vero ambe sorores diem clauserint extremum, jam prescripta pensio ad ipsum . . magistrum pictantiarum devolvetur, qui in anniversariis ipsarum vigilias et missas secundum ordinis nostri consuetudinem in memoriam perpetuam animarum suarum suorumque parentum et nostro conventui pictanciam specialem temporibus perpetuis procurabit de eadem pensione. In cujus rei

1) ‘w^{s}’ vorlage.

evidentiam dedimus presentem litteram sigilli nostri munimine sigillatam.

Datum anno domini m°ccc°xxvi°, iiii° nonas martii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen. — Bereits unterm datum 1326 xi. kal. febr. (jan. 22) hatten die schwestern 'Gvda et Jvttha' die genannten güter dem hause geschenkt. Zeugen: 'Syffridus de Bidenkap proconsul, Albertus in Curia, Henricus Schineben, Wenzelo pistor, Johannes textor'. Orig.-perg. wie vor, von mäusen zerfressen. Siegel der stadt Marburg abgefallen.

492. 1326 *märz 11.*

Soror Mechtildis dicta abbatissa totusque conventus (sanctimonialium conventus Throni) sancte Marie ordinis Cysterciensis Moguntine dyocesis de (voluntate Gerdrudis dicte Zollere) nostre consororis vendidimus (unam marcam annui) census in molendino dicto Gezelin mûle sito (juxta villam Lare) . . commendatori ceterisque fratribus domus Theotunice prope Ma(rthpûrg pro duodecim marcis). In cujus vendicionis evidenciam dedimus presentem litteram sigillorum nostri conventus et nostri (. . abbatisse) sigillatam, cum testimonio domini Johannis prepositi de Gridele, fratris (Johannis dicti Sac et fratris) Bertholdi de Wetflaria. 1326 märz 11.

Datum et actum (anno domini m.ccc.xxvi., v.) idus marcii.

Aus dem zerrissenen und unvollständigen orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen. Die lücken sind aus nr. 110 (111) des Marburger copialbuches in Wien ergänzt.

493. *Landgraf Otto von Hessen und sein sohn Heinrich überlassen dem deutschen hause bei Marburg gegen dessen güter zu Helmshausen zwei huben vor Felsberg.* 1326 *märz 15.*

Nos Otto dei gracia lantgravius, terre Hassie dominus, et Henricus ejus filius cum heredibus nostris in hiis scriptis profitemur, quod religiosis viris . . conmendatori et conventui fratrum Theutonicorum domus prope Marpurg, amicis nostris specialiter dilectis, justo tytulo permutacionis seu concambii duos mansos, unum dictum Bissoffes hûbe et alium dictum der Schûselere hûbe, ante oppidum nostrum Velsberg sitos cum universis pertinenciis ipsorum, prout ipsos hactinus possedimus, dedimus et presentibus damus pro bonis suis universis et singulis, quocunque nomine vocentur, sitis in Helmungishûsen perpetuo possidendos. In quorum evidenciam et testimonium presentem litteram sigillis nostris dedimus super eo firmiter consignatam. 1326 märz 15.

Anno domini millesimo ccc°xx°vi°, idus martii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Es war nur ein siegel angehängt, welches abgefallen ist.

494. 1326 *mai* 12.

1326 mai 12. Ego Henricus dictus Stussenbechere et ego Metza ejus sororia de Selhem ob animarum nostrarum remedium bona nostra universa viris religiosis . . comendatori ceterisque fratribus domus Theotunice prope Marpurg dedimus. In cujus donationis testimonium presentem litteram petivimus sygillo universitatis in Marpurg sigillari. Testes: Syffridus de Bidenkap proconsul, Arnoldus de Gambach, Ernestus, Conradus de Bidenkap, scabini.

Datum et actum anno domini m°ccc°xxvi°, feria secunda proxima post festum pentecosten.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

495. 1326 *jul.* 14.

1326 jul. 14. Ego Hetta dicta Svsin et nos Lodewicus, Johannes clerici, Wigandus, Gumpertus, Geludis et Hetta liberi ejus, accedente consensu Gumperti et Johannis liberorum Henrici Birgeleres et Hetten ejus filie vendidimus partem curie nostre site in villa Husen, videlicet dimidiam partem, cujus aliam dimidiam partem habent viri religiosi commendator et fratres domus Theotunice prope Marpurg, eisdem . . commendatori et fratribus hospitalis sancte Marie Jherosolimitani prope Marpurg pro decem et septem marcis denariorum gwerandie, tribus hallensibus pro denario conputatis. Et nos Syffridus de Bidenkap proconsul ceterique scabini in Marpurg recognoscimus nostre universitatis sigillum presentibus appendisse.

Datum anno domini m°ccc°xxvi°, pridie ydus julii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

496. *Hartrad herr zu Merenberg schenkt dem deutschen hause zu Schiffenberg seinen antheil an acht huben im Wiesecker wald bei der Hedwigsmühle.* 1326 *sept.* 13.

1326 sept. 13. In dei nomine, amen. Sicut dicitur quarto Ethticorum (!), ipsius sapientis summa est diligentia de superna felicitate maxime contemplari. Hinc est, quod nos Hartradus dominus in Merenberg ac Lysa nostra conthoralis legittima hujusmodi felicitatem advertentes et in nostra mentis ampulla sepius revolventes, bona et matura deliberatione ac pari consensu, ob nostrarum animarum nostrorumque progenitorum remedium facere ea decrevimus et fieri volumus, que secuntur, videlicet quod religiosis viris . . conmendatori ac fratribus domus Theotunice monasterii in Schiffenburg nostram partem octo mansorum in silva dicta Wisekir

walt prope molendinum dictum Hedewige mole sitorum pure propter deum dedimus, damus, donavimus presentibus et donamus; ita vero, quod post nostrorum amborum obitum anniversarium nostrum in dicto monasterio Schiffenburg singulis annis vigiliis et missa imperpetuum sollempniter peragere debebunt, quemadmodum est consuetum. Et quivis mansorum viginti jugera optinere debebit. Preterea donationem per illustrem principem dominum Ottonem lantgravium necnon nobilem virum dominum Lvtterum de Ysenburg alias eciam factam ac alios dominos in eisdem octo mansis partem seu jus habentes approbamus, ratificamus et ratificari volumus per presentes, dantes has litteras nostris sigillis in premissorum testimonium roboratas.

Datum et actum anno domini m°ccc°xxvi°, sabbato infra octavas nativitatis beate virginis.

Aus orig.-perg. mit zwei siegeln in Darmstadt. Gedr.: Entdeckter Ungrund nr. 184; daraus Samml. v. Deduct. 8, 168.

497. *Graf Gerlach von Nassau bestätigt die von seinen miterben an Schiffenberg dem deutschen hause in Marburg gegebene erlaubniss zum ausroden der waldungen zu Schiffenberg.* 1326 *sept.* 17.

Nos Gerlacus comes de Nassowe tenore presentium recognoscimus et ad universorum noticiam cupimus pervenire, quod quidquid magnificus princeps dominus Otto lantgravius, terre Hassie dominus, ac nobiles viri Gerlacus de Lympurg, Hartradus de Merenberg, Lutherus de Isenburg, Reynhardus et Johannes fratres de Westerburg, domini, coheredes nostri in Scheffenburg, religiosis viris . . commendatori et fratribus domus in Marpurg ordinis domus Theutonice gracie vel beneficii in silvis seu rubetis ibidem in Scheffenburg extirpandis et per ipsos fratres in novalia suis laboribus preparandis fecerunt vel fecerint, ad id in remedium animarum nostre, Agnetis nostre conthoralis nostrorumque liberorum nostrum consensum et assensum adhibemus benivolum et expressum, ut suorum operum bonorum omnium in vita et in morte divina annuente clementia participes effici mereamur. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. 1326 sept. 17.

Datum anno domini m°ccc°xxvi°, feria quarta quatuor temporum proxima post exaltationem sancte crucis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen. Gedr.: Hist. dipl. Unterricht nr. 71 extr. Gudenus Codex 3, 1205 extr.

498. 1326 *sept.* 17.

1326 sept. 17. Nos Hartradus dominus in Merinberg ac Lysa nostra conthoralis legittima . . conmendatori ac aliis fratribus domus Theutunice prope Marpurg ratione mutui solvere tenemur in centum marcis denariorum legalium et bonorum, tribus hallensibus pro quolibet denario conputandis. Pro qua vero pecunia decimam nostram in villa Adispach conmendatori et fratribus prefatis obligavimus, ita vero, quod singulis annis quidquid bladi percipient, sicuti in proximo sabbato ante festum beati Michahelis in foro Wetflariensi conmuniter solverit, ita debent in quolibet anno seu qualibet messe defalcare; et sic omnia alia pertinentia a dicta decima pendentia similiter suo tempore defalcentur, exceptis anseribus et pullis, quos nobis reservavimus, donec prefata pecunie summa ipsis fratribus integraliter sit soluta. Et ad majorem certitudinem fratribus posuimus fidejussores Bernhardum, Lupelinum fratres de Gûnse milites ac Gûmpelonem de Rullisshusen armigerum, qui in opido Gyzen obstagium facient. In cujus rei testimonium nostra sigilla una cum sigillis Bernhardi et Lupelini fratrum presentibus sunt appensa.

Datum anno domini m°ccc°xxvi°, feria quarta post octavas nativitatis Marie virginis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Von den 4 siegeln nur das vierte erhalten: rund; im schild zwei gekreuzte schwerter, die griffe oben; umschr.: S · LVPELINI · MILITIS · DE · GVNSE ·

499. 1326 *oct.*

1326 oct. Nos magister Hermannus fisicus et Luza nata quondam Heynonis de Nuueren civis Wetflariensis conjuges vendidimus Marquardo dicto de Nuueren scabino Wetflariensi, Hadewigi uxori sue dimidiam partem curie site in Nuueren et omnium bonorum spectancium ad eandem, ad me Luzam predictam per mortem meorum patris et matris devolutorum, cujus vero curie et bonorum Petrus dictus de Gruningen et sui heredes condivisionem habere dinoscuntur. In cujus rei testimonium sigillum civitatis Wetflariensis presentibus est appensum. Testes: Gerbertus Vdonis, Hermannus Reye, scabini dicte civitatis; necnon Johannes de Nuueren, Gerhardus dictus Babist, Conradus dictus de Cleberg, domestici curie site in Nuueren dicte der Wethob.

Actum et datum anno domini m°ccc°xxvi°, mense octobris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel zerbrochen.

500. 1326 *oct.* 3.

Nos Volpertus, Henricus et Helwicus fratres dicti Steyngossen super omnibus discordiis inter . . conmendatorem et conventum domus Theutonice prope Marporg et nos habitis sumus plenarie concordati, et renunciamus omni actioni, questioni seu liti, quas habere potuimus et possemus in futurum. Testes: honorabiles viri fratres Henricus de Lewenstein conmendator generalis per Thuringiam constitutus, Hermannus de Holtzhusen miles, . . dictus Lewenstein, Ludewicus dictus Woste, Thilmannus de Kirchain, Bertoldus Terkis. In horum memoriam presentem litteram sigillo civitatis Fritslariensis procuravimus sigillari. 1326 oct. 3.

Datum anno domini m°ccc°xxvi°, feria sexta proxima post Remigii confessoris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

501. 1326 *oct.* 18.

Innotescat, quod Conradus zum Flozze et Elizabet uxor sua, cives Moguntini, coram Salmanno seculari judice Moguntino constituti ordinem religiosorum virorum dominorum Theuthonicorum domus in Marpůrg, in quo Gerhardus eorum filius habitum assumpsit, hereditaverunt post ipsorum obitum in cunctis bonis suis. Dictique conjuges borgaverunt, id est per caucionem judiciariam, que borgen vulgariter dicitur, se firmiter astrinxerunt, quod premissam ordinacionem ratam teneant. 1326 oct. 18.

Actum presentibus Jekelino zur Somerwune, Theoderico de Heydersheim, Craftone ad Novam Januam, magistro Heilmanno Cultellifabro et Hennekino fratre Ingebrandi de Funtena civibus Moguntinis, anno domini m°ccc°xxvi°, sabbato post diem beati Galli.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

502. *Luther herr zu Ysenburg schenkt dem deutschen hause zu Schiffenberg seinen antheil an acht huben im Wiesecker wald bei der Hedwigsmühle.* 1326 *nov.* 12.

Nos Lutherus dominus in Ysinburg et Ysingardis conthoralis nostra legittima, considerantes, quod nichil morti cercius, nichil autem vita incercius, cupientes igitur incertam certe mortis horam maturo consilio et salubri remedio, quantum possibile est, providere, ac pari consensu et matura deliberacione inter nos habita, ob nostrarum animarum nostrorumque progenitorum remedium facere ea decernimus et fieri volumus, que sequuntur, videlicet quod religiosis viris . . conmendatori et fratribus domus Teuthonicorum monasterii in Schiffinburg nostram partem 1326 nov. 12.

octo mansorum in silva dicta Wyskerwalt prope molendinum dictum Hedewigemůle sitorum pure propter deum dedimus, damus, donavimus et donamus per presentes; ita videlicet, quod post amborum nostrorum obitum anniversarium nostrum in dicto monasterio singulis annis vigiliis et missa inperpetuum sollempniter peragere debebunt, quemadmodum est consuetum. Et quivis mansorum viginti jugera debet obtinere. Preterea donacionem per illustrem principem dominum Ottonem lantgravium, terre Hassie dominum, necnon nobilem virum Hartradum dominum in Merinberg alias eciam factam ac alios dominos in eisdem octo mansis partem seu jus habentes approbamus, ratificamus et ratificari volumus per presentes. In cujus donacionis nostre testimonium sigillum nostri Lutheri de Ysinburg predicti presentibus duximus appendendum, quo nos Ysingardis predicta presentibus contentamur.

Datum anno domini m°ccc°xxvi°, in crastino beati Martini episcopi.

Aus orig.-perg. mit siegelbruchstück (reitersiegel) in Darmstadt. Gedr.: Entdeckter Ungrund nr. 186; daraus Samml. v. Deduct. 8, 170. Gudenus Codex 4, 1040.

503. 1326 *nov.* 21.

1326 nov. 21. Nos Thylomannus de Kyrhain, Bertoldus Terhiz(!) proconsules, Henricus Kazmain, Theodericus de Sassinhusen, Henricus de Rytthe, Conradus Winterberg, Conradus de Hoinberg, Henricus de Strithusen, Kuno, Rudolfus Knorro, Wigandus Cencius, Conradus de Holzem, Hermannus Wignandi et Johannes de Hemerihishusen, scabini Fritslarienses, recognoscimus, quod coram nobis Albertus et Wigandus fratres de Werhene necnon Conradus sacerdos et Ludewicus ipsius frater, nati dicti Alberti, recognoverunt inter religiosos viros conmendatorem domus Theuthonice prope Marporg ipsiusque domus conventuales necnon inter ipsos omnes controversias super quibusdam bonis pertinentibus ad dictos fratres sitis in campis ville Werhene esse sopitas. In cujus facti evidenciam recongnoscimus sigillum oppidanorum Fritslariensium presentibus appendisse.

Datum et actum feria sexta ante Katherine virginis, sub anno incarnacionis domini m°ccc°xxvi°

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

504. *Landgraf Friedrich von Thüringen gibt dem deutschen hause in Marburg güter zu Hausen und Willstedt zu eigen und befreit dieselben nebst allen von den landgrafen Ludwig, Konrad und Hermann dem hause gegebenen gütern von der landbete.* *Gotha* 1326 *dec.* 1.

1326 dec. 1. In gotis namen, amen. Wie Friderich von des selbin gnaden lantgrave zu Duringen, marcgrave zu Misne unde in dem Osterlanden unde

herre in dem lande zu Plisne, mit unser liben muter wrowen Elyzabeten unde mit allen unsen erben bikenne unde tun bikant allen den, di dissen brif sehen oder horent lesen, daz wie gote, unser vrowen von himelriche unde unser vrowen sente Elyzabeth zu lobe unde zu eren, zu troste, zu gnaden unde zu selikeit unser, unsers liben vaters marcgrave Friderichs unde alle unsern vordern sele unde durch sunderliche bete bruder Cunrats von Gundelvingen des meisters des Dutzen hus in Dutzen landen deme Dutzen huse unde den Dutzen brudern des spitals zu Marcburch geben unde eygen alle daz gut, daz hie nach gescriben stat . . . .[1]). Zu eme urkunde disser rede dissen brif habe wi en heyzen gegebin bistetigit mit unseme ingesegele. Des sint gezuge: greve Gunther von Swarzburc, . . der von Treningen, her Heynrich Ruze voyt zu Plawe, Bertolt von Eckstete, unde andere vromer lute gnuc.

Dit ist geschen zu Gotha, nach gots geburt tusent jar druhundert in deme sechs unde zwencilgisteme jare, an deme neysten tage nach sente Andreas tage des heligen zwelfbote.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Vom siegel hängt nur noch ein stückchen an roth und grünen seidensträngen.

505. *Luther herr von Ysenburg bestätigt dem deutschen hause in Marburg die schenkung seiner miterben an Schiffenberg über acht huben im Wiesecker wald.* 1326 *dec.* 14.

Nos Lutherus dominus de Ysenburg tenore presentium recognoscimus et ad universorum noticiam cupimus pervenire, quod quidquid magnificus princeps dominus Otto langravius, terre Hassie dominus, ac nobiles viri Gerlacus comes de Nassowe, Gerlacus de Lympurg, Hartradus de Merinberg, Reynhardus et Johannes fratres de Westerburg, domini, coheredes nostri in Schiffinburg, religiosis viris . . conmendatori et fratribus domus Theuthonicorum in Marpurg gracie vel beneficii in silvis dictis Wysker walt seu rubetis ibidem in Schiffinburg in octo mansis exstirpandis et per ipsos fratres in novalia suis laboribus preparandis fecerunt vel fecerint, ad id in remedium animarum nostri, Ysengardis nostre conthoralis nostrorumque liberorum nostrum consensum et assensum adhibemus benivolum et expressum, ut suorum operum bonorum omnium in vita et in morte divina annuente clemencia participes effici mereamur. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. 1326 dec. 14.

Datum anno domini m°ccc°xxvi°, in crastino beate Lucie virginis.

Aus orig.-perg. mit siegelbruchstück (reitersiegel) in Darmstadt. Gedr.: Entdeckter Ungrund nr. 185; daraus Samml. v. Deduct. 8, 169.

1) Im folgenden gleichlautend mit nr. 386.

506. 1327 *febr.* 15.

1327 febr. 15. Nos Lodewicus dictus Kalp cantor ecclesie Fritslariensis legamus duo talenta denariorum Marpurgensium, duobus hallensibus pro denario conputandis, annui census: viris religiosis . . commendatori ceterisque fratribus domus Theotunice prope Marpurg unum talentum, venerabili . . abbati et conventui ordinis Cysterciensis in Hagenehe similiter unum talentum, solvenda singulis annis de bonis nostris in villa Vlrichhishusen, ita tamen, quod ipsa die obitus nostri dicti fratres utriusque conventus anniversarium nostrum nostrorumque parentum legendo et cantando secundum consuetudinem ordinum suorum perpetuis temporibus peragant. Eadem vero die dicta duo talenta denariorum cedent utrique ordini unum in pictanciam specialem, ut ab eisdem in suo refectorio more solito laucius procurentur. Preterea recognoscimus bona eadem in manus ipsorum fratrum cum extremitate vestitus nostri publice resignasse, adjecta tamen condicionis lege, si Alheydis filia quondam Ottonis militis nostri[1]), Crafto de Hatisfelt aut liberi Greten nostre sororis decreverint dicta bona reemere, debent predictis fratribus dare triginta et duas marcas denariorum gwerandie tribus hallensibus pro denario conputandis, et hoc facient infra spacium sex annorum. In cujus donationis firmitatem damus presentem litteram sigillorum nostri ac Henrici militis nostri fratris et universitatis in Marpurg munimine sigillatam, cum testimonio fratris Volperti plebani in Marpurg, fratris Johannis de Germize, fratris Guntheri, domini Henrici sacerdotis viceplebani in Wimere, Arnoldi de Gambach proconsulis, Ruclonis Angeli, Loclei Roden scabinorum, Ottonis de Grunenberg, et aliorum.

Datum et actum anno domini m°ccc°xxvii°, in crastino Valentini martiris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel: 1) oval; stehende frau, eine krone auf dem haupte, die rechte auf ein schwert gestützt, in der linken ein rad; umschr.: S' · LVDEWICI · CANTORIS · ECCE · FRITSLAR' · 2) rund; im schild zwei schräg über einander gelegte oben lilienkelchartig auslaufende stäbe; umschr.: S' · HENRICI · KA . . . . . .

507. 1327 *febr.* 22.

1327 febr. 22. Nos Meccla dicta Manhoweren et ego Bertha filia quondam Lodewici Huperti damus domum nostram sitam juxta domum Conradi textoris, ex opposito domus quondam Hermanni de Lasphe, cum orto in veram elemosinam viris religiosis . . commendatori ceterisque fratribus domus Theotunice prope Marpurg. Nichilominus recognoscimus, quod jam dicti

1) Hier scheint ein die verwandtschaft bezeichnendes Wort vergessen.

fratres dictam domum et ortum nobis reconcesserunt solum ad tempora vite nostre jure inquilinario, ita sane, quod ipsis dare tenemur singulis annis duos pullos carnispreviales in signum dominii et proprietatis. Et ne ambiguitas possit insurgere, dedimus presentem litteram sigilli universitatis in Marpurg munimine sigillatam, cum testimonio Arnoldi de Gambach proconsulis, Alberti in Curia scabinorum necnon domini Henrici viceplebani in Wimere.

Datum et actum anno domini m°ccc°xxvii°, in die beati Petri apostoli ad kathedram.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

508. 1327 *febr.* 25[1]).

1327 febr. 25.

Nos frater Cûno de Dudelendorf commendator et universi fratres domus Theutonice prope Marburch Moguntine dyocesis locavimus jure hereditario Dyloni et Damburgi conjugibus in villa Dorlor commorantibus curtim nostram in dicta villa ex opposito monasterii ibidem et alia bona nostra ibidem, videlicet duodecim jugera in agris et pratis trans flumen Loynam, item duo jugera agrorum supra Berenackir, item tria jugera supra campum ville Germizce superioris, que quidem curia et bona per Fridericum de Rode quondam fratrem nostrum sunt ad nos devoluta, pro quatuor maldris siliginis, tribus maldris avene Wetflariensis mensure, duobus anseribus, duobus pullis autumpnalibus et pullo carnispriviali infra Wetflariam pensionis nomine persolvendis annuatim. Ipsi eciam solvere tenentur nomine nostro monialibus monasterii in Dorlor viginti et unum denarios Colonienses cum levi denario annuatim census nomine. Preterea predicti conjuges nobis tytulo pignoris, ut prefata pensio nobis persolvatur, subscripta bona obligarunt, scilicet juger terre arabilis et juger prati trans Loynam, item juger dictum Schiffinburgir morgen et curiam dicte Damburgis in villa Dorlor. Testes: Henricus dictus Polonus scabinus in Dorlor, Emericus de Diffinbach armiger, Ludewicus dictus Scholere, Gerlacus dictus Schurgenach, villani ibidem.

Datum anno domini m°ccc°xx°sexto, in crastino beati Mathie apostoli.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel des comthurs abgefallen. Daselbst auch die gleichlautende gegenurk. des Dylo und der Damburg vom selben tag, orig.-perg., besiegelt von Hartrad herrn zu Merenberg. Siegel rund; schräg gestellter schild, auf dessen linker ecke ein helm ruht; im schild und

1) Die urkunde und die am schluss erwähnte gegenurkunde sind von derselben hand geschrieben, von welcher fast alle Wetzlarer urk. dieser jahre herrühren. Ich glaube daher trotz der aussteller Trierischen jahresanfang annehmen zu sollen.

als helmschmuck zwei geschrägte stäbe, dazwischen sterne; umschr.: S' · HARTRADI · DE · MERI . . . . G · — Unterm datum 1331 feria quarta post festum beati Mathye apostoli (1332 febr. 26.) verzichten Elisabeth und Gertrud töchter der unterdessen verstorbenen eheleute Tylo und Damburg durch transfix auf die genannten güter. Es siegeln: 'Prior in Dorlor et Heydenricus de Elkerhusen officiatus in Glyperg'. Orig.-perg. wie vor. Siegel: 1) zerbrochen. 2) rund; 3 beile im dreipass; umschr.: . . HEYDENRICH · . ON · ELKIRHVSIN ·

509. 1327 *febr.* 25[1]).

1327 febr. 25. Nos frater Cûno de Dudelendorf commendator et fratres domus Theutonice apud Marpurch Moguntine dyocesis . . . Marcam denariorum annui et perpetui census, cujus medietas cedit de bonis sitis in Swalebach, que possidet dictus Fulke ibidem, in festo pentecostes, et altera pars, quam solvit Conradus dictus Dodegans pistor civis Wetflariensis ex quatuor jugeribus terre sitis in der Lengelbach inter villas Nunhem et Waltgermizce, in festo beati Martini episcopi, quam bone memorie Johannes dictus Beyger scabinus Wetflariensis quondam nobis dono elemosine dinoscitur contulisse, capellanus capellam in nova civitate Wetflarie sitam pro tempore officians percipiat pro suis usibus perpetuo possidendam. In cujus rei testimonium dedimus has litteras sigillo nostro communitas.

Datum anno domini m°ccc°xx°sexto, in crastino beati Mathie apostoli.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

510. 1327 *mai* 24.

1327 mai 24. Ego Lodewicus dictus Clobeloych clericus do domum meam sitam in pede scale seu trappe cymiterii cum area et fundo ob salutem anime mee et parentum meorum in veram elemosinam viris religiosis domino plebano in Marpurg suisque consociis et fratribus et ecclesie parrochiali ibidem. Et ne possit insurgere ambiguitas, presentem litteram do sigilli universitatis in Marpurg munimine sigillatam, cum testimonio fratris Gotfridi, Arnoldi de Gambach proconsulis, Hermanni notarii.

Datum et actum anno domini m°ccc°xxvii°, ix. kalendas junii.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

511. 1327 *mai* 24.

1327 mai 24. Wir Rûlman der scultheyze unde dî scheffen zû Frankenvord dun kûnt, daz Rûlman von Aslor unde Gela sin eliche wirten, unser burgere,

1) Für den angenommenen Trierischen jahresanfang gilt das unter der vorhergehenden urk. bemerkte.

ufgegeben hont vůr uns deme . . commendůre und deme convente des Důtschen ordens zů Schiffenburg anderhalbe hůbe sibendenhalben morgen unde zien růden ackers in der termenie der parre zů Palgůns, dî hůbe umbe eynuntfunfzich march Kolscher penninge, dri haller gezalt vůr den penninc und waz da uber ist in deme selben markete. Zů eyme urkunde hon wir unser stede groyzce ingesigel an disen brib gehenket, der da wart gegeben nach godis gebůrte dusent jar drů hůndert jar in dem sivenuntzventzichten jare, an deme sunnendage vůr pincsten.

Aus orig.-perg. in Darmstadt. Siegel abgefallen. Gedr.: Baur Hess. Urkunden 1, 344 nr. 500 mit dem falschen jahr 1322.

512. 1327 *jul.* 16.

Henricus dei gracia lantgravius, terre Hassie dominus, cum nostris heredibus, considerata strennuitate Gerhardi militis et Rychwini famuli fratrum de Bubinheim, eisdem dabimus festo beate Walpurgis proximo [1] octoginta marcas denariorum Aquiensium, tribus hallensibus pro uno denario conputandis. Tunc ipsi nobis octo marcarum redditus predicte warandie in suis bonis propriis et magis liberis resingnabunt, quos deinceps ipsi et eorum heredes jure homagii, quod vulgariter loquendum vocatur manleihen, perpetuis temporibus a nobis possidebunt. Sed ut premissa firma permaneant, prefatis fratribus nostram litteram damus patentem nostri sigilli munimine consingnatam. 1327 jul. 16.

Datum anno domini m.ccc.xxvii., in crastino divisionis apostolorum.

Aus nr. 85 des copialbuches D in Marburg (deutscho.).

513. 1327 *aug.* 17.

Nos Hermannus decanus totumque capitulum ecclesie sancte Marie Erfordensis recognoscimus, quod cum Th. et Henricus fratres dicti Hake, castellani in Wißinse, nobis vendiderint unum mansum terre frugifere et arabilis situm in campis ville Vichstete pro xiii marcis et dimidia puri argenti, quem hereditario jure seu emphiteotico ab honorandis et religiosis viris conmendatore et fratribus ordinis sancte Marie sacre domus Theutonicorum in Grifstete tenuerant, nos conmendatori et fratribus in Grifstete predictis dimidiam libram cere in festo purificacionis beate Marie virginis in signum proprietatis de predicto manso dare promittimus annis singulis. In cujus rei testimonium sigillum nostri capituli presentibus est appensum. 1327 aug. 17.

Acta sunt hec anno domini m.ccc.xxvii., xvi. kalendas septembris.

1) Mai 1.

Aus nr. 770 (784) des Marburger copialbuches in Wien. — Die entsprechende urkunde des deutschen hauses zu Griefstedt (comthur: Heinrich von Wildecke) im archiv der Erfurter Marienkirche erwähnt v. Hagke Urkundl. Nachrichten üb. die Städte, Dörfer u. Güter des Kreises Weissensee s. 292. Nach einer ebend. s. 293 angezogenen urkunde des v. Hagkeschen archives zu Schilfa genehmigte 1329 das deutsche haus zu Griefstedt (comthur: Heinrich von Wildecke) den verkauf zweier von ihm zu lehn gehenden huben zu Vichstedt durch Th. Hacke an herrn Th. von Tanrode.

514. 1327 *sept.* 20.

1327 sept. 20. Ego magister Lodewicus phisicus de Wisense do domum meam sitam sub urbio seu castro in Marpurg juxta domum quondam Wenkin pistoris, ex opposito domus der Wetterschin, cum orto adjacente viro religioso fratri Gunthero plebano in Marpurg et parrochiali sue ecclesie in veram elemosinam ob salutem anime mee et parentum meorum. Et ne possit ambiguitas suboriri, do presentem sigillo universitatis in Marpurg sigillatam, cum testimonio Henrici in Curia proconsulis, Arnoldi de Gambach, Ruclonis Angeli scabinorum, domini Hermanni cappellani sancti Michaelis, Hermanni dicti Bucheseckere, et aliorum.

Datum et actum anno domini m°ccc°xxvii°, in vigilia beati Mathei apostoli.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

515. 1327 *nov.* 24.

1327 nov. 24. Ego Yludis et ego Jvtha sorores carnales, filie quondam Conradi Fabri in nova civitate prope Marpurg, damus domum nostram in nova civitate in vico publico juxta portam dictam Werdir tor, quam hactenus inhabitavimus, ad nos ex successione hereditaria paterna et materna devolutam cum orto eidem domui adjacente religioso viro domino Gunthero plebano in Marpurg et ejus parrochie in veram elemosinam et ob animarum nostrarum nostrorumque parentum remedium, dantes de hoc presentem litteram sigilli universitatis in Marpurg munimine sigillatam, cum testimonio Henrici Schinebenis, Johannis fratris ejus.

Datum et actum anno domini m°ccc°xxvii, in vigilia beate Katherine virginis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

516. 1327 *dec.*

1327 dec. Nos Hartmannus dictus Weche sacerdos, vicarius ecclesie Wetflariensis, et Hildegundis relicta quondam Gerlaci dicti Madirsele scabini Wetflariensis ad tempora vite mei Hartmanni transitum positum ultra

Logenam a curia fratris Craftonis versus ortum nostrum una cum honorabilibus viris dominis . . commendatore et fratribus domus Theutonice in Wetflaria, quociens opus fuerit, edificare debemus, ita quod prefati fratres duas partes predicti transitus, qui proprie ein steich nuncupatur, et nos terciam partem persolvent. Recognoscimus insuper post obitum mei Hartmanni nobis in transitu nichil juris conpetere. In cujus rei testimonium sigillum civitatis Wetflariensis presentibus est appensum. Testes: Ebirhardus Mauge, Gerbertus Vdonis, scabini.

Datum anno domini m°ccc°xxvii°, mense decembris.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel zerbrochen.

517. 1327 *dec.* 22.

1327 dec. 22. Ego Yngla cognominata Bvlen recognosco, quod viri religiosi . . commendator ceterique fratres domus Theotunice prope Marpurg habent et longis temporibus habuerunt duos solidos denariorum Marpurgensium in domo mea, area, fundo et orto juxta domum pictoris, ex opposito domus Hermanni dicti Flamme in nova civitate annui census. Quibus quidem fratribus vendidi denuo decem et octo denarios in domo eadem annui census pro una marca. Et sic habent tres solidos denariorum cum dimidio in domo mea prenotata. Et ne ambiguitas possit insurgere, do presentem litteram sigilli universitatis in Marpurg munimine sigillatam, cum testimonio Henrici Schinebenis proconsulis, Syffridi de Bidenkap, scabinorum.

Datum et actum anno domini m°ccc°xxvii°, in crastino beati Thome apostoli.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel zerbrochen.

518. *Die verwittwete burggräfin Agnes von Nürnberg schenkt dem deutschen hause bei Marburg einen malter korn jährlicher gült zu Bauerbach.* 1328 *mai* 1.

1328 mai 1. Nos Agnes dicta de Nůrinbergh, germana quondam illustrissimi principis domini Ottonis terre Hassie lantgravii piissime recordacionis, ad universorum notitiam, qui presencium fuerint perceptores, cupimus pervenire lucidius profitentes, quod bona voluntate et animo libenti religiosis viris et honestis . . commendatori et fratribus necnon . . magistro pytanciarum, qui est vel quicunque pro tempore fuerit specialiter, ordinis sancte Marie domus Teuthonice apud Marpurgh nomine sui officii unum maldrum siliginis mensure Marpurgensis annue pensionis, quod erga dominum Wigandum plebanum in Burbach sacerdotem, Hartman-

num, Cunradum, Ostirlindim, Petrissam et Heidewigim ejus fratres et sorores ex eorum curia in Burbach et ex omnibus bonis quibuscunque ad dictam pertinentibus juste emptionis et proprietatis titulo conparavimus [1]), donacione inter vivos irrevocabilique damus et dedimus in hiis scriptis libere et solute recipiendi perpetuis temporibus et habendi omni jure, quod nobis hactenus conpetebat in pensione memorata; hoc solum interposito, quod anniversarium Methildis dicte Langschenclen famule nostre dilecte, cum diem clauserit extremum domino permittente, singulis annis debito tempore cum sollempnitate consueta per prefatum . . magistrum pitanciarum racione dicte pensionis fideliter peragetur, dantes . . commendatori, fratribus ac magistro pytanciarum nomine sui officii prescriptis has litteras sigillo nostro una cum sigillo civitatis in Marpurgh nostris precibus firmiter roborandas in testimonium super eo. Et nos Heinricus dictus Schenebein magister civium ceterique scabini ejusdem civitatis recognoscimus nostrum sigillum ad preces prefate nobilis domine nostre domine Agnetis presentibus appendisse.

Datum anno domini m°ccc° vicesimo octavo, kal. may.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel: 1) beschädigt; Maria mit dem kinde und die heilige Elisabeth, darunter eine betende frau, rechts von ihr ein schild mit einem rechtsum aufgerichteten löwen, zur linken der gevierte Zollernsche schild; umschr. (aus einem andern exemplar ergänzt): S ' · D̄NE · AGNETIS · RELICTE · D̄NI . JOH ' · 9DĀ · BVRG'VII · . . NVRENB'G . Gedr.: v. Stillfried u. Märcker Monum. Zoller. 2, 431 nr. 656.

519. 1328 *mai.*

1328 mai. Ego Gerhardus de Asselar pannifex civis Wetflariensis consensu Gerdrudis uxoris mee vendidi honorabilibus viris domino commendatori et fratribus domus Theutonice prope Marpurch unum maldrum cum dimidio siliginis mensure Wetflariensis sibi in festo beati Bartholomei apostoli annuatim pensionis nomine persolvendum et usque Wetflariam presentandum ex bonis meis proprietariis et ex omni melioratione mea bonorum, que a prefatis fratribus jure hereditario possideo, sitis in villa Asselar. In cujus rei testimonium sigillum civitatis Wetflariensis litteris presentibus est appensum. Testes: Marquardus de Nuueren, Hermannus Reye, scabini.

Actum et datum anno domini m°ccc°xxviii°, mense majo.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen

1) Durch urk. v. 2. märz 1327. v. Stillfried u. Märcker Monum. Zoller. 2, 405 nr. 623.

520. 1328 *mai* 8.

1328 mai 8.

Nos Fridericus decanus dictus de Rosela et Theodericus de Svndershusen officialis ecclesie Icheburgensis una cum discretis viris Bertoldo de Wymaria et Henrico dicto Bymegeslage magistris consulum ceterisque viris consiliaribus opidi Wyßense, videlicet Rudolfo de Schinstete, Theoderico Ebirnandi, Henrico dicto Gerolt et Bertoldo dicto Kelnyr recognoscimus, quod vicariam Cristifidelium elemosinis capelle in Gvnestete per Bertoldum de Wymaria et Bertoldum Kelner tunc pontis procuratores instauratam et factam plebanus parrochialis ecclesie in Gvnestete conferat, ita quod jus disponendi, eliendi, presentandi nec ipsi nec eorum heredes vel pontis procuratores in posterum sibi assumant. Insuper recognoscimus id esse de ipsius plebani licencia, videlicet domini Conradi de Graba nostre ecclesie canonici, ut omnia, que eo tempore, cum idem vicarius missarum solempnia celebrat, ad altare offeruntur, vicarius sibi tollat; de hiis vero, que ante vel postea oblata fuerint, sibi nichil assumat. In die dedicacionis capelle vicario nichil debetur, nisi in quantum fuerit de gracia plebani et pontis procuratorum. Insuper plebanus et pontis procuratores omnia, que eveniunt donando, legando, offerendo ad altare ipsius capelle et ad ymagines, ad trunccos intra capellam et extra capellam prope pontem et ad tabulas, sibi invicem canonica dividant porcione, ita ut plebanus medietatem tollat, reliquam procuratores pontis sibi assumant.

Datum sub sigillo nostre officialitatis, quod est sigillo prepositure Icheburgensis, una cum sigillo communitatis dicti opidi Wyßense, anno domini m°ccc°xxviii°, viii° idus maji.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel beschädigt: 1) oval; geistlicher zwischen zwei thürmen stehend; umschr.: .....IVDIC.. IECHEBVRIE... 2) rund; reiter; zwischen den beinen des pferdes ein fisch; umschr.: SIGILLV̄ · MAGISTRI ..... — Hierauf bestätigte unterm datum 'Jecheburg 1328 pridie kal. dec.' (nov. 30) Friedrich decan zu Jechaburg im auftrag des erzbischofs Mathias von Mainz die stiftung der genannten vicarie unter festsetzung der einkünfte des vicars auf jährlich 6 malter weizen, gerste und korn. Orig.-perg. mit beschädigtem siegel des ausstellers wie vor.

521. 1328 *mai* 16.

1328 mai 16.

Nos frater Cůno de Důdildorf commendator domus Theutonice prope Marpurg et fratres ejusdem recognoscimus teneri de molendino dicto malmůlen in Hůsin extra muros Wetflarienses super Logenam sito in uno maldro cum dimidio et quartali siliginis Wetflariensis mensure annuatim Cristine filie quondam Růlonis dicti Welkere civis Wetflariensis et suis heredibus. Si prefata Cristina vel sui heredes predictos annone redditus

vendere decreverint, nulli vendere debebunt nisi nobis, et nos pro quolibet maldro siliginis eisdem dabimus septem marcas Coloniensium denariorum, tribus hallensibus pro denario conputandis. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum.

Datum feria secunda post diem ascensionis domini, anno ejusdem m°ccc°xx°octavo.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

522. 1328 *oct.* 19.

1328 oct. 19. Ego Yda dicta de Werde consensu Heynrici dicti Gorthe et Gerhardi filiorum meorum necnon Heidewigis filie mee unum solidum denariorum monete Marpurgensis de agro quodam sito ûf deme were prope molendinum dictum Elwines mole annui census ad ornatum sacristie ordinis sancte Marie fratrum Teuthonicorum domus apud Marpurgh nomine testamenti in puram elemosinam contuli. Et in hujus legacionis testimonium presentem litteram sigillo domini Hermanni decani sedis in Kestirburgh plebani in Werde tradidi roborandam.

Actum et datum anno domini millesimo trecentesimo vicesimo octavo, in crastino beati Luce ewangeliste.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Auf der rückseite von hand des XV. jahrh.: '1 s. d. de prato in Affhulder'. Siegel abgefallen.

523. 1328 *nov.* 3.

1328 nov. 3. Ego Sifridus de Dorlor pannifex civis Wetflariensis consensu Hildegundis uxoris mee vendidi Conrado de Werde molendinario fertonem denariorum bonorum et usualium annui census ex domo mea sita prope murum Wetflariensem in vico der Azcelin gazcen. De qua eciam domo solvere debeo Wenzelini fabro[1]) quatuor solidos Coloniensium denariorum et duos pullos carnispriviales census annui. Et in horum testimonium sigillum civitatis Wetflariensis presentibus est appensum. Testes: Eberhardus dictus Maucho, Hermannus Reyge, scabini dicte civitatis.

Datum et actum anno domini m°ccc°xx°octavo, in crastino omnium fidelium animarum.

Aus orig.-perg. mit siegelbruchstück in Marburg (deutscho.).

524. 1329 *febr.* 3.

1329 febr. 3. Nos Crafto dictus Scabe officiatus in Marpûrg et Gerlacus dictus de Lûndorf militeś, arbitri super litibus inter honorabiles viros ac religiosos . . commendatorem et fratres ordinis sancte Marie domus Theutonice

1) So im orig.

apud Marpůrg ex una necnon Wolpertum dictum Lytzilcolbe militem, Syradim et Jůttam sorores carnales, ipsius amitas, ac Albradim ipsius Syradis filiam ex parte altera super molendino dicto zů Gryndele prope villam dictam Grozi*Selheym hactenus habitis concorditer electi, relicta via juris viam amicabilis conposicionis aggressi pronunciamus in hunc modum: Primo, quod . . magister pyttanciarum dicte domus Theutonice . . conmendatoris ac fratrum predictorum nomine dictum molendinum pro sua utilitate perpetuis obtinebit temporibus ordinandi, disponendi et locandi. Secundo [1]) dicimus, quod Wolperto militi, Syradi, Jůtte ac Albradi per colonum inhabitantem molendinum prefatum annis singulis in festo beati Stephani prothomartiris septem libri hallensium cum suis juribus antiquis, videlicet quatuor anseribus, quatuor pullis autumpnalibus et totidem pullis carnisprivialibus, necnon in vigilia nativitatis domini, pasche et penthecostes pisces unum solidum denariorum Marpurgensium valentes assignentur, nullo sibi jure necnon specialiter optimali, quod vulgariter důristhobit dicitur, in memorato molendino reservatis, quod quidem optimale, cum dari contigerit, prescripto . . magistro pyttanciarum cedere debebit cum jure vinicopii vulgariter forhůre nuncupato, quod partibus prelibatis perpetue dicimus fore salvum. Et ut premissa maneant inconvulsa, presentem litteram sigillorum nostrorum munimine tradidimus roborandam. Et nos Wolpertus miles dictus Lytzilcolbe, Syradis, Jůtta et Albradis recognoscimus sigillum mei Wolperti appendisse. Presentibus strennuis viris et honestis Rvdůlfo dicto Schůrinsclaz, Rynoldo dicto Prabist, Rozir militibus; Craftone dicto Scabe canonico ecclesie Wetflariensis; Henrico dicto Scabe ipsius fratre, Gůmperto dicto Fogil, Hartmanno dicto de Hackin armigeris; Alberto dicto ex Curia magistro civium, Henrico dicto Wygele, Wykero dicto in nova civitate, Lůdowico dicto ex Curia scabinis opidi Marpůrg.

Actum et datum anno domini m°ccc° vicesimo nono, in crastino purificacionis beate Marie virginis.

Aus dem beschädigten orig.-perg (A) in Marburg (deutscho.). Siegel: 1) S' · CRAFTONIS · DICTI · SCABE · MIL' ·, bereits unter nr. 375 beschrieben. 2) rund; im schild drei mit den spitzen aneinander gesetzte seeblätter; umschr.: . . ERLA . . MILITIS · DE · NORDECK . . 3) rund; im schild drei aufrechte speerschäfte; umschr.: S · VOLPERTI · LVTZELCOLBE · MILIT̄ · In einer zweiten gleichlautenden, stark beschädigten orig.-ausfertigung (B) siegelt an stelle des Volpert Lützelkolbe der Marburger comthur Cuno von Dudildorf. Siegel abgefallen.

1) 'Sȝ' orig.

525. 1329 *märz* 20.

1329 märz 20. Ego Meccla cognominata Kolben vendidi bona mea sive curiam meam in villa Husen, que colit Lodewicus dictus Schuch, . . commendatori ceterisque fratribus domus Theotonice prope Marpurg pro viginti marcis cum fertone et pro duobus maldris siliginis mensure Marpurgensis michi solvendis temporibus consuetis, quibus annue pensiones solvuntur, videlicet ipso festo nativitatis beate virginis. Postquam diem clausero extremum, dicta duo maldra siliginis ad predictos fratres libera revertentur, ut ab ipsis anime mee meorumque parentum perpetua memoria habeatur. Et ne ambiguitas oriatur, do presentem litteram sigilli universitatis in Marpurg munimine sigillatam, cum testimonio Alberti in Curia proconsulis, Ruclonis Angeli, Henrici Schinebenis, scabinorum in Marpurg.

Datum et actum anno domini m°ccc°xxix°, xiii° kalendas aprilis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

526. 1329 *apr.* 30.

1329 apr. 30. Ego Meccla de Grindele, Conradus et Henricus filii mei, Gerhardus gener meus, Bertha et Gela filie mee vendidimus omnem partem omneque jus, quod habuimus in molendino in Grindele, . . commendatori ceterisque fratribus domus Theotunice prope Marpurg et specialiter fratri Johanni de Germisse magistro pictantiarum pro duodecim marcis, resignantes eandem cum extremitate nostri vestitus, ut solitum est, in manus dictorum fratrum. Et ne ambiguitas valeat suboriri, damus presentem litteram sigilli universitatis in Marpurg munimine sigillatam, cum testimonio Alberti in Curia proconsulis, Syffridi de Bidenkap, Lodewici in Curia, Wikeri scabinorum, Hermani Kerenbecheres, Gerhardi de Wiseke, Pauli in Curia, Conradi filii Huperti.

Datum anno domini m°ccc°xxix°, in vigilia beate Walpurgis.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen.

527. 1329 *mai.*

1329 mai. Ego Johannes dictus Maldirleip pannifex civis Wetflariensis consensu Mechtildis uxoris mee vendidi . . commendatori et fratribus domus Theutonice prope Marpurch unam marcam denariorum annui redditus, quam ex donacione ego et quondam Herfridus frater meus nobis facta per Cynam materteram nostram, relictam quondam Volperti dicti Maldirleip, ex molendino sito trans Logenam in Husin prope muros Wetflarienses habere dinoscebamur, et ad gwarandiam fratribus tria maldra siliginis

cum dimidio in molendino supradicto titulo subpignoris obligavi. In cujus rei testimonium sigillum civitatis Wetflariensis litteris presentibus est appensum. Testes: Ebirhardus Mauge, Hermannus Monetarii, scabini.

Actum et datum anno domini m°ccc°xxix°, mense majo.

Aus orig.-perg. mit siegelbruchstück in Marburg (deutscho.).

528. *Die verwittwete burggräfin Agnes von Nürnberg schenkt dem deutschen hause bei Marburg ihren hof zu Ebsdorf.* 1329 *mai* 23.

Nos Agnes relicta quondam . . bůrgravii de Nůrenberg recognoscimus presencium per tenorem, quod de bona et libera nostra voluntate, accedente eciam ad hoc spontaneo consensu precordialis ac reverendi germani ac domini nostri Lůdewici ecclesie Monasteriensis episcopi necnon illustris principis Henrici lantgravii, terre Hassie domini, damus atque donamus, dedimus ac donavimus donacione simplici et legitima donacioneque irrevocabili inter vivos et assignamus integraliter pure propter deum necnon ob honorem gloriose matris ejus atque beate Elizabet proave nostre curiam nostram seu bona nostra sita in villa Ebistorf, que colit Mengotus in der Stengazzen, cum universis juribus atque attinenciis suis, videlicet pratis, pascuis, campis, silvis, aquarum decursibus, viis et inviis ac aliis appendiciis suis eciam quibuscunque, viris religiosis . . commendatori ceterisque fratribus domus Theutonice prope Marpůrg et precipue et specialiter . . magistro pittanciarum, qui nunc est et erit pro tempore, ad habendam, tenendam et possidendam jure proprietario cum omni felicitate perpetue, pacifice et quiete. De quibus quidem bonis una libra denariorum Marpůrgensium prefato domino Lodewico germano nostro, episcopo Monasteriensi, ac ejus heredibus . . lantgraviis, terre Hassie dominis, annis singulis in festo beati Martini episcopi yemalis nomine census annui persolvetur; ita tamen sane, quod ab ipsis fratribus animarum parentum nostrorum, videlicet quondam illustris principis Henrici lantgravii, terre Hassie domini, et Mechtildis conjugum necnon predicti fratris nostri nostreque perpetua memoria habeatur et obitus ipsorum et nostri dies anniversarius vigiliis, missis necnon aliis oracionibus perpetuis temporibus peragatur et de utilitatibus ab eisdem cedentibus bonis qualibet die anniversariorum predictorum pictanciam habeant et fratres predicti conventus laucius more solito procurentur seu pertractentur. Et nos Lůdewicus Monasteriensis episcopus necnon nos Henricus lantgravius et dominus terre Hassie recognoscimus predictam donacionem de nostra certa sciencia fore factam et eidem consentimus et favorabiliter admittimus per presentes. In cujus donacionis evidenciam firmiorem nos Lůdowicus episcopus Monasteriensis ecclesie et nos Henricus lantgravius, terre

1329 mai 23.

Hassie dominus, necnon nos Agnes prenotati damus et contulimus predictis . . conmendatori et fratribus necnon . . magistro pittanciarum presentem litteram cum appensione sigillorum nostrorum patencius sigillatam in testimonium validum omnium prescriptorum.

Datum et actum anno domini m°ccc°xxix°, feria tercia proxima post dominicam Cantate.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Nur noch das siegel bischof Ludwigs von Münster hängt, zerbrochen, an. Gedr.: v. Stillfried u. Märcker Monum. Zoller. 2, 436 nr. 662.

529. 1329 *jun.* 11.

1329 jun. 11. Wir Peter Flesche, Gerhart und Dyeze fon Wachinheim ritere verjehen offinlich an disem briefe, daz wir sogetan wesel, als der comendûr und dye andirn bruder gemeynlich dez Thuschen ordins zû Marcburg han getan mit myr Petir Fleschen und myn erbin den forgenantin und Peter Gaurittir, stede und feste halden und auch unsern willen dar zû geben und gen an alle geverde. Und daz diz stede und feste si und belibe, so habin wir unser ingesigel gehengith an disem geynwortigen brief, der do gebin wart do man zalte von Cristes geborte dûsint gar[1]) druhûndirt jar und nûne und zwenzig jar, an sancte Barnabas dage dez apostelen.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel: 1) rund; im schilde ein querbalken, darüber 3 hinter einander nach rechts schreitende vögel; umschr. zerstört. 2) abgefallen.

530. *Der edelknecht Johann von Langenstein entsagt zu gunsten des deutschen hauses bei Marburg seinen ansprüchen auf den patronat zu Langenstein.* 1329 *jul.* 29.

1329 jul. 29. Noverint universi, qui presencium fuerint inspectores, quibus nosse fuerit oportunum, quod cum ego Johannes dictus de Langensteyn armiger, filius quondam Johannis dicti de Langensteyn, super omnibus et singulis questionibus, litibus, discordiis, rancoribus ac controversiis quibuscunque inter me ex una necnon honorabiles et religiosos viros . . commendatorem et fratres ordinis sancte Marie domus Teuthonice apud Marpurgh super jure patronatus parruchialis eclesie in Langenstein ac dominum Rûpertum sacerdotem, ejusdem eclesie plebanum, per eosdem . . commendatorem et fratres ad ipsam eclesiam presentatum ex parte altera hactenus habitis, maturo consilio sanaque deliberacione honorabilium et strennuorum virorum Johannis dicti Rithesel militis et Heinrici ejus filii armigeri, meorum consanguineorum, prehabita, congrua ordinacionis conposicione postulante sim cum eisdem pacifice reconciliatus

1) So im orig.

et amice, omnis litis et erroris scrupulo penitus exstirpato: quapropter omni jure patronatus eclesie predicte, quod michi hucusque conpetebat seu conpetere videbatur in eadem, renunciavi et presentibus renuncio simpliciter et precise, transferens dictum meum jus patronatus in toto, si quod est, eclesie memorate in jam dictos . . commendatorem et fratres et eorum domum modo quocunque pure propter deum necnon ob gloriose virginis Marie genitricis dei et beate Elizabet honorem et reverenciam specialem habendi, ordinandi, disponendi ac conferendi pro sua omnimoda utilitate perpetuis temporibus pacifice et quiete, volens eciam et fide corporali promittens . . commendatorem et fratres predictos in dicto jure patronatus prefate eclesie semper defendere pro mea possibilitate fideliter contra personas quascunque, cujuscunque status aut dignitatis existant, se eisdem opponentes pro me et omnibus ac singulis hominibus quibuscunque causa mei facere et dimittere volentibus, sine vara, fraudis et doli maculis penitus postergatis. Nos itaque Johannes dictus Ridesil miles necnon Heinricus filius noster similiter omni jure patronatus, quod nobis nunc conpetit seu quod nobis in posterum conpetere posset ex quacunque causa in eclesia memorata, si quod est, pro nobis omnibus et singulis nostris heredibus renunciavimus et presentibus renunciamus simpliciter et precise, quod totum in . . commendatorem, fratres ac domum eorundem prescriptos pure propter deum necnon ob gloriose virginis Marie genitricis dei et beate Elizabeth honorem et reverenciam specialem, ut est premissum, transferimus habendi, ordinandi, disponendi et conferendi perpetue, prout suis usibus sanius noverint convenire, pacifice et quiete. In cujus renunciacionis testimonium et robur evidens presens scriptum . . commendatori et fratribus sepedictis sigillo civitatis in Marpurgh nostris hinc inde precibus una cum sigillo nostri Johannis militis predicti, quo nos Johannes et Heinricus prefati ad presens utimur, tradidimus firmiter roborandum. Et nos Syfridus dictus de Bidinkap magister civium, scabini et consules civitatis predicte recognoscimus sigillum prefate nostre civitatis ad preces domini Johannis militis, Heinrici ejus filii necnon Johannis dicti de Langensteyn predictorum presentibus appendisse, astantibus presencialiter honestis et discretis viris Syfrido de Bidinkap magistro civium predicto, Alberto dicto ex Curia, Ruclone filio quondam Angeli, Johanne dicto Schenebein, scabinis in Marpurgh, Hermanno Fabro notario ibidem, et aliis quam pluribus fidedignis ad premissa rogatis pro testibus et vocatis.

Actum et datum anno domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, sabbato proximo ante diem beati Petri ad vincula.

Aus dem durch moder theilweise zerstörten orig.-perg. in Marburg (deutscho.) mit zuziehung von nr. 202 (205) des Marburger copialbuches in Wien.

531. 1329 *aug.* 14.

1329 aug. 14. Nos Elizabeth et Gerdrudis beckine dicte Gebûrin sorores carnales . . commendatori et fratribus ordinis sancte Marie domus Teuthonice apud Marpurg molendinum nostrum dictum Grenynges mole situm uffe dem wasen extra muros Wetflarienses damus donacione inter vivos inspecta nostrarum animarum salute, ita sane, quod fratres . . decano et canonicis eclesie Wetflariensis in festo epiphanie domini unam libram denariorum monete usualis singulis annis nomine census ex parte memorati molendini necnon Lûdewico dicto Speth et Elizabeth conjugibus civibus Wetflariensibus suisque heredibus in festo beati Michahelis unum maldrum tritici mensure Wetflariensis, unum anserem, unum pullum auctumnalem cum pullo carnispriviali singulis annis dabunt. Et ut premissa inconvulsa permaneant, presens scriptum sigillis domini Richulphi decani necnon domini Frederici dicti de Melne scolastici eclesie Wetflariensis tradidimus roborandum.

Actum et datum anno domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, in vigilia assumpcionis beate Marie virginis gloriose.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Beide siegel stark beschädigt.

532. 1329 *aug.* 15.

1329 aug. 15. Nos Conradus et Nicolaus fratres, filii quondam Henrici dicti Daube de Gruningin, consensu Gude uxoris mei Nicolai predicti vendidimus . . commendatori et fratribus domus Theutonice in Schiffinburch unum maldrum siliginis Wetflariensis mensure ipsis infra duo videlicet assumpcionis et nativitatis beate Marie virginis festa annuatim pensionis nomine persolvendum et usque Wetflariam presentandum ex agris nostris subnotatis sitis in terminis ville Byrincheim, videlicet ex agro nostro sito ubir den Markir wech, item . . . hinder deme schaefhuse, item . . . in der bachrusin versus montem . . . ., pro sex marcis denariorum nobis a Wetzelone carnifice et Sanna ejus uxore civibus Wetflariensibus, qui ipsam pensionem memorato monasterio conpararunt, traditis. In cujus rei testimonium sigillum opidi Minzinberch presentibus est appensum.

Datum in die assumpcionis beate Marie virginis, anno domini m° ccc°xxix°

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel rund; im feld zwei thürme, dazwischen eine pflanze; umschr.: S' SCOLTETI · CASTRNSM̄ · ET · CIVI.... MINZENBCH ·

533. 1329 *aug.* 25.

1329 aug. 25. Nos Crafto dictus Schabe miles, Eckehardus dictus de Bickene armiger, officiati reverendi domini Lod. episcopi ecclesie Monasteriensis in

Marpurg, pratum situm in terminis ville dicte Niderwalt ad ipsum nostrum dominum Monasteriensem ex morte quondam Arnoldi de Gozfelden et uxoris ejus, qui erant servi ipsius domini Monasteriensis, libere devolutum, cujus prati dominium ad . . commendatorem et fratres domus Theotunice prope Marpurg ratione advocatie in Kirchen spectabat, de jussu predicti nostri domini Monasteriensis vendidimus dictis fratribus pro quatuor marcis ad possidendum jure proprietario. Et ne ambiguitas possit insurgere, damus presentem litteram nostrorum sigillorum munimine sigillatam. Testes: Rudolfus Schurensloz miles, Crafto pastor ecclesie in Kirchberg, Hartmannus pastor ecclesie in Mulenbach.

Datum anno domini m°ccc°xxix°, in crastino beati Bartholomei apostoli.

Aus dem stark beschädigten orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Siegel abgefallen. Gedr.: Entdeckter Ungrund nr. 5; daraus Samml. v. Deduct. 7, 451.

534. 1329 *dec.* 6.

Ego Alheydis relicta quondam Reynboldi de Holzhusen do me et mea bona universa . . commendatori ceterisque fratribus domus Theotunice prope Marpurg in veram elemosinam, ut memoria animarum parentum meorum et mee ab ipsis perpetua habeatur. Et ne possit insurgere ambiguitas, do presentem litteram sigillo universitatis in Marpurg sigillatam. Et nos Syffridus de Bidenkap proconsul ceterique scabini recognoscimus nostre universitatis sigillum presentibus appendisse. 1329 dec. 6.

Datum et actum anno domini m°ccc°xxix°, in die beati Nycolai.

Aus orig.-perg. mit siegelbruchstück in Marburg (deutscho.).

535. 1329 *dec.* 7.

Nos Hermannus notarius universitatis in Marpurg et Alheidis conjuges . . magistro seu provisori hospitalis infirmorum domus Teuthonice apud Marpurgh sex solidos denariorum Marpurgensium, duobus hallensibus pro quovis denario conputandis, post mortem Gunperti dicti Diden in festo beati Martini yemalis perpetuis temporibus nomine census annui de domo et area quondam Hetten Diden sita prope domum Kůntzen de Ludere, quam ab . . commendatore et fratribus ejusdem domus Teuthonice jure emphyteotico et hereditario possidemus, persolvemus, dantes has litteras sigillo fratris Swickeri ejusdem sacre professionis plebani in Marpurg roborandas. Testes: magister Theodericus officialis prepositure eclesie sancti Stephani Moguntine et dominus Heinricus dictus de Wymar sacerdos. 1329 dec. 7.

Datum anno domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, in crastino beati Nycolai episcopi.

Aus orig.-perg. in Marburg (deutscho.). Auf der rückseite steht von der hand bruder Konrads: 'Locacio domus . . . facta Hermanno Fabro notario . . .' Siegel abgefallen.

536. 1329 *dec.* 9.

1329 dec. 9. Ego Petrus dictus de Selheym civis in Franckinberg recognosco cum mea bona esse voluntate quidquid Aba mea contectalis legittima cum bonis sitis in Gemunden an der Straze ad me jure hereditario ex morte domini Angeli mei fratris pie memorie devolutis fecerit et ordinaverit. In cujus rei testimonium nos . . proconsul et . . scabini in Franckinberg sigillum nostre universitatis duximus presentibus appendendum.

Datum anno domini m.ccc.xxix., sabbato proximo ante diem beate Lucie virginis.

Aus nr. 40 des copialbuches D in Marburg (deutscho.).

537. *Der anwalt des deutschen hauses zu Marburg fragt beim comthur an, ob er in der streitsache gegen Johann sohn Wigands von Limburg weitere schritte thun solle.* [*um* 1330.]

[um 1330.] Domine . . commendator de Marpurg. Ego Godfridus vester procurator significo vobis per presentes, sicut nuper litteris vestris mihi demandetis, ne ego procederem in causa, que vertitur inter vos et Johannem filium quondam Wigandi de Limpurg[1]), quod dies amicabilis esset prefixa, videlicet secunda feria post Letare, in qua dies est feriata, et procedere non possem, si esset procedendum. Quia si non est complanatum, litteris vestris mihi intimetis, et ego procedam in dicta causa secundum retroacta, prout de jure fuerit procedendum. Valete.

Aus einem unbesiegelten perg.-blättchen in Marburg (deutscho.).

538. 1330 *febr.* 1.

1330 febr. 1. Wer Gerlach, Volprath unde Crafth libliche gebrudere genand Haben herren von Ameneburg bekennen, daz wer sementliche aller sachen, crỹge adir zweyunge unde sunderlichen umme den kirchsatz zu Selheym by Ameneburg unde umme de kauf der zweilf schillinge geldis unde andrys umme alle ansprache, dy sich bishere irlauphen haynt zwyßen uns uf eyne sythen unde den erberen geistlichen luden bruder Cunen von Dudelensdor deme kundure, bruder Fryderiche von Schonenbach hus-

1) 1336 erscheint seine wittwe Gertrud mit ihren kindern Johann, Jungo und Guda. Baur Urkundenb. d. Kl. Arnsburg 423 nr. 665.

